94
LIBRAIRIE ANCIENNE & MODERNE
Alph.se PICARD
82 rue Bonaparte
PARIS

F-3

ICOR

270.61

A844

v.9

INSTITUTE OF CHRISTIAN
ORIENTAL RESEARCH
CATH. UNIV. OF AMER.

AP II

CODEX LITURGICUS ECCLESIÆ UNIVERSÆ

LIBER VIII.

DE ORDINE;

In quo Sacræ Ordinationes omnium Eccleſiarum Occidentis, & Orientis antiquæ, ac recentiores, tum editæ, tum ineditæ

NUNC PRIMUM PRODEUNT

JOSEPH ALOYSIUS ASSEMANUS

Ad Mſſ. Vaticanos, alioſque caſtigavit, recenſuit, Latine convertit.

PARS SECUNDA

Syrorum Maronitarum Ordinationes.

ACCESSERUNT

JOHANNIS MORINI

VERSIO, & ADNOTATIONES IN EASDEM ORDINATIONES.

ROMÆ, MDCCLVI.

APUD HÆREDES BARBIELLINI AD FORUM PASQUINI.

SUPERIORUM PERMISSU.

Rev. H. HYVERNAT, D.D.
Catholic University of America,
Washington, D.C.

H94

ICOR
270.61
A844
v.9

INSTITUTE OF CHRISTIAN
ORIENTAL RESEARCH
CATH. UNIV. OF AMER.

Reverendiſſimo Patri

JOHANNI THOMÆ DE BOXADORS

INCLYTI ORD. PRÆDIC. SUMMO MAGISTRO

S. D.

JOSEPH ALOYSIUS ASSEMANUS.

UT hunc IX. Codicis Liturgici Eccleſiæ Univerſæ Tomum Tibi inſcriberem, non tam Nominis, ac generis tui claritas, cui, ut Chriſti

diſcipulus fieres, nuncium dediſti, effecit, quam illa, quæ hanc, quam ſortitus es a Deo, animam mirifice exornant, Dignitas ſcilicet Tua, doctrina tua, virtus tua ſingularis, ac illuſtria merita, non vano, & incerto vulgi rumore, ſed veris, ac certis comprobata rationibus. Illa autem ut prætermittam ſingularis tua modeſtia ſuadet, & id unum ſatis abunde mihi eſſe poteſt argumentum, quod in Urbe omnium ſpectatiſſima ab iis maturo prævio judicio fuerint diſcuſſa, qui non ſecundum faciem judicantes, neque perſonas accipientes Te intime noverunt. Cum enim noviſſimis hiſce diebus viri graviſſimi, ac prudentiſſimi Patres conſcripti Ordinis Prædicatorum ex omnibus Nationibus, & regionibus conveniſſent pro deligendo Summo Magiſtro perpetuoque totius Ordinis, qui doctrina, ſanctitate ac prudentia ita omnes excederet, ut om-

nes docere, pro omnibus orare, omnibus exemplo eſſe, omnes ſuaviter, ac fortiter regere poſſet, in Te unum, præ tot, quibus redundat tantus Ordo, oculos ſtatim conjecerunt, & omnes, ne ullo quidem diſcrepante: quod is eras, qui non ſub modio deliteſcere deberes, ſed ſuper candelabrum poſitus tuæ doctrinæ, prudentiæ, ac Religionis erga Deum radios in omnes Mundi partes, in quibus ordo tuus ſplendeſcit, latiſſime effunderes. Quare & certi fuerunt Te Magiſtro Summo ordinem in primævo inſtituto conſervatum iri, & in dies Eccleſiæ Catholicæ uberrimos editurum fructus, ad quos proferendos hanc vineam Dei dextera plantaverat opera magni illius Parentis, & Agricolæ Sancti Dominici, & per Eccleſiæ viſibilis Catholicæ ſupremos Rectores probaverat atque ſapientiſſimis inſtructam legibus, gratiis donatam, privilegiis confirmave-

rat,

rat, & laudum præconiis honorificaverat. Et ſane Apoſtolica Petri in Terris Chriſti Vicarii Supremi Sedes Dominici familiam graviſſimis nonniſi de cauſſis tanta ſemper præcipui amoris prærogativa excepit, & complexa eſt; Cum enim Dominicanæ Tuæ Familiæ Ordo Apoſtolicum inſtitutum nitide exhibeat, & officium exprimat, hujus familias filii, hujuſce Ordinis Regularis Socii in id ſtudium omne contulerunt, & operam impenderunt totam, ut Evangelium prædicarent, Dei gloriam promoverent, & Eccleſiæ bonum procurarent; non in una, vel altera Iſraelis Civitate, ſed in omni loco, & terra, ac in omnibus Orbis finibus, & quidem non ſolo exemplo vitæ, nec una morum ſanctimonia, ſed verbi Dei prædicatione, ſapientiæ Divinæ elucidatione, in carceribus multis, in laboribus, ac propria etiam ſanguinis pro Chriſto effuſione.

Talium tam illuſtrium, ac tantorum veſtri inclyti Ordinis Virorum, quorum nonnulli primum Eccleſiæ Catholicæ cum magno & hujus, & veſtri ordinis decore, thronum conſcenderunt, nomina, & glorioſa geſta deſcribere, ac recitare, neque inſtituta mihi ratio ſinit, neque volumen quamvis ingentiſſimæ molis ſufficeret, nec is ego ſum, qui tanto facinori parſim, meæ propterea imbecillitatis conſcius, & tantorum radiorum luce perſtrictus ad illos clariſſimos viros provoco eos, qui in meridiana luce cæcutiant, quorum opera nuperis his diebus prodiit Tomus primus Annalium Ordinis Prædicatorum doctè, eleganter, ac ſincerè conſcriptus, adeo ut nihil deſiderandum ſuperſit, niſi ut quantocius tantum opus ſuis abſolutum numeris publico edant bono. Ut ergo his miſſis, argumentum proferam meæ erga veſtrum Ordinem obſervantiæ, quod mihi familia-

re eſt, patieris, ſi tua benignitate abutar, & ea tibi recitem, quę Tu omnium unus probe tenes. Argumentum autem a pueritia, teneriſque, ut ajunt, unguiculis deſumpſi ex S. Thomæ Aquinatis (Veſtri Ordinis, & Catholicæ Eccleſiæ ornamenti) ſcriptis aureis.

Hic Angelicus Doctor, & Prædicator inter cetera immortalia ſcripta, ſummam Theologicam tripartitam fecit, in qua nexu mirabili univerſam ſacram chriſtianam doctrinam, quæ Fidem, ac mores ſpectat, tam clarè expoſuit, tam graviter adſeruit, tam fortiter vindicavit, ut tot miracula adpareant, quot articulos ſumma concludit, quæ Turri Davidicę, ex qua mille pendebant clypei, jure comparari poteſt, uti & Thomas Davidi, qui ętate haud provecta lapillis, acceptis è limpidiſſimo torrente Therebinti vallis, Goliatum ſuperbum funda jactis pro-

ſtravit, eumque proprio interfecit gladio; nam & ipſe e genuinis ac ſinceris locis Theologicis argumenta deſumit, quæ philoſophiæ ope nectit, & errores, ac hęreſes univerſas diſpellit, & confutat; hæreticoſque ac infideles propriis ſpoliat rationibus, ac principiis, quæ in eoſdem contorquet.

Hanc ergo ſummam cum a teneris annis perlegere, & guſtare cępi in fonte (ſui enim optimus interpres eſt S. Thomas, ac ſua ſe luce ſignat) duobus me commotum adfectibus perſenſi: ac primo quidem erga tantum Doctorem, cujus Scripta primum locum tenere (poſt Divinas, & Canonicas ſcripturas, Eccleſię Catholicę decreta & Conſtitutiones, atque publicas Tabulas, Rituales nempe Libros) & ego judicavi, & aliis ſuadere ſtudui; quare & ſcripta cętera, vel graviſſimorum Scriptorum, ac inſignium Auctorum, ſeu faſti-

dire cępi, ſen in comparatione doctrinę S. Thomę mihi parum ſapiebant. Hinc maxima me obſervatio cepit Ordinis ſacri Prędicatorum, ex quo talis ac tantus Vir prodiit: ecquis, ajebam, contemnat Populum Inclyti Veſtri Ordinis, qui tam decoros Viros emittit, ut non pro his merito pugnare contra quoſvis debeamus?

Hanc erga S. Thomam meam devotionem etſi non ſemel declaraverim, atque hunc unum in Sacris doctrinis conſulendum, & unum in Scholis legendum optaverim, quo unanimes omnes dicamus, & non ſint in nobis ſchiſmata, occaſionem tamen pręſtolabar, quo perpetuo alicui publico monumento illam conſignarem. Cum autem eo tempore Te Summum Magiſtrum Ordinis Prędicatorum appellatum univerſa Urbe applaudente viderim, quo Syrorum Maronitarum Ordinationes Syriace ac Latine vulgare decreve-

ram pro ſuſcepta ſparta adornanda, & integro Codice Liturgico Eccleſiæ Univerſæ colligendo, recenſendo, & illuſtrando, peropportunam conditionem arripui, & Tomum iſtum Tibi dicare conſtitui, ratus laborem hunc meum Tibi, Tuæque Familiæ gratiſſimum fore munus; cum in eo expreſſæ adpareant Religionis Chriſtianæ diſciplinæ, Eccleſiæ Spiritus ſeſe prodat, & leges manifeſtæ fiant: quem Codicem perlegentes Socij tui, potiſſimum Verbi Dei Prædicatores, & qui pro Christo legatione fungentes in Syria, Aſsyria, Græcia, Indiis, aliiſque Orbis partibus ſacras obeunt miſſiones, facile hæreticos revincent, infideles allicient, Catholicos in vera ac ſana confirmabunt doctrina, quærentes non quæ ſua, ſed quæ Jesu Christi, Religionem Deo acceptam promovebunt, quæſtiones interminabiles, quæ ædificationem non præſtant, vita-

 bunt

bunt, Ritus a Catholica Religione alienos & ſuperſtitionem redolentes recte diſcernent, & reprobabunt, in mores peregrinos, ac doctrinas varias, quæ charitatem Chriſtianam legis plenitudinem non ſapiunt, inquirent.

Codicem itaque, non meum, ſed Eccleſiæ Univerſæ in argumentum obſequentiſſimi mei animi Tibi pręſento. Opus ſane egregium, munus certe Te dignum, ac tuo ingenio congruum. Ipſum propterea benignus ſuſcipe, meque Tibi addictum illo reſpicias, quęſo, oculo, quo Tuus Inclytus Ordo ſuſcepit olim Johannem Simonium Aſſemanum, qui primus, ne dicam unicus, ex gente mea Regulare Inſtitutum amplexus dignoſcitur, & quidem Romæ ſacrum Dominici habitum induit in Cœnobio hoc veſtro S. Mariæ ſupra Minervam ſub nomine Johannis Baptiſtę Leopardi. Interim ego D. O. M. rogo,

ut fiat

ut ſiat pax in diebus tuis, & abundantia in turribus tuis, nimirum, Dei gratia Te præveniat, adjuvet, proſequatur in graviſſimo Tibi demandato officio rite, recteque exequendo, & Familiæ Dominicanę felicitate, & decore conſervandis, atque Eccleſiæ Catholicæ bono promovendo. Faxit Deus, ut diu incolumis vivas, tuaſque virtutes nova ſubinde honorum acceſſione cumulet.

Dabam Romæ Kal. Aug. 1756

APPROBATIONES

Facultas Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi Romanæ Sapientiæ, & Rei Literariæ univerſæ Moderatoris.

Poterit imprimi ſi iis videbitur ad quos pertinet.

Nicolaus Maria de Vecchis.

Per-

PErcurrimus & ad examen revocavimus *Nonum Tomum Codicis Liturgici*, ſeu *Partem Secundam Libri VIII. de Ordine*, in quo Cl. Auctor multum auxit, & ornavit longa etiam Præfatione Celeber. Morini Ordinationes Syrorum Maronitarum, ubique ſervando Regulam Fidei, & Morum: itaut nequeamus non idem ferre judicium, ac tulimus de praecedentibus Tomis, ideſt illum prelo committendum propter Eccleſiæ utilitatem; ſi ita videatur Reverendiſſimo P. S. P. A. Magiſtro, cujus juſſibus obtemperavimus. Datum Romæ die 20. Julii 1756.

D. Fridericus de Judice Abbas Cæleſtinorum in Cœnobio S. Euſebii, ac in Romano Archigymnaſio Sacrorum Dogmatum Profeſſor.

Silverius Orbini Advocatus, & in Romano Archigymnaſio J. V. Profeſſor.

IMPRIMATUR

Si videbitur Reverendiſſimo Patri Magiſtro Sacri Pal. Apoſtol.

F. M. de Rubeis Patriarcha Conſtantinopolit. Viceſg.

IMPRIMATUR

Fr. Vincentius Elena Ordinis Præd. Reverendiſs. Patris Mag. Sacri Pal. Apoſt. Soc.

AD R. P. D.

PHILIPPUM MARIAM PIRELLI

SSm̃i D. N. Prælatum Domeſticum, Utriuſque Signaturæ Referendarium, Signaturæ Auditorem, Sacrique Conſiſtorii Advocatum.

JOSEPHI ALOYSII ASSEMANI

PRÆFATIO

TOMI IX. CODICIS LITURGICI *ECCLESIÆ UNIVERSÆ.*

CUM Anno Æræ vulgaris 1746. Sapientiæ Gymnaſii Romani Studiorum ratio inſtauranda fuiſſet, & nova publico bono præſcribenda, BENEDICTO XIV. Pontifice Sapientiſſimo Auſpice, & CLEMENTE ARGENVILLERIO S. R. E. SSm̃æ Trinitatis in Monte Pincio Presbytero Card. Ampliſſimo tunc temporis totius Rei Litterariæ moderatore ſupremo; Tu potiſſimum, Vir illuſtriſſime, adlectus fuiſti, qui tantum

opus perficeres; tantam nimirum apud Supremum Principem, & Pontificem vere ſummum, & apud Urbem, prudentiæ famam Tibi in florenti adhuc ætate conciliaveras.

In hac vero ſolemni Studiorum Urbis inſtauratione, quam cum ſelectis Collegis tuis auſpicatus es, illud præ oculis habuiſſe videmini, ut Romana Juventus ad ſolidam ſapientiam hauriendam incitaretur; id, quo facilius obtineretis, privilegiis, ac propoſitis præmiis Scholares allicere ſtuduiſtis; Ædis, ac Fabricæ Sapientiæ ſplendorem, & decorem procuraſtis, nec ullis publici ærarii ſumtibus peperciſtis, ubi talem ornatum ædis, & ſplendorem ad ſtudiorum cultum promovendum conferre advertiſtis; quia vero Artium liberalium, ac ingenuarum Diſciplinarum Cathedræ nonnullæ vel ſuperfluæ viſæ ſunt, vel omnino deſiderari, vel demum Utiles novis legibus dirigendæ vobis adparebant, ne ad ſtudiorum cultum in hoc Principe Urbis, & Orbis athæneo quidpiam deeſſet, novas erexiſtis, antiquas quaſdam ſuppreſſiſtis, alias vero novis obligaſtis muneribus, & ſingulis certis certos adligaſtis perpetuo Lectores. Profeſſores autem illos cooptandos voluiſtis, qui prævio concurſu, ſeu ingenii periculo, ex quavis natione, quæ ſub cælo eſt, probatiſſimi adparerent, vel in Re Litteraria publica conſpicui forent. Quibus lectoribus illud in mandatis dediſtis, ut ab omnibus expediti curis, toti eſſent in officio quotidie

exer-

exercendo in Sapientiæ Gymnaſio, quare & Antiquarum prælectionum methodum in hodiernas quodianas lectiones commutaſtis.

Studium hoc veſtrum, veſtra hæc cura pro Studiorum inſtauratione in certam nos erigunt ſpem fore, ut ſicuti Urbs aliis titulis omnium Orbis Civitatum Princeps ac magiſtra jure ac merito habetur; ita & Urbis Gymnaſium præ aliis Orbis Accademiis ſplendidiſſimum floreat, maxime ſi accedat (accedet profecto Tanto Pontifice BENEDICTO fæliciter regnante, & Collegio Veſtro procurante) honos, ac utile in utroque jure Scholaribus ac Magiſtris olim conceſſum, cum ardor diſcendi, ut fert vulgatum axioma, nobilitas ſit Magiſtri.

Sed ut hæc publica, ac omnibus nota veſtra ſtudia mittam, & ad rem meam propius accedam, patere vir Illuſtriſs. ſi tuas in cauſſis cognoſcendis graviſſimas interturbem occupationes, & peropportunam nactus occaſionem, qua, potero, brevitate, compendio illa ex ordine recitem, quæ, ut in aliis Tomis non ſemel indicavi, Te promotore, & auctore mihi fuerunt injuncta, & a me pro virium mearum debilitate executioni mandata.

Cum Romanus Clerus ſingulari divino beneficio omnibus præſtet, ex quo Romana Petri Sedes, Eccleſia ſcilicet Romana divino jure conſtituta eſt mater, ac Magiſtra omnium Chriſtianarum Eccleſiarum, Ad hanc veritatis, & unitatis centrum omnes confu-

giant, oportet, ut ſanam hauriant doctrinam; probatam ſuſcipiant Religionem; Ipſa namque firmamentum & columna veritatis effecta, cauſſas omnes cognoſcit, & quæſtiones omnes de Ritibus, ac Diſciplina omnium Chriſtianorum populorum dirimit. Si ergo Roma cum ignorabat ſuæ provectionis auctorem omnium ſerviebat erroribus; & Alumnos ſuos omnium ſacris informandos procurabat, æquum profecto eſt, & peropportunum, ut magiſtra veritatis inſtituta, Dei Summi religioſa cultrix effecta omnium repellat errores, & Alumnos ſuos, Clericos præſertim, ſacris omnium Chriſtianorum, qui in univerſo terrarum orbe degunt, informet Ritibus, ac diſciplinis; Quæ informatio, ut ſcientiæ nomen mereatur, non ex conjecturis, vel vulgi rumore, aut incertis monumentis, ſed ex probatis Scriptoribus & publicis Tabulis capienda eſt.

Hæc itaque, & alia cum probe teneres, nec in Romano Gymnaſio, etſi omnium Scientiarum, & Artium liberalium florentiſſimo, ullum certum pubblicum, ordinarium Profeſſorem deſtinatum advertiſſes, qui non exiliter, nec jejune, ſed graviter, & ex profeſſo, uti dicitur, ſacrorum Chriſtianorum originem, rationes, ſanctitatem & incrementum exponeret, & Eccleſiaſticæ Diſciplinæ ſingula capita methodo ad erudiendam Juventutem apta illuſtraret, atque omnium Eccleſiarum Tabulas Rituales publicas dilucidaret, in ſolemni Studiorum inſtauratione

Lecto-

Lectorem certum deſignari voluiſtis, qui inſtitutiones de Chriſtianis ſacris traderet: per honorifico itaque de mea tenuitate judicio BENEDICTUS XIV mihi jam per plures annos elementa linguæ Syro-Chaldaicæ edocenti arduam hanc, & aleæ plenam provinciam demandavit per Te, & CLEMENTEM ARGENVILLERIUM (1) ſacra, ſcilicet, Chriſtianorum exponendi. Quamvis autem Inſtitutiones ſufficere poſſe viderentur, cum tamen ex una parte monumenta, ac publicas Tabulas, ex quibus illæ hauſtæ ſunt, in publicum proferri æquum tibi viſum fuerit, ex altera vero parte, omnes, ac ſingulas Eccleſiarum cerimonias, ac Ritus exactè triennali curriculo mihi præfinito repræſentari non poſſe cum Tu optime advertiſſes, Auctor mihi in primis fuiſti, ut *Codicem Liturgicum Eccleſiæ Univerſæ* undique colligerem, componerem, ubi opus eſſet, latine redderem, atque ita illuſtratum, pro mea tenuitate pluribus opportunis deſtituta ſubſidiis, publici juris facerem. Tale enim ac tantum opus in Re Criſtiana, ac litteraria publica libris quamvis luxuriante deſiderari, ſummiſque Eruditorum votis exoptari videbas. Tuum autem judicium, & conſilium non privati tantum homines (qui judicia ſua publicarunt in hiſtoriis litterariis, aliiſque publicis ſcripturis, quæ *diaria*, *&* *novellæ*, ac manifeſta audiunt, ac in Italia, & extra Italiam typis

 im-

(1) *Quæ autem fuerit Inſtitutionum ratio mihi præſcripta, quæ ſacrorum pertractandorum methodus, in primo Tomo* Codicis Liturgici *expoſui*.

impreſſa prodierunt, & prodeunt) probarunt, (quamvis ſcriptores nonnulli magni nominis tale opus veluti impoſſibile exiſtimaverint), ſed & BENEDICTUS XIV. qui ubi primum Tomum pervolvere dignatus eſt, & vivo vocis oraculo mihi ſtimulos adjecit, & per ARGENVILLERIUM mandata dedit ac juſſa, ut quantocius in publicam abſolutum opus utilitatem edatur.

Hæc cum ita ſe habeant, & opus jam incæptum progrediatur, hanc noni Tomi Præfationem tibi dirigere volui, in qua te judicem appello, potiſſimum, cum de Syris Maronitis, gente ſcilicet mea, eorumque ordinationibus ediſſero; illa ergo, qua me colloquentem conſueſti excipere, benignitate præfationem tibi inſcriptam accipe, & lege. Tomus igitur nonus continet Syrorum Maronitarum ordinationes, ſeu Ritus, quibus initiantur Pſaltes, Lectores, Subdiaconi, Diaconi, Archidiaconi, Præsbyteri, Periodeutæ, ſeu Viſitatores, Archipresbyteri, & Chorepiſcopi: & quidem Syro-latine. Appendicis loco exhibet laudatas ordinationes ex verſione cl. Johannis Morini cum ſubjectis adnotationibus, quibus doctus hic vir illas illuſtrare ſategit; antequam vero de his præfari incipiam, pauca de Syrorum Maronitarum origine, nomine, ac Religione delibabo.

Syri Maronitæ ab Apoſtolis horumque principe Petro primum Chriſtianam edocti religionem, poſtmodum S. Simeonis Stylitæ cura, nova acceſſione Idolo-

latra-

latrarum in jugis Libani ad fidem converſorum donati, ac multiplicati, demum Monachorum S. Maronis Abbatis ſtudio, atque zelo in orthodoxa fide confirmati fuerunt, & ab hæreſibus & ſchiſmatis, quæ v. & vi. ſæculo veritatem & unitatem Eccleſiæ in Syria, & Antiocheenſi Patriarchatu turbabant, ſervati. Ut autem in medio nationis pravæ tamquam Roſæ inter ſpinas in ſoliditate petræ, & communione Catholica perſeverarent, altaſque agerent radices, neve puſillus iſte grex a lupis rapacibus, qui in veſtimentis etiam ovium veniebant, diſpergeretur, Paſtore, qui mercenarius non eſſet, carere non potuerunt: quamobem poſt Theophanem Macharii Antiocheenſis ſucceſſorem circa an. Chriſti 700. Monachum quemdam Monaſterii S. Maronis doctrina ac zelo celebratiſſimum nomine Johannem, cognomento Maronem, primum Epiſcopum ac Patriarcham ſibi proprium ſtatuerunt Syri Maronitæ, quibus ex hoc etiam capite Maronitarum nomen adhæſit (1).

Johanne Marone e vivis ſublato atque Cæleſtis gloriæ corona perpetua donato, (uti certiſſime credunt Syri Maronitæ, qui illum ceu Doctorem proprium alterumque Patronum deprædicant) Syri prælau-

(1) *De Nominis Maronitarum Etymo ac Origine multi multa, Syri ipſi communiter a S. Marone Abbate, ejuſque Monachis ac præcipue Johanne Marone id nominis ſibi inhæſiſſe, quo a cæteris Syris diſcriminarentur, tradunt. Illis criticus quiſque æquus facilius aſſentietur, quam aliis, qui talis nominis derivationem, ſeu a Marone quodam fictitio hæreſiarcha derivant, ſeu ab oppido* Maronia *nuncupato.*

laudati Eccleſias, ac monaſteria conſtruere, Sacerdotes, Epiſcopos, ac Patriarchas ſibi proprios ſeorſim a cœteris Orientis Nationibus ipſos circumſtantibus, ordinare & conſtituere cœperunt; & ad hanc uſque diem non deſtiterunt, Romani Epiſcopi Eccleſiæ Catholicę ſupremi capitis conſenſu & adprobatione accedentibus. Cum enim Romana Eccleſia Syros Maronitas addictiſſimos ſemper ſibi in fide, ac religione probe cognoviſſet, paterno eoſdem adfectu complexa, illorum bono, & decori ſemper ſtuduit; juvat hoc loco recitare verba Maronitarum quę leguntur part. 1. cap. 1. plenariæ Synodi ſuæ Libanenſis celebratæ anno 1736. Pręſide Joſepho Simonio Patruo meo ablegato Apoſtolico.

INter præcipua beneficia, quibus Deus Opt. Maximus Apoſtolicam Antiochenam Eccleſiam, noſtramque Syriacam Maronitarum Nationem pro ineffabili ſua bonitate exornare voluit, illud eſt a nobis cum debita Majeſtati ſuæ gratiarum actione perpetuo recolendum, quod orthodoxa Fides a prima Sanctiſſimi Apoſtolorum Principis Petri in Syriæ partibus prædicatione, ad noſtra uſque tempora ſic integra illibataque permanſit, ut inter maximas Hæreticorum, Schiſmaticorum, atque infidelium viciſſitudines, nullum unquam Sanctæ Catholicæ & Apoſtolicæ veritatis detrimentum tulerit. Hinc majores noſtri tum propter ſuum erga orthodoxam religionem ſtudium, tum ob ſincerum in ſummos Pontifices ejuſdem

Apo-

Apoſtoli Petri ſucceſſores, & Chriſti Domini in terris Vicarios obſequium, ab his meruerunt ſummis laudum præconiis cumulari. Atque ut vetuſta Pontificiæ in noſtrates benevolentiæ argumenta miſſa faciamus, quæ per literas ad illos olim tranſmiſſas luculenter apparent, recentiora quædam documenta ex poſtremis hiſce temporibus petita producimus, quibus planum fiat, & gentem noſtram Romanæ Catholicæ Fidei ſemper fuiſſe addictiſſimam, & a Sede Apoſtolica ob eam cauſam ſummopere commendatam. Pius IV. Nationem noſtram ſeptem Iſraelitarum millibus a Deo electis comparat, quorum genua non ſunt incurvata ante Baal, *quum reliquus populus a vero Dei cultu defeciſſet.* „ *Nos vero*, inquit, *in* „ *Epiſtola ad Moyſem Patriarcham Maronitarum data* „ *Kal. Septemb. anno* 1562. *perſpicientes ex literis tuis* „ *eximiam reverentiam, & cultum, & pietatem, qua* „ *Beati Petri Apoſtolorum Principis Sedem proſequeris,* „ *& tuam ac Nationis conſtantiam in retinenda fide,* „ *quam Sancta Romana tenet, & docet Eccleſia, gratu-* „ *lamur Tibi, & Nationi ipſi, toto ex corde Divinæ* „ *miſericordiæ gratias agentes, quod reliquit ſibi in* „ *iſtis tam longinquis partibus tot hominum millia, qui* „ *non curvaverunt genua ſua ante Baal, quos nec infide-* „ *lium jugum tam grave a Chriſtiana fide deterrere, nec* „ *Hæreticorum, aut Schiſmaticorum propinquitas cor-* „ *rumpere, & ab Eccleſia Catholica abducere ac ſepara-* „ *re potuit.*

Clemens VIII. in Epiſtola ad Sergium Patriarcham die 1.

die 1. *Aprilis* 1595. „ *In Cathedra Beatiſſimi Apoſtolorum Principis Petri, non meritis noſtris, ſed Divinæ bonitatis abundantia, ſedentes, omnium Eccleſiarum, quamvis locis ſint remotiſſimæ, curam gerimus, omnium Chriſti Ovium, quæ ubivis terrarum ſunt, ſalutem, quantum Spiritu Sancto auctore licet, procuramus. Omnes denique Venerabiles Epiſcopos fratres noſtros laborum noſtrorum participes, & adjutores, paterne diligimus, & ad paſtoralis officii munera nobiſcum obeunda, noſtra auctoritate Apoſtolica adjuvamus, & confirmamus. Te vero Frater, & tuam iſtam Nationem fidelem in Chriſto, præcipuo dilectionis affectu complectimur; Nam quamvis, magno locorum intervallo a nobis disjuncti ſint, vinculo tamen caritatis nobiſcum conjuncti, & ſpiritu præſentes ſemper eſtis. Et certe veſtra inſignis pietas, & in fide catholica conſtantia, & ſingularis erga hanc Sanctam Apoſtolicam Sedem devotio promerentur, ut vos veluti filios cariſſimos habeamus in corde, & in viſceribus Jeſu Chriſti. Vos enim Sanctæ Romanæ Eccleſiæ veſtræ, & omnium fidelium Matri, & Magiſtræ, debitam obedientiam præſtatis more, & inſtituto majorum veſtrorum, & magna divinæ gratiæ abundantia erga vos, fidei integritatem ab eadem Romana Eccleſia acceptam conſervatis, quamvis finitimis gentibus, quæ infidelitatis tenebris obcæcatæ ſunt, & ſchiſmaticorum ſectis circumſepti ſitis, quæ ab Eccleſiæ Catholicæ unitate va-*

„ *riis*

„ *riis erroribus diſtractæ cum hac fidei Petra non cohæ-*
„ *rent, & quod neceſſario conſequitur, niſi reſipiſcant*
„ *a via ſalutis alienæ ſunt.*

Paulus V. Maronitas noſtros vocat Roſas inter hæreſeon, & ſchiſmatum ſpinas, eoſque, ait, in diluvio aquarum quibus Oriens pene univerſus obrutus fuit minime ſubmerſos. „ *Tibi vero (ſic alloquitur Joſephum Patriarcham in epiſtola data Idibus Januarii anno* 1606.)
„ *Et reliquis Fratribus Epiſcopis, & dilectis filiis Cle-*
„ *ro, & Populo Maronitico omnium cæleſtium bonorum*
„ *abundantiam ab æterno Patre miſericordiarum præca-*
„ *mur: quum vos, veluti Roſas gratia Dei florentes,*
„ *inter Orientalis infidelitatis ſpinas videamus.*„ *Et in Epiſtola ad Archiepiſcopos, Epiſcopos, Clerum, & Populum Maronitarum data IV. Kal. Decembris* 1608.
„ *Benedictus Deus Pater Domini Noſtri Jeſu Chriſti,*
„ *qui ſecundum magnam miſericordiam ſuam in diluvio*
„ *aquarum multarum variorum ſcilicet ſchiſmatum,*
„ *& hæreſum impiarum perverſitate, quæ jamdiu Orien-*
„ *tem inundaverunt, & pene univerſum obrutum mi-*
„ *ſerabiliter tenent, illas ad vos approximare non per-*
„ *miſit, ſed ſingulari clementiæ ſuæ dono in Catholicæ*
„ *fidei veritate tot ſæculis vos conſervare dignatus eſt.*
„ *Quapropter fides veſtra annunciatur in univerſo*
„ *Mundo, celebratur in Mundi totius Eccleſiarum Ma-*
„ *tre, & Magiſtra Romana Eccleſia Beati Petri me-*
„ *rito Domini voce conſecrata, cujus vos divinum*
„ *agnoſcentes ſuper omnes Eccleſias primatum, debi-*
„ *tum*

„ *tum Chriſto honorem impenditis, qui ex univerſo hominum genere unum Petrum elegit, quem univerſarum gentium vocationi, & omnibus Apoſtolis, cunctique gregis ſui non ſolum ovibus, ſed regendis etiam præficeret Paſtoribus.*

Urbanus VIII. Patres noſtros dixit decorem Carmeli, Gloriam Libani, & Montem Sion, in Epiſtola quam ad Johannem Patriarcham die 30. Auguſti anno 1625. ſcripſit. „ *Non exaruit omnino,* inquit, *Decor Carmeli, & Gloria Libani, quamvis rapacem manum miſerit barbarus hoſtis ad omnia deſiderabilia ejus, quum Patriarcha Antiochenus, cæterique ampliſſimæ iſtius Diæceſis Epiſcopi, & Sacerdotes B. Petri auctoritatem in Apoſtolica Sede, & Romano Pontifice veneremini. E cælo palmas petere debet, qui conſtantiæ fidei veſtræ triumphum merita cupit pompa decorare. Dilatavit in iſtis regionibus os ſuum infernus, & venenatos effundens impiorum Dogmatum torrentes in vineam Domini Orientalem convertit in antra Draconum multas Provincias, quæ fuerunt Paradiſus Angelorum. Hinc barbarica impietas ſacrilegis gladiis fulminans, hinc ſchiſmatica hæreſis armata diabolicis fraudibus animas veſtras habitantes in medio doli, aſſidue obſident, atque oppugnant. Vos tamen fuiſtis Mons Sion, procellarum furias contemnens, cui promiſit Dominus, quod in æternum non commovebitur.*

Clemens denique XI. paucis omnia complexus eſt,

dum

dum hanc noſtris laudem tribuit, quod ſolidam pietatem ſemper coluerint, & ſtudium erga Romanam Eccleſiam plane eximium in media barbarorum Tyrannide, & inter Populos polluta ſchiſmate, & hæreſi labia habentes omni tempore profeſſi fuerint. „ *Fides enim veſtra (inquit in Epiſtola ad Stephanum Patriarcham* (1) *die* 7. *Februarii* 1702. „ *eo præſtantius coram oculis noſtris effulget,* „ *quo magis eam circumſeptam undique errorum caligine* „ *intuemur.* „ *Et in Epiſtola ad Gabrielem Patriarcham die* 10. *Junii* 1705. „ *In argumenuo nobis prorſus* „ *grato verſamur, ubi contingit apud nos agi de Inclyta* „ *Maronitarum Natione, præclari ſane nominis in Dei* „ *Eccleſia, utpote quæ in conſpectu hoſtium Chriſtianæ* „ *religionis conſtituta, Evangelium Chriſti ita non* „ *erubeſcit, ut de eo ſummopere gloriatur, ſanam do-* „ *ctrinam, & verbum Dei in medio Populi polluta la-* „ *bia habentis intemerate cuſtodiens*„. *In ea vero quam die* 29. *Januarii* 1721. *ad Jacobum Patriarcham, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Clerum ſecularem, & regularem, Principes, ac univerſos Chriſtifideles Nationis Maronitarum ad Montem Libanum, Epiſtola.* „ *Et ſi* „ *quotquot ſunt in univerſo terrarum orbe nationes nul-* „ *la locorum diſtantia a Pontificia ſollicitudine disjun-* „ *gat, ac nos pro Apoſtolici muneris noſtri debito, ea* „ *aſſidue meditemur conſilia, per quæ cunctorum Chri-* „ *ſtifidelium tranquillo, & proſpero ſtatui, animarum-* „ *que*

(1) *Epiſtolæ & Brevia Selectiora Tom.*1. *P.*1. *pag.* 106. 255. & *To.*2. *Par.* 2. *pag.*788. *Romæ* 1704.

,, que ſaluti opportune conſulatur, propenſiore tamen
,, quodam paternæ caritatis affectu reſpicimus, omnique
,, felicitate florere majorem in modum optamus Natio-
,, nem veſtram, quæ pluribus ſane rationibus commen-
,, datiſſima nobis eſt, ſed ea in primis, quod cum peren-
,, ni ſui nominis gloria, veram, ſolidamque pietatem
,, ſemper egregie coluerit, &, juxta monitum Apoſtoli,
,, nunquam a fide fluctuans, nec circumferri ſe ſinens om-
,, ni vento doctrinæ in nequitia hominum, antiquiſſimas,
,, atque ſanctiſſimas Catholicæ Eccleſiæ leges, & dogma-
,, ta a majoribus accepta, ſervare perpetuo ſtuduerit
,, incorrupta, ac in media Barbarorum tyrannide, con-
,, ſtantem erga ſacroſanctam hanc Romanam Eccleſiam,
,, ceterarum omnium Eccleſiarum Matrem, & Magi-
,, ſtram atque Romanos Pontifices Prædeceſſores noſtros
,, devotionem & ſtudium plane eximium omni tempore
,, profeſſa fuerit.

1. Nos itaque pretioſiſſimum majorum noſtrorum depoſitum cuſtodire ſummopere nitamur, & omni ope contendamus, ut cum verbo, tum opere tales nos eſſe palam, & publice declaramus, quales decet eſſe filios, qui accepta a Patribus Dogmata, ſedulo ſervare debent incorrupta.

2. Et quoniam divino mandato jubemur, Orthodoxam fidem non ſolum firmiter tenere, & in grege nobis cælitus concredito conſervare, ſed etiam apud Gentes, quæ in circuitu noſtro ſunt, & a veritate catholica aberrare dignoſcuntur, pro locorum, ac temporum opportuni-

tuni-

tunitate, progagare paterno caritatis affectu omnes, & ſingulos, qui non ſpiritum hujus mundi acceperunt, ſed ſpiritum qui ex Deo eſt, ut ſciant, quæ a Deo donata ſunt ſibi, quæ & loquuntur non in doctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, ut ſint Dei adjutores, & Dei agrum colant. *Monemus in Domino, atque hortamur, ut diligentiſſime ſtudeant antiquorum noſtrorum Patrum, ac præſertim Monachorum S. Maronis, qui pro Catholica religione adverſus Hæreticos ſtrenue decertarunt, veſtigiis inhærendo, occaſiones captare, ad orthodoxe fidei propagationem, & ad converſionem Nationum ab Eccleſia diſſidentium, inter quas verſamur.*

3. *Sed quia* modicum fermentum totam maſſam corrumpit, *& Apoſtolus monet*: auferte malum ex vobis ipſis: *Conſiderantes nos quod in hujus Montis Libani partes, ubi Catholica noſtra Fides, Dei beneficio, ſola ſine ulla infidelium, Hæreticorum, aut Schiſmaticorum commixtione regnat, jamdudum ex diverſis regionibus exteri homines demigrare cæperint, qui damnatis erroribus ſuis Orthodoxam Religionem ſe profiteri, aut propter eamdem a gentibus ſuis ſe vexatos, patriiſque laribus cedere coactos affirmant. Experientia tamen edocti, plus inde detrimenti in Catholicos indigenas, quam utilitatis in advenas hujuſmodi derivare couſueviſſe, niſi certus illos recipiendi, atque tractandi modus præſcribatur; Statuimus ac decernimus, ne qua deinceps Monaſteria, vel ædes, aut domicilia pro habitatione*

cujuſcumque Communitatis ſecularis, aut regularis aliarum Nationum, quæ non ſunt una cum Patriarcha ſuo, & Epiſcopis, Clero quoque, ac populo integre, ac plene cum ſancta Romana Eccleſia conjunctæ ædificentur, aut inhabitanda a quolibet cujuſvis ſtatus, gradus, auctoritatis, vel dignitatis concedantur in locis noſtris hujuſmodi, in quibus ſoli Maronitæ inhabitant, tum quia ſi gentes hujuſmodi integre ac plene Catholicæ non ſint, fieri poterit, ut nonnulli eorum ſub ovina pelle venenum hæreſis, aut ſchiſmatis occultantes, & populares ſuos, inter quos verſantur, & noſtros etiam, ſicut olim in Monte Libano quidam Jacobitæ fecerunt, eodem contagio inficiant: tum quia ſi eorum Patriarchæ, vel Præſules hæretici, aut ſchiſmatici ſint, ex vi Diplomatum, quæ ab Infidelibus Principibus obtinuere, & poteſtatem in hujuſmodi Communitates exercere tentabunt, & noſtrorum Antiſtitum juriſdictionem perturbare non deſinent. Quæ vero jam erecta reperiuntur Cænobia, Ordinariis injungimus, ut ſatagant in iis non niſi Catholicæ fidei profeſſores admitti, admiſſoſque ab omni Hæreticorum, vel Schiſmaticorum Præſulum poteſtate eximi: Monachis autem, ſive Sacerdotibus ſecularibus & Clericis ibidem commorantibus nullatenus permittant, Sacramenta Catholicis noſtri Ritus conferre, aut ad illos conciones habere, vel illorum pueros docere, ſed tantummodo ſibi ipſis intra Ædes hujuſmodi attendere, ritum ſuum (catholicum tamen & ab omni hæreſeos vel Schiſmatis labe purgatum) ſervantes. Ubi autem advenæ præfati ſive ſecula-

ſeculares ſive Regulares proprias Ædes, aut Ecleſias non habuerint, permittendum illis decernimus in noſtris Ecleſiis orare, & ſi Sacerdotes fuerint, divinam etiam Liturgiam celebrare, dummodo Catholicæ Romanæ Fidei profeſſionem coram Ordinario antea emiſerint. Laicos denique oppidorum noſtrorum Montis Libani gentis noſtræ Gubernatores in Domino obteſtamur, iiſque diſtincte præcipimus, ut hoc Decretum, quo puritatem fidei in terris noſtris conſervare intendimus, pro ſalute animarum ſuarum, ac debito erga Patriarchalem, atque hujus Sanctæ Synodi auctoritatem obſequio exequi diligentiſſime ſtudeant.

Hactenus Maronitas audivimus in ſua Synodo palam Eccleſię ſuę conſtantiſſimam devotionem erga Romanam Eccleſiam, & cum hac in Fide ac Religione cõmunionem perpetuam ex majorum ſuorum traditione, ac propriis monumentis, tabuliſque adſerentes; illorum adſertionem Eccleſia Romana legittima harum quæſtionum judex comprobavit; etenim, ut cętera mittam, quæſo, Pirelli doctiſſime, perlegas Conſtitutiones, ac Brevia, & Allocutiones conſiſtoriales, uti dicunt, ſapientiſſimi Pontificis BENEDICTI XIV. quę typis Sacrę Congregationis de Propaganda Fide prodierunt, & nullo negocio deprehendes veritatem eorum, quę indicavi, quin & perleges conſtitutionem in qua Synodum laudatam prę vio maturo, ac diuturno diſtricto examine Benedictus Apoſtolica confirmavit auctoritate.

Te profecto non latent Scriptorum variorum Sententię ac opiniones diverſæ de hujuſce gentis Nomine, Origine, & Fide, quæ autem iis Fides habenda ſit, Te judicem volo, ſed prius Johannis Morini Præfationem in Ritum Ordinationis Maroniticum, quę exſtat a pag. 310. Editionis Antuerpienſis an. 1695. recito: ſic autem habet.

PRÆFATIO
IN RITUM ORDINATIONIS
MARONITICUM,

In qua Nominis iſtius origo, & occaſio demonſtratur: Hæreſis genti propriæ abjuratio, ejus doctrina, mores Eccleſiaſtici & perfecta cum Eccleſia Romana a multis ſeculis reconciliatio, & Collegii Romæ in eorum gratiam fundatio enarrantur.

MAronitæ, quarum ſacras ordinationes Syre & Latine edimus, gens eſt Syra Montem Libanum, & vicinas planities incolens, quæ licet paucula ſit, & Saracenis Turciſque, in quorum medio habitat, comparata, guttulæ in mare conjectæ rationem habeat, nomen tamen & religionem Chriſtianam conſervavit, libertatemque, intercedente mediocri tributo, ſibi hactenus vindicavit. Quare Maronitas ſeſe vocent difficile dictu eſt: Nullus enim populus hac appellatione antiquitus inſignis fuit. Mardaitarum in Monte Libano habitantium mentionem faciunt Cedrenus, Zonaras, & Paulus Dia.

Diaconus in Juſtiniano ſecundo Conſtantini pogonati filio. Sed quid Mardaitarum nomen cum Maronitis commune habet? Deinde populi illi, quicumque fuerint, erant Monti Libano Advenæ, non Autochthones, qui ſedem illic fixerant, aut Imperante Pogonato, aut paulo ante ipſius imperium, quos Juſtinianus ipſius filius precibus & pecunia principis Arabum perſuaſus inde amovit, aliaſque terras incolere juſsit. Licet enim pauci eſſent, & ultra duodecim militum millia ſub ſignis non haberent, finitimos tamen Arabes continuis incurſionibus infeſtabant. Hæc Zonaras. Advenas fuiſse non Libani Indigenas ex Pauli verbis aperte colligitur. Unde in Libanum venerint, quo inde pulſi receſserint, cum priores Hiſtorici iſtas circumſtantias non fuerint perſecuti, nec nos ſcire poſsumus. Mardos in citeriore Armenia verſus mare Caſpium commemorat Ptolomæus. Sed quid his populis cum Monte Libano? Certum videtur a religione hoc nomen illis inditum fuiſse: Scilicet, aut a loco, in quo potiſsimum fervebat eorum ſecta Maronitas dictos eſse, qui Maronia vocabatur. In Syria autem non longe a Monte Libano vicus erat *Maronia* dictus, de quo S. Hieronymus in vita Malchi Monachi: *Maronia triginta ferme millibus ab Antiochia urbe Syriæ, haud grandis ad Orientem diſtat viculus.* Poſtmodum eſt in Epiſcopatum erectus. Initio enim collationis Catholicorum cum Severianis refertur Epiſtola Innocentii Epiſcopi Maroniæ civitatis ad Thematem Presbyterum. Aut a quodam Marone qui opinionem quam amplexi ſunt, vel primus docuit, vel ab aliis traditam ſtrenue defendit, & propagavit. Theodoretus in Philotheo c. 16. Maronem Presbyterum, & Monachum pietate & miraculis celeberrimum fuiſſe ſcribit, illiuſque ſanctam vitam breviter eodem capite enarrat, deque eo aliis locis, ut c. 21. c. 24. c. 30. honorifice meminit. S. Chryſoſtomus cum eſſet in exilio ad eundem Maronem ſcribit Epiſtolam 36. illiuſque precibus ſeſe commendat. Maro iſte Monaſterium condidit,

Quod

quod in Syria diu floruit, & Neſtorianis, Eutychianiſque Hæreticis fortiter reſtitit. Id videre eſt in Epiſtola quam Hormiſdæ Pontifici reſcribunt, in qua primus ſubſcribit eorum Abbas, *Ego Alexander miſericordia Dei Presbyter & Archimandrita S. Maronis deprecatus ſum*. Id quoque paſſim conſpicitur in Concilio Conſtantinopolitano ſub Mena, quod anno 536. celebratum eſt. In eo enim ſæpius Monachorum iſtius Monaſterii fit mentio. Actione prima & ſecunda ſubſignant, Paulus Monachus Monaſterii Maronis: Actione 5. alius Joannes dictus; & poſtea primus ſubſcribit, *Alexander Presbyter, & Archimandrita Monaſterii beati Maronis*. Sed hæc Monachos ſpectant, nihil ad populum. Deinde cum Maro & ipſius Monachi viri Catholici fuerint & ſancti, ab iis nullus populus nomen accepit. Id enim ſolum contingit iis qui nova aliqua dogmata in turbas diſſeminant. Quapropter mihi non eſt probabile a Marone iſto, aut ipſius Monachis qui Catholici erant, Maronitas eſſe vocatos.

Hanc difficultatem explicat, & litem omnem quæ ex ea enaſci poteſt, dirimit Guilelmus Tyri civitatis Maronitis finitimæ Archiepiſcopus; qui cum plurimis annis in eadem Maronitarum Provincia magna cum autoritate præfuerit, deque re, quæ ipſius tempore, ipſoque vidente contigit, teſtimonium perhibeat; fides ipſi denegari non poteſt. Sic ille paucis non modo quod quæſitum eſt, ſed etiam multa alia ſcitu digna, quæ hanc nationem ſpectant, nos docet l. 22. c. 8. Hiſtoriæ ſuæ tranſmarinæ. *Interea*, inquit, *dum Regnum pace, ut prædiximus, gauderet temporali, natio quædam Syriorum in Phœnice Provincia circa juga Libani, juxta urbem Biblienſium habitans, plurimam circa ſui ſtatum paſſa eſt mutationem. Nam cum per annos pene quingentos cujuſdam Maronis Hæreſiarchæ errorem fuiſſent ſecuti, ita ut ab eo dicerentur Maronitæ, & ab Eccleſia fidelium ſequeſtrati, ſeorſum Sacramenta conficerent, ſua divina inſpiratione ad cor redeuntes, languore depoſito,*

to, ad Patriarcham Antiochenum Aimericum, qui tertius Latinorum nunc eidem præeſt Eccleſiæ, acceſſerunt, & abjurato errore, quo diu periculoſe nimis detenti fuerant, ad unitatem Eccleſiæ Catholicæ reverſi ſunt, fidem orthodoxam ſuſcipientes, parati Romanæ Eccleſiæ traditiones cum omni veneratione amplecti, & obſervare. Erat autem hujus populi turba non modica ſed quaſi quadraginta millium dicebatur excedere quantitatem, qui per Biblienſem, Botrienſem, & Tripolitanum Epiſcopatus juga Libani, & Montis devexa, ut prædiximus, habitabant: erantque viri fortes, & in armis ſtrenui, noſtris, in majoribus negotiis quæ cum hoſtibus habebant, frequentiſſime valde utiles. Unde & de eorum converſione ad fidei ſinceritatem maxima noſtris acceſſit lætitia. Maronis autem error & ſequacium ejus, eſt & fuit, ſicut ex ſexta Synodo legitur, quæ contra eos collecta eſſe dignoſcitur, & in qua damnationis ſententiam pertulerunt, Quod in Domino noſtro Jeſu Chriſto una tantum ſit & fuerit ab initio & voluntas & operatio. Cui articulo ab Orthodoxorum Eccleſia reprobato, multa alia pernicioſa nimis, poſtquam a cœtu fidelium ſegregati ſunt, adjecerunt. Super quibus omnibus ducti pœnitudine ad Eccleſiam redierunt Catholicam, una cum Patriarcha ſuo, & Epiſcopis nonnullis, qui eos ſicut prius in impietate præceſſerant, ita ad veritatem redeuntibus pium ducatum præſtiterunt. Maronitæ igitur dicti ſunt a Marone Hæreſiarcha Monothelita, cujus errores, annis quingentis amplexi ſunt, donec Guilelmo Tyri Archiepiſcopatum adminiſtrante hæreſim abjurarunt, & fidem Catholicam amplexi ſunt, cujus poſtea profeſſionem in Concilio Lateranenſi quarto generali ediderunt.

Eandem Maronitarum originem & hæreſim, atque ab hæreſi reſipiſcentiam refert Jacobus de Vitriaco Acconis in Syria Epiſcopus, teſtis ſimiliter oculatus, nonnullaque addit c. 77. lib. 1. Hiſtoriæ Hieroſolymitanæ, quorum lectorem participem faciam. *Unde cum omnes alii Orientales Prælati;*

exce-

exceptis duntaxat Latinis, annulis, & mitris Pontificalibus non utantur, nec baculos Paſtorales geſtent in manibus, nec uſum habeant Campanarum, ſed percuſſis baculo vel malleo tabulis populum ad Eccleſiam ſoliti ſint congregare, hi prædicti Maronitæ, in ſignum obedientiæ, conſuetudines & ritus obſervant Latinorum. Unde & eorum Patriarcha interfuit generali Concilio Lateranenſi ſub venerabili Papa Innocentio III. in urbe Romana ſolemniter celebrato. Utuntur autem Chaldæa Litera, & vulgari idiomate ſaraceno. Eadem, quæ uterque, enarrat Marinus Sanutus Torcellus cap. 2. partis 8. lib. 3. rerum Orientalium, qui Sanutus quinquies eaſdem Orientis regiones diligenter luſtraverat, libroſque de rebus quas in iis animadverterat, aut pro recuperatione terræ ſanctæ faciendas conjiciebat, compoſuit, & ſummo Pontifici anno 1321. ſolemniter obtulit. Eadem prorſus de Maronitis antiqua Epitome geſtorum in bello ſacro refert. Extat apud Caniſium tom. 6. antiquæ lectionis; & ex ea quæ ſpectant ad Maronitas Annalibus ſuis inſeruit Abraham Bzovius ad an. 1330. n. 55. Raymundus de Agiles Canonicus Podienſis in hiſtoria captæ a Francis Hieruſalem graphice deſcribit tyrannidem quam in Maronitas exercebant Saraceni, ſed de eorum ad Catholicam fidem reditu nihil, eo quod ipſo ſcribente nondum contigiſſet. Aitonus Armenus, Præmonſtratenſis Monachus, Regii ſanguinis Armeniaci princeps c. 14. libri quem de Tartaris conſcripſit, Maronitas plurimum laudat, Jacobiticæ tamen hæreſis eos accuſat. Sed ille, ut pote princeps, & militiæ magna vitæ parte deditus, non ita ſcrupuloſe philoſophatus eſt. *Maronini*, inquit, *tenent ritum Jacobitarum & linguam, & literas Arabicas habent. Circa Montem Libani, & in partibus Hieroſolymitanis habitant iſtæ gentes, & ſunt ſagittarii boni: de culturis vivunt. Syriani ſunt multi, Maronini vero in modica quantitate.*

Maronitæ equidem Neoterici a priore Marone, ſeu

ipſius

ipſius Monaſterio nominis ſui originem derivant, voluntque Johannem, qui vivebat dum ſextum Concilium celebratum eſt, Maronem ab illo celebri, & antiquo Monaſterio dictum eſſe, ſed meo judicio iſta parum probabiliter, ut ratio, teſtimoniaque jam allata demonſtrant. Negant præterea Maronem illum, quem Joannem vocant, Hæreticum fuiſſe Monothelitam, imo virum Catholicum affirmant, idque ex ipſius ſcriptis Syriacis adverſus Neſtorianos, Eutychianos, Monophyſitas, Acephalos, & Severianos demonſtrare ſatagunt. Sed nihil inde conſequitur, cum certum ſit Hæreſes poſterius natas cum anterioribus acriter depugnare, & contra eas cum Catholicis fortiter ſtare. Neſtoriani Arianos averſantur, Neſtorianos Eutychiani, Acephali, Severiani, &c. hos omnes Monothelitæ. Sed dum priores hæreſes extinguere conantur, ſuam ſtabiliunt. Quapropter ejus ſcripta quæ Maronitæ dicunt adverſus Neſtorianos, Eutychianos, Severianos & Acephalos eſſe multa, cum fuerit Monothelita, non demonſtrant eum eſſe Catholicum. Deinde in ſcripta illa inquirendum eſſet, genuinane ſint, an ſuppoſita, & ſuppoſitionis condemnanda quæcunque ſunt Arabica, niſi forſan conſtaret eſſe tranſlata: Nondum enim ita invaluerat dialectus Arabica, ut Syris eſſet Vernacula. Quapropter ea, quæ leguntur in officio Maronitico Diaconi ad Miſſam, ubi Doctorum Eccleſiæ fit memoria, p.76.

ܘܠܓܒܝܐ ܡܪܝ ܡܪܘܢ ܗܘ ܐܒܐ ܛܘܒܢܐ ܘܩܕܝܫܐ ܕܐܬܢܩܦ ܠܥܕܬܐ

ܩܬܘܠܝܩܝܬܐ ܕܪܗܘܡܝ ܀

Et electi Domini Maronis, qui pater eſt beatus & ſanctus, quique adhæſit Eccleſiæ ſanctæ, Catholicæ Romanæ; de priore Marone intelligenda ſunt.

A Guillelmi Tyri Archiepiſcopi tempore in hunc uſque diem Maronitæ fideliter perm anſerunt in fide Catholica, &

Eccleſiæ Romanæ obedientia, ut teſtatur Gregorius XIII. Pontifex initio Bullæ qua Romæ Collegium ipſis fundat, & reditibus munifice dotat *Maronitæ*, inquit Pontifex, *qui in Libani montibus degentes a multis ſeculis ſub S. R. E. obedientia & devotione ſidem Catholicam inter tot circumſtantes Infidelium & Schiſmaticorum ſectas retinent, ac certis annorum ſpatiis ad Apoſtolorum limina viſitanda, ſedemque Apoſtolicam amplectendam & recognoſcendam, aliquos deſtinare ſoliti ſunt, de peculiari loco ad uſum hoſpitalitatis erga ejuſdem nationis Indigenas ad urbem confluentes exercenda noſtra opera proviſum eſſet, ipſiuſque Nationis erga ſedem Apoſtolicam continuum ſuſciperet incrementum, &c.* Eandem obedientiam teſtantur eorum officia publica in quibus pro Pontifice Romano & Eccefia Romana preces quotidianas fundunt, ut in libro miniſterii Diaconici p. *66. 67.*

ܘܥܠ ܪ̈ܥܘܬܐ ܘܡܕ̈ܒܪܢܐ ܝܩܝܪ̈ܐ ܕܥܕ̈ܬܐ ܩܕܝܫ̈ܬܐ ܕܐܠܗܐ ܘܥܠ ܛܘܒܢܐ
ܡܪܢ ܦ̄ ܦܦܐ ܕܪܗܘܡܝܐ . ܘܡܪܢ ܦܛܪܘܣ ܦܛܪܝܪܟܐ ܕܝܠܢ . ܘܥܠ ܡܪܢ ܦ̄
ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܥܡ ܫܪܟܐ ܕܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ܬܪܝܨ̈ܝ
ܫܘܒܚܐ *

Et pro Paſtoribus & Rectoribus venerandis Eccleſiarum ſanctarum Dei, & pro Beato Domino N. Papa Romano, & Domino Petro Patriarcha noſtro: Et pro Domino N. Metropolita, & reliquis venerandis Metropolitis & Epiſcopis Orthodoxis, &c.

Ideo Gregorius XIII. in urbe fundavit iſtius Nationis Collegium, in quo Adoleſcentes plures Maronitæ literis Latinis, & Theologicis inſtituuntur, ut iis imbuti in patriam revertentes religionem Catholicam quam eorum Majores coluerunt, excolant, & amplificent. Fundationis Bulla inter Gregorii XIII. Bullas habetur *91.* in qua præter cætera, ipſis conceditur Miſſas & cætera officia Eccleſiaſtica idiomate Chaldaico vel Arabico celebrare. Hoc autem faciunt Romæ, non modo in Collegio proprio, non ſecus ac Græci; ſed etiam, ut acce-

accepi, nonnunquam extra Collegium, quod aliis Orientalibus non facile permittitur. Collegium iſtud penſionibus auxit anno 1585. & 1586. Sixtus V. Pontifex. Paulus vero V. anno 1612. eorum Patriarchæ, Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ipſis enixe id petentibus per ſolemnem Epiſtolam impertiit benedictionem Apoſtolicam, poteſtatemque dedit Patriarchæ vel per ſe, vel per delegatum Epiſcopum una vice tantum Indulgentias peccatorum plenarias populo ſuo concedendi: Epiſtolamque ſic finit, *Precamurque Dominum, ut aperiens manum ſuam, impleat vos, & bona veſtra, & univerſam Maronitarum Catholicam nationem benedictione ſua*. Edita eſt Epiſtola inter Pauli V. Bullas, 77.

Conſuetudines Græcorum, ut plerumque ſequuntur. Diaconi & Sacerdotes eorum conjugati ſunt, ſed matrimonio ante ordinationem ſuſcepto: Qui tamen conjugati non ſunt: maxime honorantur. Confirmationis Sacramentum ſtatim a baptiſmo, & continua actione, Infantibus conferunt. Semel tantum ſingulis diebus Miſſam in Eccleſia celebrant, nec ſine urgenti neceſſitate, & Epiſcopi licentia, bis in die ſuper uno & eodem altari ſacrificant. Sacramentum Corporis & Sanguinis Chriſti in Azymis conficiunt, ut Latini, licet cæteri Orientales, ut Neſtoriani, & Jacobitæ fermentato pane utantur, ajuntque conſuetudinem illam eſſe in eorum Eccleſiis antiquiſſimam, licet fateantur panis conſecrandi figuram, quam nunc uſurpant, a paucis annis ad Latinorum formam eſſe mutatam. Antiquos Maronitas azymis uſos fuiſſe demonſtrat Abraham Ekellenſis teſtimonio cujuſdam Davidis Archiepiſc. Maronitæ, qui anno Chriſti 1053. ſcribebat, in adnotationibus ad catalogum Librorum Chaldaicorum Hebed Jeſu p. 134.

Iſtius nationis Catholicæ ſacras ordinationes edimus. Codex ex quo eas deſcripſimus antiquus erat, & egregie ſcriptus. Nobis cum anno 1639. Romæ eſſemus eum dederat Abraham Ekellenſis Maronita, linguæ Syriacæ & Arabicæ eruditiſſimus

Pro-

Profeſsor; cujus tum congreſsu & colloquio familiariter utebamur. Dum Romæ commorarer Latine interpretatus ſum: Poſtea Pariſios revertens codicem mecum aſportavi, eum tempore commodo publici juris facturus. Abraham ipſe poſtmodum in Galliam vocatus eſt, deinde aliquot poſt annis quidam Epiſcopus Maronita Pariſios venit, qui inter alia quæ ſibi agenda proponebat, codicem meum Syre in gratiam nationis ſuæ edere ſatagebat. Sed urbe obſeſsa, omnibuſque tumultuantibus a propoſito deſtitit, & in Italiam unde huc venerat, reverſus eſt. Tumultibus deinde civilibus recrudeſcentibus Abraham ipſe Romam ab eminentiſſimo Cardinale Pallotto, ut Congregationi de Propaganda Fide maxime utilis, revocatus eſt. Abiens autem codicem ſarcinis ſuis imprudenter permixtum Romam retulit. Ibi recognitum fideliter mihi deſcribi curavit, & deſcriptum ad me remiſit. Hunc acceptum cum Interpretatione mea, quam annis quatuordecim elapſis elaboraveram, diligenter contuli. Coronide ſic interpretationi meæ impoſita, & eam & codicem tui juris facio.

Hactenus Morinus, cujus prçfationem ſubjectis criticis notis diſcutere cogitaveram, aſt mutato conſilio, quam mereatur Fidem de Maronitis eorumque Fide, atque Sm̃o Patriarcha Johanne talia ſcriptitans Tibi decidendum committo. Ut ergo in quçſtione facti ſententiam pronuncies juſtus Judex, nec cuiquam jus quæſitum tollas, (quum potius unumquemque, in ſua poſſeſſione manutenendum jura decernant, niſi illam injuſtam, ac illegittimam eſſe conſtet, nec quemquam malum pronunciandum vel reum, niſi actor, ſeu accuſator id certis comprobet monumentis vel Teſtibus firmet omni

ex-

exceptione majoribus) monumenta ſingula ad rectam revocas criſim , ſpuria a ſinceris ſecernis, ſincera rite expendis, Teſtes probatos admittis, eos potiſſimum de quorum probitate & ſcientia nullus dubitandi locus rationabilis relinquitur. Si itaque hac methodo ſingulas cognoſcis cauſſas pro Tribunali ſedens, quęſo, Maronitice gentis cauſſam iſtam ad Te delatam eodem æquitatis jure dirimas, neque ab Accuſatoribus monumenta undique congeſta, & exquiſita ſine maturo judicio probes, nec Teſtibus Maronitis jure ſuſpectis, utpote falſis ſeu minus idoneis, fidem ullam tribuas.

Ut autem cognoſcas, quid de monumentis judicandum ſit, quæ ſit Teſtium qualitas, ut ajunt, noveris Maronitas exiguos numero eſſe maxime ſi conferantur cum aliis Syris Melchitis, & Monophyſitis, ac ut plurimum ab aliis ſecretos in montanis Phęniciæ, ac Syriæ partibus degere. Communi cum dictis nationibus patria lingua olim, Syriaca nempe, utebantur, & communem cum iis ritum ac diſciplinam in Sacris Religionis officiis adhibebant. Eccleſiaſticos etiam libros, & Synodales Canones communes, quamplurimos, ne dicam fere omnes noverant. Maxima ſub Otthomanorum Tyrannide, potiſſimum Seculis illis Eccleſię Univerſę obſcuris IX. ſcilicet X. XI. & XII. Maronitę fere omnes ignorantia laborabant, non ſecus ac cęterę Orientis, & Occidentis nationes. Hæc

igno-

ignorantia, hęc communio, ac permixtio in cauſſa fuerunt, ut hęretici homines in agro Dominico ſuperſeminarent zizanias, atque clanculum libros corrumperent, adulterarent, errorum ſuorum veneno inſpergerent, & hęreticos ſuos libros Catholicis obtruderent, Catholicos nominibus hęreticorum, & Gregalium ſuorum inſignirent, quo Doctoribus ſuę ſectę venerationem conciliarent & exiſtimationem. Hinc factum eſt, ut nonnulli Maronitarum, qui ſcientia, & criterio haud pollebat, nec tantum valebant, ut ſecernerent lolium a tritico, (etſi a Jacobitarum ac Monophyſitarum, aliorumque Orientis Hęreticorum, & Schiſmaticorum communione Eccleſiaſtica ſemper fuerint alieni (1)) multos errores Hæreticorum ignoranter ebiberint; error materialis, ut ſcholæ dicunt, aliquorum, & quę dixi, cauſſam ſeu occaſionem dederunt Scriptoribus quibuſdam, ut de univerſa Maronitarum gente multa venditarent, quę ab omni veritate abhorrent, & nullis ſinceris monumentis comprobari poſſunt. Scriptores autem, qui de Maronitis talia ſcripſerunt, fuere potiſſimum Melchitæ; & Latini, tum antiqui, qui nempe Sæculo XIII. in Syria armis ſubacta a Chriſtianis Latinis, Francis vulgo dictis, principibus viris Eccleſiaſticam juriſdictionem exercebant; tum recentiores qui

(1) *Conſtat ex authenticis libris, ac præcipue Catecheticis Monophyſitarum aliorumque Syros Maronitas fuiſſe ab iis conſideratos veluti ſectam peculiarem, qua cum in ſacris communicandum non eſſe decernebant.*

qui ab Apoſtolica Sede ad Sacras obeundas in Oriente miſſiones mitti conſueverunt. Quæ autem Fides præſtanda ſit hiſce Scriptoribus, cum de Maronitarum fide, ac moribus agunt, paucis accipe atque cognoſce. Melchitę, licet & ipſi Syri, attamen manifeſti Maronitarum Adverſarii fuerunt, hoſque Rebelles olim conſiderabant, *vide Aſſemanum Patruum in Bibliothec. tom.* 1. *in vita Johannis Maronis*. Contrarium animum confirmarunt ex quo rejectis antiquis Ritibus patriis, & moribus antiquatis, Conſtantinopolitano Patriarchę ſeſe devoverunt, & ab eo novas Gręcas Liturgias, & Sacram Gręcanicam Ritualem diſciplinam in patrium etiam Syrum ſermonem, Arabicamque linguam converſas acceperunt; quod ſub Theodoro Balſamone Antiocheno, & Marco Alexandrino Patriarchis factitatum novimus. *Vid. diſſertat. noſtram de Origin. Liturgiarum*. Nullam occaſionem propterea Melchitæ ſcriptores reliquerunt non bene affectum in Maronitas oſtendendi animum, eoſque multis erroribus, ac hæreſibus & criminibus accuſandi; ſed certis, ac ſinceris argumentis numquam potuerunt accuſationes ſuas comprobare, quod tamen ipſis incumbebat, cum actores ſemper eſſe voluerint.

Melchitis ſeſe adjunxerunt Latini prędicti, licet alia ducti ratione, & alio ſpiritu animati. Antiquorum enim aliqui, ut philacteria ſua dilatarent; ſeu zelo quodam, non ſecundum ſcientiam, animati, uti

&coeteros orientales, ita & Maronitas ſibi devotos, ac ſubditos efficere volentes, omnes ad Latinæ Eccleſiæ mores, conſuetudines, ac Ritus pertrahere ſtudebant; unde & Orientalem diſciplinam in multis accuſabant: quin & quidquid alienum a ſuis moribus videbant, reprobandum decernebant; ac plebem ignorantem ſuis privatis opinionibus veluti fidei dogmatis imbuendam curabant. Eadem via inceſſerunt quidam ex modernis Miſſionariis, qui Ritus Orientales damnant, cum eos Ritus non probe teneant. Quæſo *Illuſtriſſime* vir attendas: quot turbas non excitarunt? quot quæſtiones non inſtituerunt? quot dubia non moverunt? Quot falſitates in vulgus non diſſeminarunt horum Miſſonariorum nonnulli, ſive ex contentione, ſive ex æmulatione, ſive ex ignoratione Horum agendi rationem in remotiſſimis regionibus quis privatus homo facile cognoſcere aut retundere valeat? Cum Sanctiſſima coeteroquin ſapientiſſimorum S.R.E. Cardinalium decreta vel negligant, vel tergiverſationibus ſuis eludant, iiſque quandoque abutantur? Quamobrem jure horum paucorum ac privatorum hominum Latinorum ſtudium Eccleſia Romana numquam probavit, quin & fere ſemper damnavit; Longus eſſem, ſi Romanæ Eccleſiæ decreta, conſtitutiones, Bullas, brevia, ac epiſtolas ad hanc uſque diem emanata, edita, conſcripta, & data per extenſum recitare vellem, quamobrem plura ſcire cupienti mitto ad Epiſtolam

Ency-

Encyclicam SSmi D. N. BENEDICTI XIV. datam ann. 1755. Hæc monumenta dabo integra, ubi primam Moriniani Commentarii partem vulgabo. Curavit quidem Romana Petri Cathedra, & ſtudium omne impendit in ſecernendo lolio, zizaniis eradicandis, ac tribulis evellendis, ſanam ſcilicet doctrinam in Oriente & Orthodoxam Religionem promovendo, libros Eccleſiaſticos Orientalium corrigendo, irrepentes abuſus tollendo; ſed curam iſtam, ac ſtudium hoc geſſerunt & impenderunt Romani Pontifices etiam (ubi neceſſitas poſtulavit) in Occidentali, ac Latina Eccleſia conſervanda, promovenda, & reformanda, atque libris Eccleſiaſticis, Ritualibus præſertim corrigendis; cum probe noſſent eam eſſe hominum conditionem, & adjuncta rerum humanarum, ut de terreno pulvere etiam Sanctorum corda aliquando ſordeſcant. Hinc tamen, nonniſi Calvinianæ aut Lutheranæ ſectæ iniquus homo ſophiſtica arguendi ratione inferet Eccleſiam Romanam, & Latinam a vera fide, & a ſincera Chriſtiana Religione aliquando defeciſſe.

Quoniam vero animus hic non eſt apologiam pro Maronitis conncinandi (1) hinc duo Te, vir Illuſtriſſime, rogo; ac primum; ignoſcas, ſi amor patriæ, & gen-

 tis

(1) *Id fecit Fauſtus Naironus in ſuis opuſculis inſcriptis*, Evoplia fidei, de nomine origine ac Religione Maronitarum. *Joſeph Simonius Patruus in ſua Bibliotheca Clementino-Vaticana, atque in mſs. opere quod propediem ſuis abſolutum numeris vulgabit de nomine, origine,* Reli-

tis quædam a me extorſerit, quę pacato animo forte non ſcripſiſſem, & a nonnullis, me tamen invito, in invidiam trahi poſſe novi, paratus ſum retractare quidquid a veritate, vel charitate Chriſtiana abhorret, vel mihi exciderit; ad hanc enim regulam quęcumque ſcripſi unquam vel ſcripturus ſum exigenda ex corde pronuncio: & retractare non me pudet, quę imprudenter ſcripſiſſe pęnitet. Miſſionarios Apoſtolicos veneror, Inſtituta illorum devoto proſequor animo, labores pro Fidei Catholicæ propagatione ſuſceptos laudo, uberes fructus illorum opera Eccleſiæ Catholicę acceſſiſſe celebro; Scriptores humanos non damno; aſt quædam aliquorum vitia, defectus, ſeu nævos manifeſto arguo, increpo; quod autem aliqui vitium admiſerint, id neque mirandum eſt, nec Cœtui illorum tribuendum: alias nulla reſpublica bene beateque eſſet inſtituta, quod nulla ſit, cujus aliqua membra defectus quoſdam non contrahant, ac peccata non admittant; & orbis hic terrarum malus, cum impiis Manichæis, & Principii mali fœtus dicendus eſſet, quod in eo mala quædam contingant.

Alterum vero, quod rogo, eſt, ut patientiam aliquantiſper habeas in me, & Johannis Morini errata quædam cognoſcas, atque non bene adfectum in Ma-

Religione Syrorum Maronitarum hiſtorice critice. Stephanus Evodius conſobrinus meus Apameenſis Archiepiſcopus in actis SS. Martyrum Orientalium tom. 2. ac Stephanus Aldoenſis in Chronico Maronitarum, & Vindiciis eorumdem quæ opera mſs. adſervantur in Bibliotheca collegii Maronitarum de Urbe.

Maronitas animum, quos hæreticos aliquando fuiſſe ac Monothelitas pronunciat, & a quodam hæreſiarcha hoc nomine donatos ſcribit. Hanc apertam eſſe falſitatem aſſero, neque unius alteriuſve teſtimonium qualecumque ſatis eſſe potuit, aut debuit Morino, ut tantum crimen Maronitis affingeret, potiſſimum cum Teſtes, quos producit & oculatos vocat, nec ſibi conſtent, nec probabilia adſerant. Quod ut demonſtrem, a Guillelmo Tyrio exordior; hic ſuam ignorantiam aperte prodit, dum damnatum in VI. Synodo Maronem,& Maronitas hęreticos dicit, contra quos laudata Synodus collecta dignoſcatur: etenim VI. Synodus contra Monothelitas habita fuit, nec verbum de Maronitis in ſinceris ejus actis, & hiſtoriis occurrit. Deinde Maro iſte hæreſiarcha latet Maronitas, qui duos tantum Marones ut Doctores & Patronos ſuós venerantur, uti ſuperius dixi, neuter vero eorum hæreticus ſine falſitate, & maxima injuria dici poteſt. Unam in Chriſto voluntatem, & operationem in ſenſu Monothelitarum numquam Maronitæ dixerunt, neque publicum hujus nationis monumentum ullum antiquum id probat, quin potius Eccleſiaſticæ ipſorum Tabulæ vel antiquiſſimæ contrarium aperte evincunt.

Aſt Guillelmus narrat,Maronitas ſua divina inſpiratione ad cor redeuntes, languore depoſito, ad Patriarcham Antiochenum Aimericum, qui tertius nunc Latinorum præeſt eidem Eccleſiæ, ad unitatem Eccle-

ſiæ

ſiæ Catholicæ reverſos. Fateor: verum turpiter aberravit Guillelmus, & ſui temporis hiſtoriam multis fabulis conſpurcavit, & ut gloriæ Latinorum nonnullorum ſtuderet, ea recenſuit, quæ Oratorem, vel Poetam decent, non vero hiſtoricum fide dignum. Enim vero, quis credat integram nationem excedentem quaſi 40. millium quantitatem, qui per Biblienſem Botrienſem, & Tripolitanum Epiſcopatus juga Libani, & montis devexa habitabant, ſine ullo maximo ac evidenti miraculo tantam ſui mutationem ſtatus paſſam fuiſſe? Quis Apoſtolus hanc mutationem, & quidem mirabilem procuravit, cui ſimilis a nemine fere Apoſtolorum Chriſti legitur peracta? Sed (ut aliquid concedamus Guillelmo hiſtorico Latino Archiepiſcopo Tyri ſcribenti Hiſtoriam Tranſmarinam) dico fieri potuiſſe; ut Maronitæ, qui Latinis erant bene adfecti ac in majoribus negociis, quæ cum hoſtibus habebant, frequentiſſime valde utiles (quia cum Romana Eccleſia in fide ac Religione erant conteſſerati) ad Latinorum Patriarcham acceſſerint, &, id forte ipſo exigente pro majori ſecuritate eorum fidei, profeſſionem ediderint in manu ejus, quo ferme pacto Epiſcopi illam in ſui conſecratione edunt, & doctores cum laureas doctoratus accipiunt, aliique ſolent fidei profeſſionem renovare. Hanc etiam fidei profeſſionem ab eis exquiſivit, quod nonnulli forte hæreſi, ſeu erroribus implicitis eſſent ſeu materialibus ſeu formalibus ut ſcholæ dicunt: ultra fidei profeſſionem, Aimericus Maro-

nitas

nitas ſibi ſubjectos voluit, & traditiones, ac Ritus Romanæ Eccleſiæ amplecti eos, ac obſervare decrevit; & revera ab illo ſæculo Maronitæ cæperunt paullatim Romanæ Eccleſiæ conſuetudines atque peculiares quaſdam cæremonias (ſuis antiquis abrogatis) amplecti, ac ſervare; quod ſatis manifeſtat alter, qui producitur a Morino Oculatus Teſtis, Jacobus de Vitriaco Acconis in Syria Latinus Epiſcopus in iis, quæ citat Morinus, verbis. Cæterum nihil aliud evincunt præter ea, quæ mox innui, Teſtes a Morino producti: ſi vero quidpiam aliud aſſerunt, illos ut ignorantes, ac falſos Teſtes Maronitæ ſemper deprędicarunt, & jure quidem, cum videant ſe ut Jacobitas traduci ab illis, quando ſemper a Jacobitarum communione fuerunt alieni, & Jacobini ſcriptores ipſos, uti ſectam contrariam ſuæ, noverunt, & damnaverunt,

Sed ut ad evidentiam noſcas, quæ fides adhibenda ſit Teſtibus a Morino productis, etſi oculati dicantur, quæſo, cognoſcas, quę fides tribuenda ſit ipſi Morino, doctiſſimo cætera viro Maronitarum Ordinationes exhibenti. Cl. hic ſcriptor in fine ſuę Prędationis ſcribit. „ Iſtius nationis Catholicæ ſacras „ ordinationes edimus. Codex ex quo eas deſcripſi- „ mus, antiquus erat, & egregie deſcriptus. No- „ bis cum anno 1639. Romæ eſſemus eum dederat „ Abraham Ecchellenſis Maronita . . . cujus tum con- „ greſſu, & colloquio familiariter utebamur . . . dum

Romæ

„ Romæ commorarer , latine interpretatus ſum „ deinde aliquot poſt annis, quidam Epiſcopus Maro- „ nita . . . Codicem meum Syre in gratiam ſuæ gen- „ tis edere ſatagebat &c. „ Quiſquis porro hæc perlegit , & Johannis Morini diligentiam , atque doctrinam pr ę oculis habeat , ſtatim certus erit , a Johanne Morino editas eſſe ſinceras Tabulas Rituales Maronitarum : quod ſi ita ſe res habeat : nemo Theologus erit , qui Maronitas non ſolum Monothelitas , aut Jacobinos , quod forte tolerandum eſſet , ſed & Religionis omnis extorres , atque e Chriſtianorum albo expungendos non pronunciabit ; & jure , ac merito , cum enim Religio nulla a Sacerdotio ſejungi queat , Maronitas omni legittimo Sacerdotio carere nemo non videt , qui Ritum ordinationis ipſorum a Morino editum verſet , in quo nihil eorum , quę ad integritatem ac validitatem Ordinationum divino humanoque jure præſcripta ſunt , adparet . Si igitur Morinus illuminatis hiſce ſæculis tantum peccatum in Maronitas admiſit , quid mirandum erit , ſi priſcis illis ſęculis ſcriptores illi , qui Doctrina Sacra , & Orientalium linguarum ac Rituum cognitione Morino longe inferiores erant , ea Maronitis affinxerint , ea tribuerint , quæ a vero longe aberant ? cum & iis rationes non paucæ ſubeſſent talia de Maronitis prædicandi , Morino vero nulla tam graviter errandi .

Dicam ergo (& jam ad alterum Præfationis meæ caput devenio) pace tanti viri , Morinus Diaconalem

nalem Syriacarum ordinationum librum venditavit pro Pontificali, & quo fere pacto ſe gereret, qui ſciens, & prudens librum miniſterialem Eccleſiæ Latinę vulgo *ſerve Meſſa* pro Miſſali Latino venditaret, tali omnino ratione ſe geſſit Morinus. Grave peccatum Morino tribuere videor iis, qui hujuſce viri fama perciti, ipſius ſcripta venerantur, ſed attente non legunt. Tu vir Illuſtriſſime Judex ſede, & me falſum accuſatorem debitis coerce pænis. Appendicem hujus Tomi totam legem, attentiſſime conſidera; illa videbis expreſſa, quæ a diaconis, miniſtris, ac populo circumſtantibus, & Pontifici ordinanti inſervientibus fiunt, recitantur, & cantantur: ubi vero de ordinationis miniſtro Epiſcopo ſermo obiter occurrit, hæc plerumque verba ſola reperies: *Epiſcopus precatur*, *Epiſcopus orat*, *Epiſcopus dicit*. Aſt quas fundat preces, quas recitet orationes, quæ dicat verba, fere numquam deprehendes. Defectum tantum Morinus oculatus & ipſe vidit, ſcribit enim adnotat. 28. pag. 428. editionis Antuerpienſis, in editione autem noſtra adnotat. ſubjecta pag. 264. *Rituales Syrorum, qui præ manibus noſtris ſunt, non exprimunt orationes conſecratorias &c.*

Sed Maronitæ hunc ſuarum ordinationum Codicem Morino communicarunt, hunc probarunt, uti Morinus ipſe teſtatur; neq. alium Codicem habuit.

Quod alium Codicem non habuerit, do, uti & illud gratis concedam, quod alium habere non potuerit,

ſed

ſed illud Morino vitium tribuo, quod ſciens & prudens Codicem Diaconalem ac Miniſterialem ordinationis Maronitarum, tamquam Ritum ordinationis Maroniticum venditaverit; & ſciens ac prudens Maronitis Ecchellenſi, & Epiſcopo cuidam id tribuerit, quod illis in mentem numquam venire potuit; optime enim noverant Syrorum morem tribuendi in duas partes Eccleſiaſticos libros, in Diaconales ac Miniſteriales, & Sacerdotales, ſeu Pontificales; optime noverant Codicem Morini Diaconalem eſſe, cum & ipſe id perſpexerit: propterea nonniſi uti Diaconalem librum illi communicare eum potuerunt, ac ipſe uti diaconalem vulgare debuit, non vero cum hac epigraphe, Ritus ordinationis Maroniticus. Sed & hæc miſſa faciamus, atque tanto viro hoc erratum donemus, quod ſevero ac acerbo animo aperui, atque caſtigavi, tum quod gentem meam, ejuſque Sanctiſſimos Præſules male tractaverit, cum etiam quod Theologos de ſchola Latinos cenſoria nimis virga plectat in ſuis Præfationibus, & commentariis, ac Tractibus de Sacramentis Ordinis, & Pænitentiæ; quum demum, ut neceſſitatem novæ editionis operum Morinianorum (in quibus precioſum aurum conditur pulvere aliquando obductum) monſtrarem.

Quanti autem faciam Morinum ſatis, ni fallor declaro, cum ipſius verſionem nova editione in apertam profero lucem, in qua licet multa deprehenderem caſtigatione & correctione digna, attamen ne rigidus

cen-

cenſor adparerem; cenſoria virga ſingula diſcutere nolui potiſſimum, quod Reipublicæ bono id neceſſarium vel utile non perſpexerim, quod unum præ oculis habere debent, qui aliquod opus in publicum producunt. Syriacum ergo Morini textum non repræſentavi, ne tomus nimis excreſceret ſine ullo Reipublicæ commodo; prçterquam quod ſcribarum ac Typographorum oſcitantia & incuria (quas nos ipſi inviti ferre cogimur, & ab illis impetrare non poſſumus ut recenſiones & correctiones & noſtras & aliorum ad id opus a nobis delectorum ſumma diligentia, ac pertinaci labore perfectas rite obſervent) multa irrepſerunt menda, interpunctiones ſuperfluæ, & nonnumquam textui contrariæ, conjunctiones Periodorum malæ aſſutæ adparent, Syriacuſque textus incongruè recenſitus & vocalibus, ac punctis male animatus & ſecretus conſtat, hinc & illud conſecutum eſt, ut & verſio ipſa mendoſa ſit, cum aliquando periodi conjungendæ, disjungantur; & disjungendæ conjungantur; quarundam vocum germanus ſenſus haudquaquam exprimatur, nonnulla ceremoniæ rite non repræſententur, qui defectus, quç ſphalmata ex noſtra verſione, cum qua Lectores Morinianam conferre poſſunt, ſunt corrigenda, & emendanda.

Adnotationes, quod ſpectat, quas Morinus a pag. 477. ſcripſit, *In Syrorum ordinationes, quibus multa difficilia & obſcura tam ratione textus, quam il-*

 lius

lius Eccleſiæ Rituum explicantur & illuſtrantur. Obiter quoque ex Auctoribus Syris inquiritur, quæ ſit antiqua illius gentis de Dionyſianis operibus traditio. Illas, ut commodo Lectorum ſerviremus, ad calcem haud remiſimus, uti Morinus fecerat, ſed ſuis appoſuimus locis. Porro etſi doctiſſimi viri non contemnendum fætus ſint, quędam nihilominus in iis correctione digna viſa ſunt, ſed temperavimus a ſubiiciendis caſtigationibus, quod alibi expoſituri ſimus quę majori egent illuſtratione; contenti itaque fuimus nonnulla Italo caractere ſubiicere iis, ne excederemus æquitatem, ac animi moderationem, quę Chriſtiano homini nobis congrua viſa eſt, & qua ſperamus Lectores animatos erga nos fore, cum undequaque perfectus ſit ſolus Deus; nec defectus illi tales, ac tanti ſint, ut criticę ſeveriſſimæ legibus ſubito debeant ſubiici ab eo, qui bonum publicum prę oculis habeat, & ædificationem; quare hęc de Moriniana verſione, & adnotationibus in præſentiarum ſatis dicta ſunto. Nunc itaque ordinis ratio exigit, ut de noſtra editione quædam ſubdamus, cum utilitas ac neceſſitas illius abunde pateant: ac primo, de Codice, quo uſi ſumus, verba facimus. Codex ſcriptus eſt nitidis caracteribus an. 1728. ab Archipresbytero Michaele Metoſchita Cyprio, Maronitarum Urbani Collegii alumno, ut ex notula ad calcem extante liquet, & quidem Romæ in Monaſterio SS. Petri, & Marcellini, quod tunc temporis pertinebat ad Monachos Maronitas S. Antoni

toni

tonii Abbatis Congregationis montis Libani, nunc vero pertinet ad Moniales S. Thereſiae Virginis quæ in Ædibus Gymnaſiæ familiæ Monaſterium habent; etſi autem hactenus ad laudatum Monaſterium non ſe contulerint Moniales, Maronitæ tamen Monachi hoſpitium ſibi fecerunt prope Eccleſiam S. Petri in Vinculis nuncupatam in villa, quæ Matthæiorum Paganicæ dictorum propria erat, & a laudatis Monachis cum opportunis juris remediis, & cautionibus ſoluto pretio empta fuit. Codicem autem ſibi deſcribi curavit, ac proprio uſui Gabriel Eva Cypri Archiepiſcopus Maronita Pontificio ſolio aſſiſtens, qui in Urbe Pontificalia pro Syris, ac Maronitis agebat: piiſſimus hic Archiepſcopus unus fuit e primis Congregationis Monaſticæ dictæ Reformatoribus, ab Apoſtolica Sede ad Maronitas alioſque Orientales non ſemel pro cauſis graviſſimis ablegatus munia laudabiliter explevit, multa pro religionis zelo pertulit ab infidelibus, quin & vincula ſuſtinuit in Civitate patria Alepi dicta, tandem Romæ octuagenario major omnibus ordinibus acceptus ſanctiſſime ut vixerat, ſupremum clauſit diem an. 1752. Eo vero defuncto codicem vulgandum nobis communicavit Thomas Eva Gabrielis ex fratre Nepos, Presbyter in S. Theologia doctor, & in Romano noſtro Gymnaſio linguæ Arabicæ meritiſſimus Profeſſor.

Codex autem laudatus deſcriptus fuit ex Autographo Romam miſſo a Stephano Aldoenſi Patriarcha

ſupe-

ſuperius laudato, ut nimirum in Typographia Collegii Urbani de Propaganda Fide ederetur pro Maroniticæ gentis commodo, & uſu; non ſemel enim decretum a S. Congregatione de Propaganda Fide emanavit Orientalium, ac potiſſimum Syrorum Maronitarum Eccleſiaſticos libros præviis maturo judicio, & correctione, ubi opus eſſet, Typis Romæ committendi, quo Orientales, Typographicæ artis ope deſtituti, commodum haberent talium librorum, nec ſcribis, aliiſque amanuenſibus ſeu hæreticis ac ſchiſmaticis locus eſſet libros laudatos corrumpendi; vel adulterandi, quod frequens contingebat. Codici epiſtolam quandam prefationis vice preposuit ad Maronitas Epiſcopos Presbyteros, Abbates, alioſque directam ſub data an. 1683. menſis Octobris die prima: compendio epiſtolam recito ne integram deſcribens Aſiatici ſtyli pertædeat Te, vir Illuſtriſſime.

Ubi laudatus Aldoenſis Sedem Antiochenam conſcendit, primam Paſtoralis ſollicitudinis partem in libris Eccleſiæ Maroniticæ cognoſcendis, & recenſendis poſuit, cum ut varietatem omnem tolleret, tum ut errores corrigeret, ac emendaret vitia, quæ Amanuenſium oſcitantia, ſeu ignorantia obrepſerant, & hæreticorum (qui communem cum Maronitis ritum, & linguam habent) fraudem; etſi enim non ſemel ab antiquis hujuſcemodi operi manus fuiſſet admota, attamen nova cura recenſendi, & cognoſcendi erant tales libri; neque id mirum videatur, cum

ipſi Romanæ Eccleſię Rituales libri multoties ſimili ſubjacuerint diſquiſitioni, provido certe, ac ſaluberrimo Romanorum Epiſcoporum conſilio.

In hanc vero ſollicitudinis partem duos Archiepiſcopos Maronitas liberalium, & Theologicarum diſciplinarum doctrina conſpicuos, ac Rituum Eccleſiæ potiſſimum Syriacæ ſcientia inſtructiſſimos, atque zelo religionis ferventiſſimos ſibi ſocios, & conſiliarios vocavit. Quorum unus fuit Petrus Guſtenſis Archiepiſcopus Cypri, alter verum Joſeph Simonius Aſſemanus propatruus meus Tripolis Syriæ Metropolitanus. Quoniam autem Principem locum in ſacris Chriſtianorum Ritibus, & officiis ſibi vindicat Chirotonia ſeu Pontificalis liber, in quo Sacerdotum, ac Miniſtrorum Rituum Eccleſiæ inauguratio, ac perfectio continetur, ab eo exordium duxerunt. Hunc ut priſtinæ ſinceritati, & integritati reſtituerent, & ad Ritum ab Apoſtolis ad tempora decurrentia traditum, & cuſtoditum exigerent, quoad fieri poſſet, omni cura adnitendum duxerunt, ut errores, qui quidem nec pauci, nec leves in idem Pontificale, depravatis poſſim locis, irrepſerunt, quam accuratiſſime tollerentur. Idem enim Pontificale corrupti, & mendoſi Voluminis ſpeciem adeo præferebat, ut (multis dictionibus, hinc inde partim in unam contractis, partim una in plures diſtincta, partim iiſdem male, ac perperam collocatis, & trajectis, partim denique ipſo orationis ſenſu mutato) dubium eſſet, quibus tandem offi-

officiis, vel laudibus Eccleſię Præſules Antiocheni divinum nomen proſequerentur; prȩterquamquod in rubricis etiam ſparſim turbata ordinis ſerie diſpoſitis, tanta erat varietas, & obſcuritas ut, multis in locis recte ne ſe haberent, opinione magis, quam judicio eſſet ſtatuendum. Hanc ergo ad rem examinandam, & abſolvendam, vetuſtos libros Pontificales undique conquiſitos, & collectos ſtrenue, ac fideliter contulerunt cum antiquo exemplari aſſervato in Monaſterio S. Sergii Oppidi Eden, quod propria manu ſcripſit Hieremias Eamſcitenſis Patriarcha Antiochenus Maronitarum, qui Lateranenſi Concilio ſub Innocentio III. interfuit.

Cumque re ad eam, quæ in præſenti codice editur, formam redacta, Pontificale Maronitarum tandem reſtitutum, & abſolutum eſſet, atque ita ex omni parte diſpoſitum, ne ſubſequentibus temporibus cuilibet tribueretur libertas Pontificale prædictum in toto, vel in parte mutandi, vel ei aliquid addendi, ac omnino detrahendi ſub quovis prætextu conſtitutum fuit: & pro commdo in unum Volumen concluſa ſunt, quæ olim duobus diſtinctis continebantur, quorum unum quas Epiſcopus celebrans dicit orationes, & exercet officia exprimebat, alterum repræſentabat partem, quæ a Diacono Pontifici miniſtrante recitanda eſt.

Rubricas Arabicas non ſemel, atque expoſitiones Arabicas (licet Syriaco caractere deſcripras) ſępe ſubjecit Syri-

Syriaco antiquo textui propter illos, qui linguam Syriacam legunt quidem, ſed non intelligunt. Conſtat Codex pag. 166. in fol. alia manu aſſutæ ſunt eidem Paginæ 7. in quibus continetur, primo; Conſecratio Calicis & Patenæ, 2. Benedictio Imaginum, 3. Adminiſtratio Sacramenti Confirmationis. Qui Ritus ex Romano Latino de verbo ad verbum Arabico ſermoni ſunt redditi, ſcripti tamen Syriaco caractere. Poſt Epiſtolam prædictam, quæ præfationis vicem gerit exſtat Index Capitum Pontificalis, cui poſt Patriarchæ Conſecrationem ſubditur Ritus initiationis Monachorum. Syri ergo Maronitæ, exceptis Monachorum laudatis benedictionibus, has habent ordinationes: videlicet, 1. *Cantoris*, ſeu Pſaltę. 2. *Lectoris*. 3. *Subdiaconi*. 4. *Diaconi*. 5. *Archidiaconi*. 6. *Presbyteri*. 7. *Periodeutæ*, *ſeu Viſitatoris*. 8. *Archipresbyteri*, quem *Churi* vocant. 9. *Chorepiſcopi*. 10. *Epiſcopi*, *&* *Metropolitani*. 11. *Patriarchæ*.

Codicis præſtantia, & auctoritas duplici alio argumento oſtenditur, ac primo, ex Commentario, quem in has ordinationes ſcripſit olim Johannes Maronitarum Patriarcha cognomento Maro, non diſſimili ratione, qua Johannes Darenſis, cujus fragmenta citat Morinus, de quo tamen commentario alibi dicendum nobis erit, 2. ex Libanenſis Synodi prælaudatæ Actis, in quibus part. 1. cap. 13. hæc ad ordinationes ſpectantia leguntur, quæ hoc loco integre recitare cenſuimus.

SAcrificium, & Sacerdotium (ut inquit Sacroſancta Tridentina Synodus) *ita Dei ordinatione conjuncta ſunt, ut utrumque in omni lege* (a) *extiterit. Quum igitur in novo Teſtamento S. Euchariſtiæ ſacrificium viſibile ex Domini inſtitutione Catholica Eccleſia acceperit, fateri etiam oportet in ea novum eſſe viſibile, & externum Sacerdotium, in quod vetus translatum eſt. Hoc autem ab eodem Domino Salvatore noſtro inſtitutum eſſe, atque Apoſtolis, eorumque ſucceſſoribus in ſacerdotio poteſtatem traditam conſecrandi, offerendi, & miniſtrandi Corpus & Sanguinem ejus, necnon & peccata dimittendi & retinendi, Sacræ literæ oſtendunt, & catholicæ* Eccleſiæ *traditio ſemper docuit. Quum autem Scripturæ teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum unanimi conſenſu perſpicuum ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis, & ſignis exterioribus perficitur, gratiam conferri; dubitare nemo debet Ordinem eſſe vere, & proprie unum ex ſeptem Sanctæ Eccleſiæ Sacramentis. Si quis igitur* (b) *dixerit, non eſſe in novo Teſtamento ſacerdotium viſibile, & externum, vel non eſſe poteſtatem aliquam conſecrandi, & offerendi verum Corpus, & Sanguinem Domini, & peccata remittendi; Sed officium tantum, & nudum miniſterium prædicandi Evangelium: vel eos, qui non prædicant, prorſus non eſſe Sacerdotes, aut Ordinem ſive Sacram Ordinationem, non eſſe vere, & proprie Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum, vel eſſe figmentum quoddam humanum excogitatum à viris rerum*

(a) Seſſ. 23. cap. 2. (b) Seſſ. 23. can. 1. 3.

rerum Eccleſiaſticarum imperitis, aut eſſe tantum ritum quemdam eligendi miniſtros Verbi Dei, & Sacramentorum; anathema ſit.

2. *Quum autem divina* (a) *res ſit tam Sancti Sacerdotii miniſterium, conſentaneum fuit, quo dignius, & majori cum veneratione exerceri poſſet, ut in Eccleſiæ ordinatiſſima diſpoſitione plures et diverſi eſſent miniſtrorum ordines, qui ſacerdotio ex officio deſervirent, ita diſtributi, ut qui jam clericali tonſura inſigniti eſſent, per minores ad majores aſcenderent. Nam non ſolum de Sacerdotibus, (quo nomine Epiſcopi et Preſbyteri comprehenduntur) ſed et de Diaconis ſacræ litteræ apertam mentionem faciunt: et quæ maxime in illorum ordinatione attendenda ſunt, graviſſimis verbis docent: et ab ipſo Eccleſiæ initio ſequentium Ordinum nomina, atque uniuſcujuſque propria miniſteria, ſubdiaconi ſcilicet, Acolythi Lectoris, & Oſtiarii in uſu fuiſſe cognoſcuntur, quamvis non pari gradu; nec eodem quoad minores apud Romanam, et apud Orientalem Eccleſiam ordine aut numero. Nam in Romana quidem Eccleſia, prętér primam Tonſuram, qua quis clericatu initiatur, quatuor minores Ordines computantur, ſcilicet Oſtiarius, Lector, Exorciſta & Acolythus, & tres majores, nimirum Subdiaconus, Diaconus & Presbyter. Quibus adduntur Epiſcopi, qui in Apoſtolorum locum ſucceſſerunt, & ad hunc Hierarchicum ordinem pręcipue pertinent, & poſiti ſunt, ſicut Apoſtolus ait* (b) *à Spiritu Sancto regere Eccleſiam Dei iidem-*

(a) Seſſ.23. cap. 2. (b) Act.20.

iidemque Presbyteris ſuperiores ſunt, ac Sacramentum Confirmationis conferre, miniſtros Eccleſiæ ordinare, atque alia pleraque peragere ipſi poſſunt, quarum functionum poteſtatem reliqui inferioris ordinis nullam habent. In Eccleſia vero Orientali minores ordines, quos modo enumeravimus, licet non nomine, re tamen ac virtute una cum prima Tonſura continentur in ordine Cantoris, Lectoris, & ſubdiaconi, qui omnes in minorum numero habentur, ut infra dicemus (a) *Majores autem æque in una ac in altera Eccleſia ſemper habiti fuere Diaconatus, ſcilicet, Presbyteratus, & Epiſcopatus.*

3. *Quod ſi quis omnes Chriſtianos promiſcue novi teſtamenti Sacerdotes eſſe, aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali preditos affirmet, nihil aliud facere videtur, quam Eccleſiaſticam Hierarchiam, quæ eſt ut caſtrorum* (b) *acies ordinata, confundere: perinde ac ſi contra B. Pauli doctrinam* (c) *omnes Apoſtoli, omnes Prophetæ, omnes Evangeliſtæ, omnes Paſtores, omnes ſint Doctores. In ordinatione autem Epiſcoporum, Sacerdotum, & ceterorum ordinum, nec populi, nec cujusvis Secularis poteſtatis & magiſtratus conſenſus, ſive vocatio, ſive auctoritas ita requiritur, ut ſine ea irrita ſit ordinatio: quin potius ii, qui tantummodo a populo aut ſeculari poteſtate ac magiſtratu vocati, & inſtituti ad hæc miniſteria aſcendunt, & qui ea propria temeritate ſibi ſumunt, omnes non Eccleſiæ miniſtri, ſed fures, & latrones* (d) *per oſtium non ingreſſi, habendi ſunt. Si*

(c) Hoc cap. can. 48. (b) Cant. 6. (c) 1. Cor. 12. (d) Joan. 20.

Si quis igitur dixerit in Eccleſia Catholica non eſſe Hierarchiam divina ordinatione inſtitutam, quæ conſtat ex Epiſcopis, Presbyteris, & Miniſtris, vel præter Sacerdotium non eſſe in Eccleſia Catholica alios Ordines, & majores & minores, per quos velut per gradus quoſdam, in Sacerdotium tendatur, aut Epiſcopos non eſſe Presbyteris ſuperiores, vel non habere poteſtatem confirmandi, & ordinandi; vel eam, quam habent, illis eſſe cum Presbyteris communem; vel ordines ab ipſis collatos ſine populi, vel poteſtatis ſecularis conſenſu aut vocatione, irritos eſſe; aut eos, qui nec ab Eccleſiaſtica & canonica poteſtate rite ordinati, nec miſſi ſunt, ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi, & Sacramentorum miniſtros; anathema ſit.

4. *Quoniam vero in* (a) *Sacramento Ordinis, ſicut & in Baptiſmo, & confirmatione, character imprimitur, qui nec deleri, nec auferri poteſt: merito eorum ſententiam anathemate damnamus, qui aſſerunt, novi Teſtamenti Sacerdotes temporariam tantummodo poteſtatem habere, & ſemel rite ordinatos iterum laicos effici poſſe, vel iterum* (b) *ordinari, quemadmadum & illos anathematizamus* (c) *qui ajunt, ſacram unctionem, qua Eccleſia in ſancta ordinatione utitur, non tantum non requiri, ſed contemnendam & pernicioſam eſſe, ſimiliter & alias ordinis cæremonias: nam* (d) *recepti, & approbati Eccleſiæ Catholicæ ritus in ſolemni tam ſacræ Ordi-*

(a) Seſſ. 23. cap. 4. c. 4. Eug. IV. in decret. pro Inſtr. Armerorum.
(b) Can. Ap. 67. (c) Seſſ. 23. can. 25. (d) Seſſ. 7. can. 13.

Ordinationis, quam aliorum Sacramentorum adminiſtratione adhiberi conſueti, nec contemni, nec ſine peccato a miniſtris omitti, aut in novos alios mutari poſſunt. Illorum denique pravam, Eccleſiæque doctrinæ repugnantem conſuetudinem deteſtamur, & execramur, qui (a) *Diaconos, Presbyteros, & Epiſcopos, ſive ab hæreticis ordinati ſint (modo ordinans vere* Epiſcopus *fuerit, debitamque materiam & formam cum intentione ſervaverit) ſive ab Eccleſia Catholica ad hæreticos, ſchiſmaticos aut infideles deſecerint ad matris Eccleſiæ ſinum redeuntes iterum ordinare præſumunt.*

5. *Quum unumquodque Sacramentum materia, & forma conſtet, ſuum etiam proprium miniſtrum habeat, ritu quoque peculiari adminiſtretur, nec niſi certis perſonis, loco, ac tempore, variiſque præmiſſis diſpoſitionibus: hæc omnia in ſacra ordinatione conſiderantes, declaramus illius quidem materiam & formam eſſe manus impoſitionem, & verba, quibus tanquam ſignis exterioribus aut gratia, aut officium per ordinem collatum exprimuntur, ut infra de uno quoque ordine dicitur. Epiſcopum uero eſſe miniſtrum* (b) *ordinarium omnium ordinationum, unicum autem ordinationis Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, quemadmodum Apoſtolicus* (c) *canon præſcribit:* Epiſcopus a duobus, vel tribus Epiſcopis ordinetur. Presbyter ab uno Epiſcopo ordinetur, & Diaconus, & reliqui Clerici. *Subjectum vero ordinationis capax eſſe virile*

(a) Can. Apoſt. 67. (b) Eugen. IV. in decret. pro inſtruct. Armen. de Sacr. Ordin. Synod. Trid. Seſſ: 23. cap. 4. C. 7. (c) Can. Apoſt. 1:2.

rile ſexum tantummodo, nec tamen licite cuicumque poſſe conferri ordines, niſi ſervatis ſervandis, ut infra dicemus. Ritum denique ordinationis ab Epiſcopo peragendæ ex Pontificali Syriaco deſumi debere, illumque adamuſſim eſſe ſervandum præcipimus, quem Stephanus Sanctæ Patriarcha memoriæ nuper emendavit, a Reverendiſſimo Domino Patriarcha recognitum ac typis impreſſum evulgari propediem expectamus, ſuppreſſis omnibus aliis Pontificalibus, quæ in Syria circumferuntur.

6. Et ſi autem Epiſcopus eſt Sacrarum Ordinationum miniſter, non tamen quicumque ille ſit, nec reſpectu quorumcumque. Nam Epiſcopus Hæreticus, aut Schismaticus, aut ſuſpenſus, aut excommunicatus, nemini poteſt ordines licite conſerre, & ſi hoc auſus fuerit, irregularitatem incurrit: qui autem (a) *ab illo ſervata debita materia & forma Ordinem acceperit, valide quidem ordinationem recipit, ſed illicite, ſuorumque proinde ordinum exercitio interdicitur, niſi misericorditer cum illo diſpenſatum fuerit ab illa perſona, quæ ſuper hoc poteſtatem diſpenſandi habuerit.*

7. Deinde nullus Epicoſpus quemquam, nec ſubditos etiam proprios, in aliena diæceſi (b) *ordinare poteſt ſine licentia ordinarii loci, juxta hunc Sacræ* (c) *Tridentinæ Synodi canonem ,, Nulli Epiſcopo liceat cujuſvis privi- ,, legii prætextu Pontificalia in alterius Diæceſi exerce- ,, re, niſi de ordinarii loci expreſſa licentia, & in per- ,, ſonas*

(a) Innoc. III. Papa cap. Fraternitati. (b) Concil, C. P. I. can. 3.
(c) Seſſ. 6. cap. 5. de reform.

„ *ſonas eidem ordinario ſubjectas tantum; ſi ſecus fa-*
„ *ctum fuerit, Epiſcopus ab exercitio Pontificalium,*
„ *& ſic ordinati ab executione ordinum, ſint ipſo jure*
„ *ſuſpenſi.*

8. *In propria vero Diœceſi neminem promovere Epiſcopus poteſt, qui alienæ Diœceſis ſubditus ſit, ſine licentia* (a) *ac literis dimiſſorialibus ſui Superioris, Epiſcopi ſcilicet, tam originis, quam domicilii juxta conſtitutionem ab Innocentio XII. Summo Pontifice* (b) *editam, ſub pœnis in eadem conſtitutione tam contra ordinantem, quam contra ordinatum præſcriptis. Ut enim, ait, Sacra* (c) *Tridentina Synodus* „ *Unuſquiſque a*
„ *proprio Epiſcopo ordinetur, ſi ſecus fiat, ordinans*
„ *a collatione ordinum per annum, & ordinatus a ſuſce-*
„ *ptorum ordinum executione quandiu proprio ordinario*
„ *videbitur expedire, ſit ſuſpenſus: & alibi* (d). *Nemo*
„ *Epiſcoporum, qui Titulares vocantur, etiamſi in lo-*
„ *co nullius Diœceſis etiam exempto, aut aliquo Mona-*
„ *ſterio cujuſvis ordinis reſederint, aut moram traxe-*
„ *rint, vigore cujuſvis privilegii ſibi de promovendo*
„ *quoſcumque ad ſe venientes pro tempore conceſſi, al-*
„ *terius ſubditum, etiam prætextu familiaritatis conti-*
„ *nuæ commenſalitatis ſuæ abſque ſui proprii Prælati*
„ *expreſſo conſenſu, aut literis dimiſſoriis, ad aliquos*
„ *ſacros aut minores ordines, vel primam Tonſuram*
„ *pro-*

(a) Concil. Nicen. I. can. 16. Conc. Antiochen. can. 3. & 13. et 22. Conc. Sard. can. 19. Carthag. III can. 21. S. Leo I. decret. 39. can. Apoſt. 34. Conc. Trull. can. 17. (b) Init. *Speculatores* Dat. prid. Non. Novemb. anno 1694. (c) Seſſ. 23. cap. 8. de refor. (d) Seſſ. 14. cap. 3. de refor.

„ *promovere ſeu ordinare valeant. Contrafaciens ab ex-*
„ *ercitio Pontificalium per annum; taliter vero promoti*
„ *ab executione ordinum ſic ſuſceptorum, donec ſuo Præla-*
„ *to viſum fuerit, ipſo jure ſint ſuſpenſi.*

9. *Proprii autem* Epiſcopi *nomine intelligitur* Epiſ*copus ille, cui quis ſubditus eſt, ratione originis, ſeu Domicilii, ſeu Beneficii, ſeu familiaritatis, quemadmodum a Bonifacio* VIII. (a) *præſcribitur* „ *Quum*
„ *nullus Clericum alienæ Pareciæ præter ſuperioris ipſius*
„ *licentiam debeat ordinare, ſuperior intelligitur* Epiſco-
„ *pus de cujus Diæceſi beneficium obtinet Eccleſiaſti-*
„ *cum, ſeu habet, licet alibi natus fuerit, domicilium*
„ *in eadem*„. Et *a Concilio Tridentino* (b) „ *Epiſco-*
„ *pus familiarem ſuum non ſubditum ordinare non poſſit*
„ *niſi per triennium ſecum fuerit commoratus, & bene-*
„ *ficium quacumque fraude ceſſante, ſtatim reipſa illi*
„ *conferat, conſuetudine quacumque etiam immemora-*
„ *bili in contrarium non obſtante*„. *Ratione autem* (c) *originis is tantum eſt ſubditus, qui naturaliter ortus eſt in ea Diæceſi, in qua ad ordines promoveri deſiderat, dummodo tamen ibi natus non fuerit ex accidenti, occaſione nimirum itineris, officii, mercaturæ, vel cujuſvis alterius temporalis moræ ſeu permanentiæ ejus Patris in illo loco: quo caſu nullatenus ejuſmodi fortuita nativitas, ſed vera tantum, & naturalis patris origo erit attendenda. Quod ſi quis tanto temporis ſpatio in eo loco,*

(a) In ſexto de tempor. ordin. (b) Seſſ. 23. de Refor. cap. 9.
(c) Innoc. XII. Conſt. *Speculatores*.

in quo ex accidenti, ſicut dictum eſt, natus fuit, moram traxerit, ut potuerit ibidem Canonico aliquo impedimento irretiri, tunc etiam ab Ordinario ejus loci litteras teſtimoniales, ut ſupra, obtinere, illaſque Epiſcopo ordinanti per eum in collatorum ordinum teſtimonio recenſendas, præſentare teneatur. Subditus vero ratione domicilii is dumtaxat cenſeatur, qui licet alibi natus fuerit, illud tamen adeo ſtabiliter conſtituerit in aliquo loco, ut vel per decennium ſaltem in eo habitando, vel majorem rerum, ac bonorum ſuorum partem cum inſtructis ædibus in locum hujuſmodi transferendo, ibique inſuper per aliquod conſiderabile tempus commorando ſatis ſuperque ſuum perpetuo ibidem permanendi animum demonſtraverit, & nihilominus ulterius in utroque caſu ſe vere, & realiter animum hujuſmodi habere jurejurando affirmet. Ad hæc nullus Epiſcopus alienę Diæceſis ſubditum familiarem ſuum ad aliquos ordines promovere præſumat abſque ejus proprii, originis ſcilicet, ſeu domicilii Prælati teſtimonialibus literis, ut ſupra, & niſi ad præſcriptum Concilii Tridentini præfati, familiarem prædictum per integrum, & completum triennium in ſuo actuali ſervitio ſecum retinuerit, ac ſuis ſumptibus aluerit, beneficium inſuper, quod ei ad vitam ſuſtentandam ſufficiat, ſeu Eccleſiæ ſervitium, ex qua vivere poſſit, ac ſoleat, quacumque fraude ceſſante, ſtatim reipſa conferat: ac in ordinationis hujuſmodi teſtimonio expreſſam itidem familiaritatis, ac literarum prædictarum mentionem facere teneatur.

10. *Cete-*

10. *Ceterum quod ad Regulares attinet ſervari mandamus decretum Clementis* VIII. (a) *quo ſtatuitur, ipſorum ſuperiores poſſe ſuis ſubditis, qui prediti qualitatibus requiſitis, ordines ſuſcipere voluerint, dimiſſorias concedere ad* Epiſcopum *Diæceſanum illius Monaſterii, in quo ab iis, ad quos attinet, Regulares ipſi ad ordines promovendi, poſiti ſunt. Quod ſi Diæceſanus abfuerit, vel non eſſet habiturus ordinationes, dimiſſorias dirigere poſſint ad quemcumque alium* Epiſcopum, *dummodo tamen & cauſam exprimant, ob quam Diæceſanus abeſt, vel ordinationem habere non poteſt, & ab Epiſcopo, qui ordines contulerit, examinentur circa doctrinam, & ipſi ſuperiores non diſtulerint de induſtria conceſſionem dimiſſorialium in id tempus, quo diæceſanus abſuturus eſſet, vel nullas ordinationes habiturus. Si vero* Regularis *ad* Epiſcopum *a ſuo ſuperiore cum dimiſſoriis pro ordinatione remiſſus, & ab eodem* Epiſcopo *circa doctrinam examinatus, ac præterea minime ordinatus fuerit, præcipimus ſuperioribus ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto incurrendæ, ut eundem* Religioſum *ad alium* Epiſcopum *cum dimiſſoriis non mittant, niſi in caſu ſupradicto, vel niſi ille* Religioſus *ex cauſa legittima, ad monaſterium in alia Diæceſi poſitum translatus ſit. Idque intelligendum declaramus de illis Monachis, qui in congregatione viventes, plura habent in diverſis Diæceſibus conſtituta Monaſteria. Qui vero unum dumtaxat habent, in quo vivunt, Monaſterium, niſi a proprio illius*

(a) Dat. 15. Mart. 1596.

lius Diæceſis Epiſcopo, aut ex ejus expreſſa licentia ordinari non poſſunt, præterquam a Reverendiſſimo Domino Patriarcha, cui, juxta antiquam conſuetudinem, Monachos cujuscumque Monaſterii, & Clericos cujuſvis Diæceſeos, ſive ad primum ordinem, ſive ab uno ad alios, etiam Præsbyteratus, ordines evehere fas eſſe decernimus, & unanimi conſenſione ſtatuimus. Si enim Carthaginenſi Epiſcopo (a) *eoquod Africæ primas eſſet, Clericos unde voluiſſet, licebat ordinare, multo magis id Patriarchæ noſtro licere exiſtimamus, ipſum tamen rogantes, ut pro ſua prudentia, niſi urgente neceſſitate, facultate hujuſmodi non utatur.*

11. *Epiſcopus autem* (b) *quoſcumque ſuos Clericos præſertim in ſacris conſtitutos, abſque ſuo præcedenti examine, & commendatitiis literis, quacumque auctoritate promotos, licet tanquam habiles ab eo, a quo ordinati ſunt, probatos, quos tamen ad Divina Officia celebranda, Eccleſiaſtica Sacramenta miniſtranda, minus idoneos, & capaces repererit, a ſusceptorum ordinum exercitio ad tempus, de quo ei videbitur, ſuſpendere, & illis, ne in altari, aut aliquo ordine miniſtrent, interdicere poſſit.*

12. *Quum ordinatio ita Clericum poteſtati, & juriſdictioni Epiſcopi a quo conſecratur, vindicet, ut illo aut invito, aut inſcio, nihil ex iis quæ ad divina ſpectant pertentare poſſit, & Clericus quiſque particulari cuidam Eccle-*

(a) Concil. Carthag. ſub Aurelio can. 55.

(b) Trid. Synod. Seſſ. 14. cap. 3. de refor.

Eccleſiæ ſic illigatur ut reſidere in ea teneatur, ac officia omnia ibi exhibere, quæ recepto ordini conveniant, ac viciſſim ex præſtitis officiis jus habeat ad portionem, quæ ſuſtentationi congruat. Hinc duo ſecundum canones ſequuntur. Primum, ut nullus clericus ſine titulo Eccleſię ordinetur. Alterum, nequis ex una ad aliam Eccleſiam tranſeat, & de titulo quidem Eccleſiaſtico hæc in Concilio Oecumenico Chalcedonenſi (a) *præſcribuntur.*
„ *Nullum abſolute ordinari debere Præsbyterum, aut Dia-*
„ *conum, nec quemlibet in gradu Eccleſiaſtico, niſi ſpe-*
„ *cialiter in Eccleſia Civitatis, aut pagi, aut in Mar-*
„ *tyrio, aut Monaſterio, qui ordinandus eſt, pronuncie-*
„ *tur. Qui vero abſolute ordinantur, decrevit Sancta*
„ *Synodus irritam haberi hujuſmodi manus impoſitionem,*
„ *& nuſquam poſſe miniſtrare ad ordinantis injuriam.*

13. *Quod autem nulli liceat ab una ad aliam Eccleſiam migrare, Eccleſiaſticis Canonibus frequentiſſime cavetur. Ac primum in canone* (b) *Apoſtolico ſic præcipitur.*
„ *Epiſcopo non licere alienam Parochiam propria relicta*
„ *pervadere, licet cogatur a plurimis: niſi forte quis*
„ *cum rationabili cauſa compellatur, tamquam qui poſ-*
„ *ſit ibidem conſtitutis plus lucri conferre, & in cauſa*
„ *religionis aliquid profecto proſpicere, & hoc non a ſe-*
„ *metipſo pertinet, ſed multorum Epiſcoporum judicio,*
„ *& maxima ſupplicatione perficiat. Si quis Presbyter*
„ *aut Diaconus, aut quilibet de numero Clericorum, re-*
„ *linquens propriam Parochiam, pergat ad alienam, &*
„ *omni-*

(a) Concil. Chal. can. 6. (b) Apoſt. can. 14. 15. 16.

„ *omnino demigrans præter* Epiſcopi *ſui conſcientiam in* „ *aliena Parochia commoretur, hunc ulterius mini-* „ *ſtrare non patimur, præcipue ſi vocatus ab Epiſcopo* „ *redire contempſerit in ſua inquietudine perſeverans.* „ *Verumtamen tanquam laicus ibi communicet. Epiſco-* „ *pus vero, apud quem moratos eſſe conſtiterit, ſi contra* „ *eos decretam ceſſationem pro nihilo reputans, tanquam* „ *clericos forte ſuſceperit, velut magiſter inquietudi-* „ *nis communione privetur* „. *Deinde Concilium Nicæ-num* (a) „ *Propter multorum*, inquit, *perturbationem* „ *& ſeditiones, quæ fiunt, placuit conſuetudinem om-* „ *nimodis amputari, quæ preter regulam in quibusdam* „ *partibus videtur admiſſa; itaut de Civitate ad Civi-* „ *tatem non* Epiſcopus, *non Presbyter, non Diaconus* „ *transferatur. Si quis autem poſt definitionem Sancti,* „ *magni Concilii, tale quid agere tentaverit, & ſe* „ *hujuſcemodi negotio mancipaverit, hoc factum prorſus* „ *irritum ducatur, & reſtituatur* Eccleſiæ, *cujus fuit* „ Epiſcopus, *aut Presbyter, vel Diaconus ordinatus.* „ *Quicumque temere, aut periculoſe, neque timorem* „ *Dei præ oculis habentes, nec agnoſcentes* Eccleſiaſti- „ *cam regulam, diſcedunt ab* Eccleſia, *Præsbyteri, aut* „ *Diaconi, vel quicumque ſub regula prorſus exiſtunt:* „ *hi nequaquam debent in aliam* Eccleſiam *recipi, ſed* „ *omnem neceſſitatem convenit illis imponi, ut ad paræ-* „ *cias revertantur: quod ſi non fecerint oportet eos* „ *communione privari* „ *Concilium denique* (b) *Calcedo-nenſe*

(a) Concil. Nic. I. can. 15. (b) Concil. Chalced. can. 5.

*nenſe „ De his qui transmigrant de Civitate in Civita-
„ tem, Epiſcopis, aut Clericis, placuit, ut Canones,
„ qui de hac re a Sanctis Patribus ſtatuti ſunt, habeant
„ propriam firmitatem.*

§. 14. *De Reſidentia vero eorum omnium, qui in Clero cenſentur, Eccleſiiſque deſerviunt, ac præcipue illorum qui animarum curam habent; tum antiqua Concilia* (a) *regulas præſcripſere, tum omnium diſertiſſime Sacra Tridentina Synodus* (b) *cujus decreta hic ſummatim exhibenda ducimus, & accurate ſervanda præcipimus.*

Quum præcepto divino mandatum ſit omnibus, quibus animarum cura commiſſa eſt, oves ſuas agnoſcere, pro his ſacrificium offerre, verbique divini prædicatione, Sacramentorum adminiſtratione, ac bonorum omnium operum exemplo paſcere, pauperum, aliarumque miſerabilium perſonarum curam paternam gerere, & in cetera munia Paſtoralia incumbere, quæ omnia nequaquam ab iis præſtari, & impleri poſſunt, qui gregi ſuo non invigilant, neque aſſiſtunt, ſed mercenariorum more deſerunt: declaratur omnes, & ſingulos, Patriarchali, Metropolitanis, ac Epiſcopalibus Eccleſiis præfectos obligari ad perſonalem in ſua Eccleſia, vel Diæceſi reſidentiam, ubi injuncto ſibi officio defungi teneantur, neque abeſſe poſſe, niſi ex cauſis, & modis infraſcriptis. Nam quum chriſtiana caritas, urgens neceſſitas, debita obedientia, ac evidens Eccleſiæ, vel Reipublicæ utilitas aliquos nonnunquam

(a) Antioch. Concil. can. 21. Sardic. Concil. can. 15. (b) Seſſ. 6. cap. 1. & 2. Seſſ. 22. cap. 3. Seſſ. 23. cap. 1. & 2. Seſſ. 24. cap. 12.

nunquam abeſſe poſtulent, & exigant, decernitur, has legitimæ abſentiæ cauſas a Reverendiſſimo Domino Patriarcha, ſi Metropolitanum, vel Epiſcopum abeſſe neceſſe ſit, vel a Synodo, ſeu antiquiore Epiſcoporum, ſi Patriarcham abeſſe contigerit, in ſcriptis eſſe approbandas; aut a viciniore Epiſcopo eſſe eidem Reverendiſſimo Domino Patriarchæ nunciandas, niſi quum abſentia inciderit propter aliquod munus, & Reip. officium Epiſcopatibus adjunctum: cujus quoniam cauſæ ſunt notoriæ, & interdum repentinæ, ne eas quidem ſignificari Reverendiſſimo Domino Patriarchæ neceſſe erit: ad eundem tamen ſpectabit judicare de licentiis a ſe, vel ab Epiſcopo viciniore, ut ſupra, datis, & videre, nequis eo jure abutatur, & ut pœnis canonicis errantes puniantur. Tranſmarinæ vero ad aulas ſive (a) ſeculares in Orientem & Occidentem, ſive Eccleſiaſticas in urbem Romam, neque a Reverendiſſimo D. Patriarcha, neque ab Epiſcopo ullo ſuſcipiantur expeditiones, niſi ex urgente neceſſitate, & expreſſa Reverendiſſimi Domini Patriarchæ facultate, præterquam in cauſa (b) appellationis ad Sanctiſſimum Romanum Pontificem nomine proprio alicujus Epiſcopi, vel totius Epiſcoporum Synodi. Interea meminerint diſceſſuri, ita ovibus ſuis providendum, ut quantum fieri poterit ex ipſorum abſentia nullum damnum accipiant. Quoniam autem, qui aliquantiſper tantum abſunt, ex veterum canonum ſententia non videntur abeſſe, quia ſtatim reverſuri ſunt, illud abſentiæ ſpatium ſingulis

annis

(a) Concil. Antiochen. Can. 11. & 12. Concil. Chalced. Can. 23.
(b) Concil. Sard. Can. 3.

annis ſive continuum, ſive interruptum, extra prædictas cauſas nullo pacto debet duos, aut ad ſummum tres menſes excedere, & haberi ratio, ut id æqua ex cauſa fiat, & abſque ullo gregis detrimento quod an ita ſit, abſcedentium conſcientiæ relinquitur, quam ſperamus religioſam & timoratam fore, quum Deo corda pateant, cujus opus non fraudulenter agere ſuo periculo tenentur, iidem interim in Domino admonentur, ne per illius temporis ſpatium, Dominici adventus, Quadrageſimæ, Nativitatis, Reſurrectionis Domini, Pentecoſtes item & Corporis Chriſti diebus, quibus refici maxime, & in Domino gaudere Paſtoris præſentia oves debeant, ipſi ab Eccleſia ſua Cathedrali ullo pacto abſint, niſi Epiſcopalia munia in ſua Diœceſieos alio vocent. Si quis autem a Patriarchali Metropolitana, ſeu Epiſcopali Eccleſia, legitimo impedimento, ſeu juſtis & rationalibus cauſis ceſſantibus, ſex menſibus continuis extra ſuam Diæceſim morando abfuerit, præter mortalis peccati reatum, quem incurrit, quartæ partis fructuum unius anni, fabricæ Eccleſiæ, & pauperibus loci per ſuperioem Eccleſiaſticum applicandorum, pœnam ipſo jure incurrat. Quodſi per alios ſex menſes in hujuſmodi abſentia perſeveraverit, aliam quartam partem fructuum ſimiliter applicandam eo ipſo ammittat. Creſcente vero contumacia, ut ſeveriori ſacrorum Canonum cenſuræ ſubjiciatur, Reverendiſſimus Dominus Patriarcha Metropolitanos ſeu Epiſcopos abſentes, & ipſum Reverendiſſimum Dominum Patriarcham Metropolitanorum, ſeu Epiſcoporum antiquior reſidens,

ſub pæna interdicti ingreſſus Eccleſiæ *eo ipſo incurrenda, infra tres menſes per literas, ſeu nuncium Reverendiſſimo Domino Patriarchæ, aut Sanctiſſimo Romano Pontifici denunciari teneatur, qui in ipſos abſentes prout cujusque major aut minor contumacia exegerit, ſua auctoritate animadvertere, & Eccleſiis ipſis de Paſtoribus utilioribus reſpective providere poterunt, ſicut in Domino noverint ſalubriter expedire.*

15. *Eadem omnino, etiam quoad culpam, amiſſionem fructuum, & pænas de Curatis Epiſcopo inferioribus, Presbyteris ſcilicet Parochis, & aliis quibuſcumque, qui beneficium ſeu officium aliquod* Eccleſiaſticum*, curam animarum habens, obtinent, declarantur, & decernuntur: ita tamen, ut quandocumque eos, cauſa prius per Epiſcopum cognita & probata, abeſſe contigerit, Vicarium idoneum ab ipſo Ordinario approbandum, cum debita mercedis aſſignatione relinquant. Diſcedendi autem facultatem in ſcriptis gratiſque concedendam ultra bimeſtre tempus, niſi ex gravi cauſa, non obtineant. Quod ſi per edictum citati etiam non perſonaliter, contumaces fuerint, liberum erit ordinariis per cenſuras* Eccleſiaſticas*, ſequeſtrationem, & ſubtractionem fructuum, aliaque juris remedia, etiam uſque ad privationem compellere, nemini, quoad hoc privilegio, ſeu exemptione quacumque ſuffragante.*

16. *Alii autem Clerici curam animarum non habentes, Presbyteri ſcilicet, Diaconi, Subdiaconi, Lectores, & Cantores, qui juxta ritum Orientalem, non ſunt abſo-*

abſolute ordinati, ſed titulo alicujus certæ Eccleſiæ, cujus ſervitio proinde ſunt addicti, aut certe portionem ad ſui ſuſtentationem inde percipiunt, ſeu ab Ordinario loci ad ſpiritualem ſuæ Diæceſis, & Eccleſiæ utilitatem opera illorum adhibetur; ab una Eccleſia & Diæceſi ad aliam ſine rationabili cauſa ab ipſo Ordinario probanda, migrare, ut ſupra (a) *dictum eſt, non permittantur. Si vero contigerit illos non conſentiente Epiſcopo aut dimiſſoriam illis negante, alio migrare, nullatenus debent ab aliis Epiſcopis ad exercitium ſuorum ordinum admitti; ſed etiam a proprio Ordinario poterunt per cenſuras Eccleſiaſticas & ſequeſtrationem ſubtractionemque fructuum, aliaque juris remedia etiam uſque ad privationem compelli, ut ad ſuas reſpective Eccleſias vel Diæceſes revertantur. Nam in ſacris Conciliis ſtatutum eſt, ut nullus Clericus ab una ad aliam tranſeat Eccleſiam, & ſi migraverit, ab alio non admittatur Epiſcopo, niſi commendatitiis Ordinarii literis ſit munitus, alioquin tam qui recipit, quam qui recipitur, ſuſpenſionis pœnam incurrat, & Concilium* (b) *Laodicenum hæc habet: „Quod non oporteat Sacerdotem, vel Clericum ſine literis proficiſci „ canonicis. Quod non oporteat Sacerdotem vel Clericum „ præter juſſionem ſui proficiſci Pontificis.* Antiochenum „ (c) *Nullus externus ſine pacificis ſuſcipiatur.* Chalcedonenſe (d) *Peregrinos, Clericos, & Lectores in „ alia civitate, præter commendatitias literas ſui Epiſcopi, nuſquam penitus miniſtrare debere. Clericos in*

 „ Eccle-

(a) hoc cap. Can. 12. (b) Concil. Laod. Can. 41. 42.
(c) Antioch. Concil Can. 7. (d) Chalced. Concil. Can. 13. & 20.

„ *Eccleſiis miniſterio ſungentes, quemadmodum jam ſta-*
„ *tuimus non licere in alterius Civitatis Eccleſia ordina-*
„ *ri; ſed illa eſſe contentos, in qua ab initio ut miniſtra-*
„ *rent digni habiti ſunt: præter illos qui amiſſa ſua pa-*
„ *tria, in aliam Eccleſiam neceſſario tranſierunt. Si qui*
„ *autem Epiſcopi poſt hoc decretum, Clericum qui ad*
„ *alium Epiſcopum pertinet ſuſceperint, placuit eſſe ex-*
„ *communicandos, eumque qui ſuſceptus eſt, & eum, qui*
„ *ſuſcepit, donec Clericus, qui migravit, in ſuam Eccle-*
„ *ſiam redeat.* Trullanum (*a*) *Quoniam diverſarum*
„ *Eccleſiarum Clerici propriis, in quibus ordinati ſunt,*
„ *relictis Eccleſiis ad alios Epiſcopos ſe contulerunt, &*
„ *ſine proprii Epiſcopi ſententia in alienis Eccleſiis conſti-*
„ *tuti ſunt, & ex eo ipſos reddi inſolentes ac inobedientes*
„ *evenit; ſtatuimus: ut a menſe Januario præteritæ quar-*
„ *tæ Indictionis, nullus omnino clericus in quocumque ſit*
„ *gradu, poteſtatem habeat, ſine prorii Epiſcopi ſcri-*
„ *pta dimiſſoria, in alienæ Eccleſiæ catalogum referri,*
„ *Qui hoc enim a præſenti nunc tempore non ſervaverit,*
„ *ſed quod in ſe eſt, eum qui illi manus impoſuit, dede-*
„ *core affecerit, deponatur & ipſe, & qui eum præter*
„ *rationem ſuſcepit.* Tridentinum (*b*) denique: *Quum*
„ *nullus debeat ordinari, qui judicio ſui Epiſcopi non ſit*
„ *utilis, aut neceſſarius ſuis Eccleſiis, Sancta Synodus*
„ *veſtigiis ſexti Canonis Concilii Chalcedonenſis inhæ-*
„ *rendo, ſtatuit, ut nullus in poſterum ordinetur, qui*
„ *illi Eccleſiæ, aut Pio loco, pro cujus neceſſitate, aut*
„ *uti-*

(*a*) Trull. Concil. Can. 17.
(*b*) Seſſ. 22. cap. 16. de reform.

„ *utilitate aſſumitur non adſcribatur, ubi ſuis fungatur*
„ *muneribus, nec incertis vagetur ſedibus. Quod ſi lo-*
„ *cum inconſulto Epiſcopo deſeruerit, ei ſacrorum exer-*
„ *citium interdicatur. Nullus præterea Clericus peregri-*
„ *nus ſine commendatitiis ſui Ordinarii literis ab ullo*
„ *Epiſcopo ad divina celebranda, & Sacramenta ad-*
„ *miniſtranda admittatur.*

17. *Sicut ab una ad aliam Eccleſiam tranſitum Sacri Canones prohibent, ita etiam cavent, nequis pluribus deſerviat Eccleſiis. Et concilium quidem Chalcedonenſe* (a) *præcipit*: „ *Non licere clerico in duarum civitatum*
„ *Eccleſiis eodem tempore in catalogum referri, & in*
„ *ea, in qua a principio ordinatus eſt, & in ea, in quam*
„ *tanquam ad majorem confugit propter inanis gloriæ cu-*
„ *piditatem: eos autem qui hoc faciunt, propriæ Eccleſiæ*
„ *reſtitui, in qua abinitio ordinati ſunt, ut illic ſolum*
„ *miniſtrent* „. *Tridentinum* (b) *vero eandem difinitionem confirmans, jubet Eccleſiaſticos in una tantum Eccleſia conſcribi: Qui vero duplex beneficium perſonalem reſidentiam requirens obtinuerint, plures ſcilicet Parochiales Eccleſias aut plures Cathedrales, aut unam Cathedralem & aliam Parochialem, eis præcipit, ut una retenta alteram dimittere omnino cogantur. Nicænum denique ſecundum Concilium* (c) *in civitatibus quidem prohibet Clericos duabus Eccleſiis connumerari, ceterum in villis, quæ foris ſunt, propter inopiam hominum indulget.*

18. *In Sacra Ordinatione ab Epiſcopo facienda conſiderari*

(a) Concil. Chalc. Can. 10.
(b) Seſſ. 24. cap. 17.
(c) Nicæn. II. Can. 15.

derari diligenter debet locus ordinationis & tempus. Locus *quidem ut ſit proprius, ſacer, & publicus. Proprius, quia in propria, non aliena Diœceſi, niſi ex Ordinarii conſenſu, ab Epiſcopo celebrari debet ordinatio, ut ſupradiximus. Sacer & publicus, quia ordines neque majores, neque minores conferri poſſunt, niſi in* Eccleſia, *& inter miſſarum ſolemnia, quemadmodum in Rituali noſtro præſcribitur; quidquid ſit de aliorum ritu, quibus extra miſſarum ſolemnia ad primam Tonſuram, vel ad quatuor minores (a) Ordines promovere fas eſt: vel aliorum, qui (b) etiam in Miſſa Præſanctificatorum, Diaconum, Subdiaconum, & Lectorem, & hunc etiam ſine Miſſa ordinant: vel aliorum qui ordines (c) omnes uſque ad præſbyteratum incluſive extra miſſam conferunt. Id vero in Noſtra Eccleſia fieri nulli Epiſcopo permittimus.*

Tempus autem, quo ſacra celebrari debet ordinatio, Epiſcopi arbitrio relinquitur, qui quamvis quolibet anni menſe (d) & qualibet hebdomadæ die ordines etiam majores conferre poſſit, id tamen curare debet, ut Dominicas potius ac feſtos dies eligat, quibus inter Miſſarum, ut diximus, ſolemnia, & in publico Cleri ac populi conventu ſacras peragat ordinationes. Et quoniam a ſum-

(a) In S. Rom. Eccleſia id permittitur. Rit. Pontif. P. 1. de ordinibus conferendis §. *Quando autem Pontifex extra Miſſarum ſolemnia.*

(b) Greci in Eucolog. vide Morin. de Sacram. Ordinat. pag. 69. Goar in EuchＯlog. pag. 233, & 251. Iſaac Habert in Pontificale Grecorum pag. 312.

(c) Neſtoriani in Pontifical. vide Morin. pag. 459. Aſſemani Bibl. Orient. Tom. 3. p. 2. pag. 812.

(d) Juvenin de ſacram. pag. 586.

a ſummis Romanis Pontificibus Patriarchæ noſtri ſæpusi admoniti ſuere, ut ritibus S. R. E. quoad fieri poteſt, in Sacramentorum adminiſtratione conformius inhærerent; idcirco Epiſcopos & Archiepiſcopos hortamur, ut in ordionum, ac præſertim majorum collatione, ſi non ſabbata quatuoranni temporum, & quæ Dominicam de Paſſione, & Dominicam Reſurrectionis antecedunt, ſaltem ſervent Dominicas quatuor anni jejuniorum, Quadrageſimalis ſcilicet, Apoſtolorum, Aſſumptionis Deiparæ, & Nativitatis Domini, quæ in noſtra Eccleſia obſervantur.

19. *Ordinari non poſſunt furioſi, amentes, criminoſi, infames, peregrini, & ignoti, ſervi, homicidæ, irregulares, ſuſpenſi, interdicti, Excommunicati, bigami, Neophyti, illitterati, inſigni corporis vitio deformes, manci, & illegittimi, ſine diſpenſatione Reverendiſſimi Domini Patriarchæ, quæ tamen raro & ex urgenti neceſſitate, vel ob evidentem Eccleſiæ utilitatem, & iis tantum concedenda eſt, quos jus Eccleſiaſticum a ſacris arcet ordinibus. Qui (a) ſua voluntate homicidium perpetraverit, etiamſi crimen id nec ordine judiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum ſuerit, nullo tempore ad ſacros ordines promoveri poſſit, ſed omni ordine & officio Eccleſiaſtico careat. Si vero homicidium non ex propoſito, ſed ex caſu, vel vim vi repellendo, ut quis ſe a morte defenderet, ſuiſſe commiſſum narretur, quam ob cauſam etiam ad Sacrorum Ordinum & Altaris miniſterium jure quodammodo diſpen-*

(a) Synod. Trid. Seſſ. 14. Cap. 8. de Reform.

penſatio debeatur, committatur loci Ordinario, ſeu Viciniori Epiſcopo, qui nonniſi cauſa cognita, & probatis precibus ac narratis, nec aliter diſpenſare poſſit.

20. *Quando Epiſcopus* (a) *Ordinationem facere diſpoſuerit Sacerdotibus & aliis prudentibus viris peritis divinæ legis, ac in Eccleſiaſticis functionibus exercitatis committat, ut ordinandorum genus, perſonam, ætatem, inſtitutionem, mores, doctrinam, & fidem diligenter inveſtigent & examinent: iique vel ſaltem eorum unus, penes Epiſcopum reſideant, ac juramentum præſtent de officio fideliter exercendo. Quia vero ſacris canonibus cavetur, ut Epiſcopus eos dumtaxat ſacris initiet ordinibus, quos ipſi examinatores idoneos eſſe judicaverint, oneratur horum conſcientia, ne ſpe aliqua, præmio, metu, aut alio affectu ducti, vel rejiciendum approbent, vel approbandum rejiciant; ſed prudenter & ſecundum Deum deliberent, rectumque judicium ferant. Epiſcopus autem circa mores, doctrinam, aut fidem ordinandi, examinatorum, non Confeſſarii teſtimonium recipiat.*

21. Ad tonſuram, & Cantoratum *nullus promoveatur, niſi teſtimonia Epiſcopo exhibeat*, de legitimo natali; de Baptiſmo, de confirmatione, de ætate, quæ ſeptennio ſit major; *& quod fidei rudimenta* (b) *edoctus fuerit, quique legere & ſcribere ſciat; & de quo probabilis conjectura ſit, quod ut Deo fidelem cultum præſtet, hoc vitæ clericalis genus elegerit. Hoc porro teſtimonium*

(a) Trid. Synod. Seſſ. 23. de reform. cap. 7. (b) Seſſ. 23. Cap. 4.

monium habeatur a Parocho, aut ab alio ſide digno Sacerdote.

22. Ad Lectoratum & Subdiaconatum *evehendus, exhibeat literas teſtimoniales* de inferiore ordine ſuſcepto; de vita & moribus; *ut ſupra*; de Servitio Eccleſiæ, & exercitio collati ordinis cantoratus; Quod legere & canere ſciat, *quæ ad ipſius ordinem Syriace ſeu Arabice ſpectant*, & de ætate, *quæ in Lectore Septennio ſit major, & in Subdiacono ſit ſaltem annorum quatuordecim ut infra dicetur.*

23. *Niſi autem aliud Epiſcopo magis expedire videatur, per temporum interſtitia Cantoratus, Lectoratus, & Subdiaconatus conferantur, ut* (a) *eo accuratius, quantum ſit hujus diſciplinæ pondus, poſſint, edoceri; ac in unoquoque munere, juxta præſcriptum Epiſcopi, ſe exerceant; idque in ea, cui adscripti ſunt Eccleſia, niſi forte ex cauſa ſtudiorum abſint: atque ita de gradu in gradum aſcendant, ut in eis cum ætate vitæ meritum & doctrina major accreſcat. Quod & bonorum morum exemplum, & aſſiduum in* Eccleſia *miniſterium, atque major erga Presbyteros & ſuperiores ordines reverentia, & crebrior, quam antea, Corporis Chriſti communio maxime comprobabunt; Quumque hinc ad altiores gradus & Sacratiſſima myſteria ſit ingreſſus; nemo iis initietur, quem non ſcientiæ ſpes majoribus Ordinibus dignum oſtendat. Hi vero nonniſi poſt annum a ſuſceptione poſtremi gradus minorum ordinum, ad ſacros* Or-

(a) Synod. Trident. Seſſ. 23. de Reform. cap. 11.

Ordines promoveantur: niſi neceſſitas, aut Eccleſiæ utilitas, judicio Epiſcopi, aliud expoſcat.

24. *Quamquam vero* Subdiaconatus *in Eccleſia noſtra Syriaca inter minores computetur, non eſt tamen ab* Epiſcopo *conferendus niſi in ætate ſaltem quatuordecim annorum conſtitutis. In Sancta autem Eccleſia Romana, in qua majorum Ordinum Claſſi multis* (a) *ab hinc ſeculis Subdiaconatus eſt adſcriptus, requiritur ætas* (b) *annorum viginti duorum, apud Græcos autem, qui illum adhuc in claſſe minorum* (c) *Ordinum habent, exigitur ætas* (d) *annorum viginti.*

25. *Ad Sacros & majores Ordines provehendi, habeant* (e) *bonum teſtimonium, ſintque in minoribus jam probati, ac literis, & iis quæ ad Ordinem exercendum ſpectant inſtructi, qui ſperent Deo auctore ſe continere poſſe: Eccleſiis quibus adſcribentur inſerviant, ſciantque maxime decere, ſi ſaltem diebus dominicis, & ſolemnibus, quum altari miniſtraverint, ſacram communionem percipiant. Promoti ad Sacrum Diaconatus Ordinem, ſi per annum ſaltem in eo non ſint verſati, ad altiorem gradum, niſi aliud Epiſcopo videatur, aſcendere non permittantur.*

26. *Nullus ad Diaconatus Ordinem ante vigeſimum pri-*

(a) Synod. Trident. Seſſ. 23. Cap. 2. de Sacram. Ordin.

(b) Trid. Seſſ. 23. de reform. Cap. 12.

(c) Juvenin. de Sacramentis pag, 635.

(d) Concil. Trullan. can. 15.

(e) Synod. Trid. Seſſ. 23. de reform. cap. 13. Concil. Charthag. III. ann. 397. can. 22.

primum, & Presbyteratus ante vigeſimumquintum ætatis ſuæ annum promoveatur. Etſi enim antiquis Canonibus ſancitum ſit, ut Presbyter ante annum trigeſimum non ordinetur, nec Diaconus ante annum Vigeſimum quintum, & Sacra Tridentina Synodus in Præsbyteris annum vigeſimumquintum, & in Diaconis vigeſimum tertium requirat, in Pontificali tamen noſtro, propter Eccleſiæ neceſſitatem vel utilitatem permittitur Epiſcopo, ut Diaconum ordinare poſſit anno ætatis vigeſimoprimo, & Archidiaconum conſecrare anno ætatis vigeſimo ſecundo: Præsbytero autem ſacrum Ordinem conferre anno trigeſimo vel ſaltem vigeſimoquinto. Sciat tamen Epiſcopus (a) non ſingulos in ea ætate conſtitutos debere ad hos Ordines aſſumi, ſed dignos dumtaxat, & quorum probata vita ſenectus ſit. Regulares quoque nec in minori ætate, nec ſine diligenti Epiſcopi examine ordinentur.

27. *Qui ad Diaconatum & Presbyteratum erunt aſſumendi (b) per menſem ante Ordinationem Epiſcopum adeant, qui Parocho, aut alteri, cui magis expedire videbitur, committat, ut nominibus ac deſiderio eorum, qui volent promoveri, publice in Eccleſia per denunciationem ter vel ſaltem ſemel in Dominica, vel die feſto propoſitis, de ipſorum Ordinandorum Natalibus, ætate, moribus, & vita a fide dignis diligenter inquirat, & literas teſtimoniales, ipſam inquiſitionem factam continentes, ad ipſum Epiſcopum transmittat.*

28. *Quamobrem ad Diaconatum promovendus, Epiſcopo*

(a) Synod. Trid. ſeſſ. 23. cap. 12.
(b) Synod. Trid. Seſſ. 23. Cap. 5.

copo deſerat documenta de ætate viginti & unius anni *ſaltem incæpti*, de titulo Eccleſiæ: de denun ciatione facta, *ut ſupra*; de ordine proxime accepto, de ſervitio Eccleſiæ in ordine Subdiaconatus, & quod illa tenet, quæ Diacono ſcire neceſſarium eſt. *Item Ordinandus ad Præsbyteratum, præter ea, quæ a Diacono exhibenda ſunt, teſtimonium habeat*. De ætate viginti quinque annorum inceptorum, de ſervitio præſtito Eccleſiæ in Ordine Diaconatus: & quod illa ſciat, quæ ad Præsbyteratum ſpectant.

29. *Duo Sacri Ordines (a) non eodem die, etiam Regularibus, conferantur. Minores vero Ordines uno eodemque die conferri poſſunt, ſi Ordinandus in ætate legitima ſit conſtitutus. Quod autem de unius anni intervallo inter minores (b) Ordines, & primum majorem, & inter unum majorem, & alterum ſupradictum eſt, id Epiſcopi arbitrio ac judicio relinquitur, ut ſtata inter Ordinum ſuceptionem ſive de anno in annum, ſive de menſe in menſem, ſive etiam de hebdomada in hebdomadam intervalla temporum ſervet, prout Eccleſiæ neceſſitas exiget*.

30. *Ut promovendi ad ſacros Diaconatus vel Præsbyteratus Ordines majori cum præparatione magno & Angelicis humeris formidando oneri ſe ſupponant, præcipimus, ut nullus omnino ordinari poſſit, qui non manſerit ſpatio unius menſis apud Epiſcopum ſeu penes Cathedralem Eccleſiam; quo temporis intervallo & erudiatur ante examen coram*

(a) Synod. Trid. Seſſ. 23. cap. 15.
(b) hoc cap. can. 19. & 20.

coram Epiſcopo, & coram Examinatoribus ſubeundum ſuper iis, quæ pertinent ad miniſterium, quod aſſumet: & per decem vel octo dies ante ipſam ordinationem ſub directore ab Epiſcopo conſtituendo in loco aliquo a ſecularibus remoto ſpiritualia exercitia peragat.

31. *Nullus ſecularis ordinetur Diaconus aut Presbyter, qui non habeat titulum (a) Eccleſiæ, unde vitam honeſte ſuſtentare poſſit: alioquin ille ab exercitio ordinum ſuſpenſus ſit; Epiſcopus vero, qui manus ſcienter impoſuit, ad alimenta erga Ordinatum teneatur. Non enim decet (b) eos, qui divino miniſterio adſcripti ſunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut ſordidum aliquem quæſtum ſive artem vilem exercere. Aut igitur habere debet ex Eccleſia, cujus ſervitio addicitur, unde vivat; aut Patrimonium ſufficiens de ſua vel paterna hæreditate conſtitutum, quod ipſi ſubſidium vitæ præſtet, aut ſaltem per honeſtum artificium, vel per literas (c) victum quærat, quemadmodum Patres Concilii Chartaginenſis Clericis per Africam conſtitutis olim permiſerunt. Qui vero ad titulum Miſſionis a Reverendiſſimo Domino Patriarcha ordinantur, nimirum Alumni Collegii Maronitarum de Urbe, iis de ſufficienti alimento ex Diæceſibus, vel terris, ubi Miſſionibus Sacris incumbunt, ejuſdem Reverendiſſimi Domini Patriarchæ, & Ordinariorum juſſu honeſte provideatur.*

32. Cle-

(a) Concil. Chalced. can. 6.
(b) Trid. Seſſ. 21. de Refor. Cap. 2.
(c) Concil. Carthag. III. an. 398. can. 51. 52. 53.

32. *Clericorum minorum Diaconorum, & Præsbyterorum numerus in unaquaque Eccleſia, vel Diœceſi, aut Cathedrali, ſic ab Epiſcopo definiatur, ut ſpirituali illius loci neceſſitati ſufficienter ſuccurri poſſit. Non igitur augendus eſt, neque diminuendus niſi habita ratione multitudinis, vel paucitatis populi, & ſervitii Eccleſiæ, ejuſque loci redditṵum, ut omnes Clerici commode ſuſtententur, & populus habere queat, a quibus abunde inſtruatur, & Sacramentis reficiatur. Ubi autem populus ita numeroſus eſt, ut divinis peragendis Sacerdos unus non ſufficiat, atque proventus Eccleſiæ ſunt adeo pingues, ut iis etiam alii Sacerdotes ſuſtentari poſſint, in ea quidem Eccleſia plures Sacerdotes conſtituantur, ſic tamen, ut illis unus tamquam Archipresbyter præficiatur, cui cæteri ſubeſſe debeant. Similiter Diaconis, aliiſque inferioribus Clericis Archidiaconus præponatur, quemadmodum in Pontificali præſcribitur.*

33. *Quicumque ex noſtris auſus fuerit ab Epiſcopis alterius ritus & nationis etiam Orthodoxæ, ordines accipere, perpetuo maneat ſuſpenſus ab exercitio collatorum ordinum; ſi vero ab Epiſcopis hæreticis, aut Schiſmaticis, excommunicationem latæ ſententiæ præterea incurrat. Nemo vero ex alienis ad ſacrum myſterium admittatur, niſi conſtet illum ab Epiſcopo Catholico eſſe ordinatum; aut ſi ab hæretico vel ſchiſmatico ordinatus fuerit, niſi ejurato ſchiſmate, vel hæreſi, & facta fidei Catholicæ Romanæ profeſſione, & inſuper obtenta a Reverendiſſimo Domino Patriarcha diſpenſatione ſuper irregularitate & ſuſpen-*

ſuſpenſione, quam is incurrit, ab Epiſcopo hæretico ordines accipiendo, & in acceptis miniſtrando.

34. *Omnes in Sacris Ordinibus conſtituti: Diaconi, ſcilicet, Presbyteri & Epiſcopi ad Horas Canonicas obligantur, ſive in Choro, ſive privatim recitandas: quemadmodum recens ordinatus Diaconus in Pontificali noſtro admonetur his verbis:* „ Eſto fili mi in officio, ac miniſterio „ frequens mane & veſpere, & media nocte, neve „ mens tua relaxetur ab agone. Attamen reliquas „ Preces ubicumque te eſſe contigerit, in Eccleſia, „ ſive domi, ſive in labore tuo: *Ubi expreſſe inculcantur Preces* matutinæ, veſpertinæ, & nocturnæ, *eo quod ad eas non Clerici tantum, ſed etiam populus juxta ritum noſtrum ad Eccleſiam accedere ſoleat: reliquas autem Preces, ut puta* Tertiam, Sextam, Nonam, & Apodipnon *ſeu completorium, diſtincte non exprimit Epiſcopus, eo quod breviores ſint, & a Diaconis atque Sacerdotibus recitari ſoleant, ubi libuerit. Canonicarum autem Horarum numerum ac tempus definiunt receptæ apud nos conſtitutiones* (*a*) *quæ ſequuntur:* „ Deo „ debentur ab omnibus Chriſtianis ſeptem preces per „ diem ac noctem: videlicet oratio ad veſperam, „ oratio ad horam quietis & ſomni; oratio ad mediam „ noctem, oratio ad matutinum, oratio ad Tertiam „ horam, oratio ad Sextam, & oratio ad Nonam. Et „ ſeculares quidem laici tres preces quotidie celebrent, veſpertinas ſcilicet, & quietis, et ma- „ tuti-

(a) Liber Directorii can. 18.

„ tutinas : ſeptem autem ſacerdotalis ordo , ſicut „ David rex & propheta ait : *Septies in die laudem* „ *dixi Tibi* .

35. *Quum vetus Orientalium omnium ſit traditio ut eorum Clerici Subdiaconi, Diaconi, & Presbyteri uxores etiam in Sacerdotio retineant, quas ante Sacrum Ordinem Virgines, non Viduas neque corruptas, duxiſſent: quumque id illis nunquam Sancta Romana interdixerit Eccleſia, quin potius matrimonium hujuſmodi probaverit, quemadmodum ait Clemens Papa III.* (a) „ Sacerdotibus Græcis legitimo matrimonio licet uti, „ *Et Innocentius Papa III.* (b) „ Orientalis Eccleſia votum con- „ tinentiæ non admiſit , quoniam Orientales in mi- „ noribus ordinibus contrahunt , & in ſacris utuntur „ matrimonio jam contracto : „ *idcirco non interdicimus noſtris, ut qui in minoribus conſtituti ſunt, matrimonium contrahant; qui vero in ſacris ordinibus, contracto jam matrimonio utantur: Sic tamen, ut qui cælibes eſſe vellent ad matrimonium nequaquam compellantur, ſed ad cælibatum potius adhortationibus inducantur. Qui autem viduam vel corruptam duxerint, vel ad ſecundas nuptias, mortua prima uxore, tranſierint, illos ad Diaconatum vel Presbyteratum promoveri nullatenus permittimus. Quod ſi quis Diaconus vel Presbyter, diabolo inſtigante, poſt Sacram Ordinationem, vel uxore mortua aliam duxerit, vel ſi uxorem non habeat, illam ducere præſumpſerit, ſtatuimus illum ab Ordine eſſe*

(a) Cap. *Quæſitum* de pænitent , et remiſſ.
(b) Cap. *Quum* de cleric. Conjugat .

eſſe deponendum, & ab illegitima uxore omnino ſeparandum. Quod vero ad miniſterium Presbyteri legittimo matrimonio conjuncti ſpectat, ſervandum ducimus, quod a (a) *Clemente VIII. Pontifice ſtatutum eſt:* Presbyter conjugatus, ante Sacrum Sacrificium ſeu Sanctam Miſſam celebrandam vel per hebdomadam, vel triduum abſtineat ab uxore. *Idem dicendum de Diacono conjugato, quando ad Altare eſt miniſtraturus & Communionem Sacram percepturus.*

36. *Omnes Epiſcopi peculiarem habeant librum, in quo deſcribatur nomen, cognomen, patria, ætas, & titulus Ordinandorum, nec non annus, menſis, ac dies collatorum Ordinum. Ex eo autem libro Teſtimoniales Ordinatis tradantur. Ipſe vero liber, cujus in fronte nomen cujuslibet Epiſcopi inſcriptum erit, in Archivo Epiſcopali perpetuo aſſervetur, ſucceſſoribus tradendus.*

37. *Pſalmiſta, ſeu Cantor, quum ordinatur, adducitur ab Archidiacono ad Epiſcopum ad Altaris portam ſedentem: & quidem, ſi ſecularis ſit, cum veſte, ac ſine pileo; ſi Monachus, cum pallio & cucullo ex Capite ad humeros reducto. Manum Pontificis oſculetur, dicens:* Benedic Domine. *Pontifex ter eum ſignat in fronte, dicens:* Benedicat te Dominus Deus inter ſignatos Sanctæ Eccleſiæ, ad altare Sancti N. loci N. in Nomine Patris &c. *Deinde recitatis precibus, hymnis, & Pſalmis, qui unicuique ordinationi præmitti ſolent, ſiniſtrum genuflectere eum jubet Pontifex, & manum temporibus ejus imponens, dicit:*

(a) Inſtructio ſuper aliquibus ritibus Græcorum 31. Auguſt. ann. 1565. §. v.

Rogamus te nunc Domine Deus, ut gratiam & miſericordiam tuam facias ſuper hunc ſervum tuum N., & largire ei, ut cum diligentibus nomen tuum miniſtret coram Te &c. *Eumque tondet in modum Crucis, dicens:* Signamus ſervum Dei N. in nomine Patris &c. *Et Diacono proclamante ,, Stemus recte,, Epiſcopus apprehenſa ejus dextera, dicit.* Deus, qui per immenſam gratiam tuam &c. *Et introducit illum ad Altare dicens.* Det tibi Dominus greſsuum puritatem &c. *Tum tradit illi Librum Pſalmorum geſtandum, & fit proceſſio per Eccleſiam cum cantu. Regreſſus autem ordinatus ad Altare, illud oſculatur, deinde dexteram Epiſcopi, qui orat.* Suſcipe Domine &c. *Et porrigit illi ſacram communionem.*

38. *Anagnoſtes, ſeu Lector, quum ordinatur, Epiſcopi intra Altaris portam ſedentis manum oſculatur, dicens:* Benedic Domine: *quem in fronte ter ſignat, dicens:* Dominus Deus benedicat te, & faciat te Lectorem in Sancta Eccleſia Sancti N. loci N. in nomine Patris &c. *Ad ſingulas invocationes reſpondente Diacono.* Amen. *Tum recitata ab Epiſcopo oratione exordii,* Dignos effice Chriſte Deus noſter &c. *& a Diacono proclamatione,* Stemus recte &c. *electus legit ex Ezechiele.* Et adduxit me ad portam, quæ reſpicit ad Orientem &c. *Epiſcopus orat:* Domine virtutum cæleſtium &c. *Diaconus proclamat.* Iterum atque iterum precemur &c. *Archidiaconus adducit electum ad Epiſcopum, dicens:* Offerimus Sanctitati tuæ &c. *Epiſcopus ſiniſtrum genu eum flectere jubens, imponit dexteram ſuam temporibus ejus dicens ,, Divina Gratia &c. eligit & promovet hunc Ser-*
,, vum Dei N. a gradu Cantorum ad gradum Lectorum in Ec-
,, cleſia Sancti N. loci N. Oremus igitur pro eo, ut adveniat
,, ſuper eum illapſus Spiritus Sancti, ter dicentes: Concede ei
,, Domine,,. Diaconus: In pace Dominum oremus: *Epiſcopus orat: ,, Rogamus & deprecamur te Domine Deus &c. ,, Tum*

dex-

dexteram temporibus electi imponit, dicens: „ Deus magne, „ & dives in donis, qui ordines Eccleſiæ tuæ dediſti, & gradus „ in ea conſtituiſti, & donum tuum ſuper famulos tuos effudiſti: „ Sanctifica nunc hunc Servum tuum, & elige eum ut ſit Le- „ ctor, &c. „ & addit: Deus magne hominumque amator &c. *Et erigens electum dicit:* Deus magne &c. *Induit eum tunica dicens:* Indue Domine &c. *Et tradit ei Librum ad legendum ex Iſaia:* Hæc dicit Dominus, qui creavit te & formavit te &c. *Archidiaconus proclamat: & Epiſcopus orat: tum fit proceſſio per Eccleſiam cum cantu: regreſſus autem ordinatus ad Altare, illud oſculatur, deinde dexteram Epiſcopi: qui orat:* Gratias agimus Tibi &c. *Et porrigit illi ſacram communionem.*

39. *Hypodiaconus quum ordinatur Tunica Lectoratus indutus, Epiſcopi ante Altare ſedentis manum deoſculatur, dicens:* Benedic Domine: *quem Epiſcopus in fronte terſignat, dicens: „ Dominus Deus benedicat te inter Subdiaconos Sanctæ Eccle- „ ſiæ Sancti N. loci N. in nomine Patris &c. „ Et recitata ab Epiſcopo oratione exordii & a Diacono proclamatione*, ſtemus recte &c. *adducit electum Archidiaconus ad Epiſcopum dicens:* Offerimus Sanctitati tuæ &c. *Epiſcopus ſiniſtrum genu eum flectere jubet, & imponit dexteram temporibus ejus dicens: „ Divi- „ na gratia &c. eligit & promovet hunc Servum Dei N. a gra- „ du Lectoratus ad gradum Subdiaconorum &c. „ Deinde orat:* Ita Domine dignum fac eum vocatione iſta Subdiaconatus &c. *& proſequitur:* Dominus Deus ſanctarum & cæleſtium virtutum &c. *Tum manum utramque temporibus ejus imponit dicens: „ Deus æterne, qui Reges unxiſti, & Prophetas conſti- „ tuiſti & conſecraſti, & juſtos vocaſti. Tu Domine voca hunc „ ſervum tuum ſancta vocatione in ſigno ſubdiaconatus, & eli- „ ge eum ut ſit bonus miniſter Sanctæ Eccleſiæ tuæ; largire ei „ donum Sancti tui Spiritus, & concede ei Domine, ut amet*

„ *communionem Sacramentorum, & decorem domus tuæ, ut-*
„ *que adſtet januis Sancti Templi tui, & accendat lucernas do-*
„ *mus orationis tuæ, & cum timore ac ſollicitudine, & conſcien-*
„ *tia bona perficiat miniſterium, ad quod eum vocaſti &c.* „ *& alias preces ſubjungit, manu primum Sacramentis, deinde ei qui ordinatur impoſita: Archidiacono proclamante.* Stemus recte &c. *Tum erigit electum, & induit eum Tunica ſua dicens*: Indue Domine hunc Servum tuum Tunica Subdiaconatus &c. *Et imponit collo ejus orarium dicens*: Indue Domine hunc Servum tuum orario Subdiaconatus &c. *& tradit ei vas aquæ: & circumducitur per Eccleſiam tribus vicibus, prima vice candelabrum Eccleſiæ accendit & extinguit, altera vice fores Eccleſiæ claudit & aperit, tertia vice tintinnabulum ſeu Campanam pulſat. Tum traditur ei Liber Actuum Apoſtolorum, ut legat ex Cap. 3.* Hoc eſt quod per Prophetam Ioel dictum eſt &c. *Archidiaconus proclamat*: ſtemus omnes in oratione &c. *Epiſcopus orat*: Deus Clemens &c. *& ſignat eum in fronte tribus vicibus dicens*: Ordinatus eſt in Eccleſia Sancta Dei N. Subdiaconus &c. *Tum orat pro gratiarum actione*; Agimus tibi gratias &c. *Traditque Ordinato cereum accenſum, ter dicens cum ipſo*: Ego ſicut oliua &c. *Ordinatus oſculatur altare, manumque Epiſcopi, & ab adſtantibus ſalutatur, mox ſacram communionem accipit, & Epiſcopus concludit*: Deus Deorum, & Dominus Dominantium &c.

40. *Diaconus quum ordinatur, habitu Subdiaconatus indutus, Epiſcopi ſuper ſuppedaneum altaris ſedentis manum deoſculatur, dicens*: Benedic Domine. *Epiſcopus ſignat eum ter in fronte dicens*: „ *Dominus Deus benedicat te inter Diaconos*
„ *Sanctæ Eccleſiæ Sancti N. loci N. in nomine Patris &c.* „ *& recitatis ab Epiſcopo precibus, pſalmis, & hymnis, & a Diacono proclamatione*, Stemus recte &c.; *Archidiaconus adducit*

Ele-

Electum ad Epiſcopum dicens: Offerimus ſanctitati tuæ &c. *Epiſcopus dextrum genuflectere eum jubet, & imponens manum dexteram capiti ejus dicit:* Diuina gratia &c. eligit & promovet hunc ſervum Dei N. a gradu Subdiaconatus ad gradum Diaconorum &c. *Deinde orat.* Ita Domine fac eum dignum vocatione Diaconatus &c. *& proſequitur:* Domine Deus virtutum &c. *Tum manum dexteram capiti electi imponens, dicit:* „ *Deus, qui Eccleſiam tuam ædificas, eamque fundas: qui illam auges, quæque ei deficiunt, per Sanctos tuos ſupples, qui in omnibus generationibus ad ejus regimen ordinati ſunt. Tu Domine nunc reſpice in famulum tuum, & mitte ſuper eum gratiam Sancti tui Spiritus, & reple eum fide, charitate, virtute, & Sanctitate. Et quemadmodum dediſti gratiam Stephano, quem primum vocaſti ad opus miniſterii hujus, ita & concede, ut ſuper hunc ſervum tuum adveniat auxilium de Cælo &c.* „ *& alias preces ſubjungit, manū primum Sacramentis, deinde capiti Electi impoſita; Archidiacono proclamante,* Stemus recte &c. *Tum erigit electum, & ſignat eum in fronte ter dicens:* Signamus ſigno Crucis invictæ Servum Dei N. Diaconum ad Altare Sancti N. loci N. in nomine Patris &c. *Imponit collo ejus orarium dicens:* Indue Domine &c. *Tradit ei librum Epiſtolarum, ut legat ex Epiſtola 1. ad Timotheum cap. 116. & 118. & Archidiacono proclamante:* Stemus omnes in oratione &c. *Epiſcopus dicta oratione „ Laus tibi Domine &c „ tradit electo Thuribulum, quo Eccleſiam incenſat in prima proceſſione; deinde Librum Epiſtolarum, quem circumgeſtat in ſecunda proceſſione; poſtremo velum magnum, quo calix tegitur, quod & geſtat in tertia proceſſione. Reverſus Electus ad Altare caput inclinat: Epiſcopus vero imponit capiti ejus, primo patenam cum Sancto Domini corpore, dicens:* Ita Domine Deus &c. *deinde calicem cum Sanguine Domini dicens:* Sancte & glorioſe &c.

&c. *Tum imponens dexteram Capiti ejus*, *& ſignans eum ter ſigno Crucis dicit*: Ordinatus eſt in Sancta Dei Eccleſia N. Diaconus &c. In nomine Patris &c. *& gratias agit dicens*: Gratias agimus tibi Domine &c. *Ordinatus oſculetur Altare*, *manumque Epiſcopi*, *a quo accipit ſacram communionem*, *& concludit Epiſcopus*: Agimus tibi gratias &c. *& admonet eum dicens*: Ante omnia &c.

42. *Archidiaconus cum benedicitur*, *habitu Diaconi indutus*, *ſtat ante Altare*: *recitatis autem precibus*, *pſalmis*, *& hymnis*, *qui conſecrationi præmittuntur*, *legit Electus ex Actibus Apoſtolorum Cap.* 6. Convocantes autem duodecim multitudinem Diſcipulorum dixerunt: non eſt æquum &c. *Epiſcopus Electum jubet dexterum genuflectere*, *& imponens Capiti ejus manum dexteram dicit*: Domine Deus Omnipotens &c. *Tum ponit Evangelium ſuper pectus ejus*, *& proceſſio fit per Eccleſiam*. *Quumque ad Epiſcopum reverſus fuerit*, *Epiſcopus Electo manum imponens dicit*: ,, *Deus Sanctiſſime &c.*,, *Deinde accipit ab eo Evangelium*, *qui oſculatur Altare*, *manumque Epiſcopi Epiſcopus vero ponit velum magnum ſuper pectus ejus*, *& ſuper humeros ab anteriori ad poſteriorem partem*, *& ſignat eum in fronte ſigno Crucis ter dicens*: Oblatus eſt, ſignatus eſt, & perfectus eſt N. Archidiaconus &c. *Et tradit ei Baculum ſuum Paſtoralem*, *& jubet eum legere Evangelium in Bemate*, *ſeu ad portam Altaris*, *ex Luca cap.* 10. Poſthæc deſignavit Jeſus, & alios ſeptuaginta &c. *& Proclamatione a Diaconis facta*, *Evangelium Archidiaconus ad pectus tenens*, *in porta majori Altaris conſiſtit*, *ibique manum quidem Sacerdotum ipſe oſculatur*, *Diaconi vero*, *& Populus codicem Evangelii deoſculantes*, *electum ſalutant*. *Epiſcopus ſacram ei Communionem præbet*, *tum concludit*: Agimus tibi gratias &c. *& electum de munere ſuo admonens Clericos omnes ejus poteſtati ſubijcit*.

42. *Ar-*

42. *Presbyter quum ordinatur, habitu Diaconali indutus, utrumque genufleɛtens, Epiſcopi coram Altari ſedentis manum deoſculatur, dicens:* Benedic Domine. *Epiſcopus ſignat eum tribus vicibus in fronte dicens:* Dominus Deus benedicat te inter Presbyteros S. Eccleſiæ &c. *& recitatis precibus, pſalmis, & hymnis, & facta a Diacono proclamatione:* Iterum atque iterum Dominum precemur. *Archidiaconus adducit Electum ad Epiſcopum dicens:* Offerimus Sanctitati tuæ &c. - *Epiſcopus utrumque genu eum flectere jubet, & dexteram manum capiti ejus imponens dicit:* Divina gratia &c. vocat & promovet hunc Servum Dei N. a gradu Diaconatus ad gradum Presbyteratus &c. *deinde orat:* Ita Domine fac eum dignum vocatione Presbyterorum &c. *& proſequitur:* Domine Deus virtutum &c. *Tum manum dexteram capiti electi imponens dicit „ Deus magne, „ & admirabilis &c. qui in omnibus generationibus eligis in „ miniſterium Sanctorum eos, qui tibi placent. Elige & hunc „ Servum tuum ad Presbyteratum, & concede ei, ut ſine mo„ rum reprehenſione, & ſine fidei inconſtantia recipiat donum „ magnum Spiritus Sancti tui, dignuſque fiat fungi Sacerdotio „ Evangelii Regni tui, adſtare coram Sancto Altari tuo, offerre „ dona & Sacrificia ſpiritualia, renovare populum tuum per „ lavacrum regenerationis, omnibus exhibere ſe lampadem lu„ cis unigeniti filii tui tibi coæterni, ordinare, & ornare San„ ctam Eccleſiam tuam, benefacere per impoſitionem manuum „ ſuarum &c. „ & alias preces ſubjungit manu primum Sacramentis deinde capiti electi impoſita, Archidiacono proclamante,* Stemus recte &c. *Epiſcopus cum Chriſmate inungit electo ambas manus ſimul junctas, in modum Crucis, producendo cum pollice ſuo dextero in Sanctum Chriſma intincto duas lineas, videlicet a pollice dexteræ manus uſque ad indicem ſiniſtræ, & a pollice ſiniſtræ ad indicem dexteræ ungendo mox totaliter pal-*

palmas dicens, dum inungit: Et unge eum de Sancto tuo, & immiſce eum divinis Sacramentis tuis &c. *Tum erigit electum, & ſignat eum in fronte dicens*: Domine Deus Omnipotens reſpice de Cœlo &c. *& imponens dexteram capiti ejus ter illum obſignat, & dicit*: Ordinatus eſt in Sancta Dei Eccleſia N. Presbyter &c. in nomine Patris &c. *Tum induit eum Alba dicens*: Indue Domine &c. *& cingulo præcingit*: Præcinge Domine hunc Famulum N. Presbyterum &c. *Amictum capiti ejus imponit*: Indue Domine &c. *ſtolam collo imponit*: Indue Domine &c. *Induit eum Planeta*: Indue Domine &c. *Imponit manum capiti, dicens*: Induimus Sacerdotali hoc veſtimento N. Presbyterum &c. *& quum lecta fuerit ab* Archidiacono *Epiſtola, & ab Epiſcopo Evangelium, fit tribus vicibus per Eccleſiam proceſſio; in prima Epiſcopus tradit Electo Thuribulum, in ſecunda tradit ei circumgeſtandum Evangelium, in tertia tradit ei Calicem, & Patenam cum Corpore, & Sanguine Domini, ut ea impoſita circumgeſtet. Reverſus ad Epiſcopum novus Presbyter, ab illo ad Altare introducitur; is vero oſculatur altare, tum manum Epiſcopi, qui jubet eum incenſum ponere, & pro defunctis Sacerdotibus orare: Deinde Hoſtia Sanguine intincta illum communicat, jubetque ut Clericos, & populum communicet. Tum concludit Epiſcopus*: Agimus tibi gratias &c. *& admonet Electum de ſuo munere dicens*: Ante omnia &c. *& tondet caput ejus in modum Coronæ, & cæruleam illi cidarim imponit.*

43. *Periodeutes quum benedicitur, habitu Presbyteri indutus, manum Epiſcopi in Gazophylacio ſedentis deoſculatur, dicens*: Benedic Domine. *Cui Epiſcopus*: Dominus Deus benedicat tibi &c. *Et tradit ei Crucem in dextera, & vas Chriſmatis in ſiniſtra, fitque per Eccleſiam proceſſio, electo inter duos Periodeutas ſeu Sacerdotes incedente: quumque ad portam Altaris devenerint, Epiſcopus electum benedicens, ait*: Dominus Deus

Deus benedicat te inter Periodeutas Sanctæ Eccleſiæ loci N. in nomine Patris &c. *Tum recepta ab Electo Crux deponitur ſuper Altare, & unus ex Periodeutis Evangelium geſtat, a dextris ejus ſtans, & alter vas Chriſmatis, ſtans a ſiniſtris. Epiſcopus incohat officium:* Dignos nos effice &c. *quo peracto, unus ex Periodeutis adducit Electum ad Epiſcopum, dicens:* Offerimus Sanctitati tuæ &c. *Epiſcopus utrumque genuflectere jubet, & impoſita capiti ejus dextra, dicit:* Divina gratia &c. vocat, & promovet hunc Servum Dei N. a gradu Presbyterorum &c. *deinde orat:* Ita Domine fac eum dignum vocatione Periodeutarum &c. *& proſequitur:* Domine Deus virtutum &c. *Tum dexteram Sacramentis primum, poſt capiti ejus imponit, dicens:* „ *Domine Deus vivens, & potens &c. nunc etiam oramus Te,* „ *ut ſuperveniat dextera tua per illapſum Sancti tui Spiritus &* „ *per poteſtatem reveletur ſuper ſervum tuum N. ſuper quem* „ *eadem dextera tua cum dextera noſtra imponitur, ut elevetur* „ *a gradu Presbyterorum ad gradum Periodeutarum &c.* „ *& alias preces ſubjungit, Archidiacono proclamante:* Stemus recte &c. *Tum Epiſcopus electum erigit, & imponit ei Evangelium ſuper pectus geſtandum, fitque proceſſio per Eccleſiam, electo inter duos Periodeutas incedente, quorum alter, qui a læva eſt, vas Chriſmatis teneat, & qui a dextris Crucem: Quumque ad Baptiſterium pervenerit, ſignat electus illud digito ſuo ſine Chriſmate: & reverſus ad Altare, ter adorat, benedictionem petens ab Epiſcopo, qui manum ei imponens dicit:* In poteſtate verbi tui vivificantis omnia Domine Deus effice dignum hunc Servum N. &c. *& accipiens ab eo Evangelium, tradit illi vas Chriſmatis, ut circumgeſtet illud per Eccleſiam in altera proceſſione, in qua Baptiſterium, ut ſupra, digito ſuo cum Chriſmate ter ſignat: & ad Altare reverſus, ter adorat, benedictionem petens ab Epiſcopo, qui manum ei imponit, ut ſupra, dicens:*

In poteſtate &c. *Et accipiens ab eo vas Chriſmatis, tradit ei Crucem; tum procedunt per Eccleſiam: quumque ad Baptiſterium devenerint, electus ſignat illud cum Cruce, & reverſus ad Altare, ter adorat, Epiſcopus autem dicit ut ſupra:* In poteſtate &c. *Tum lecta Epiſtola a Diacono, & Evangelio ab Epiſcopo, hic collocat electum in Sede in gradu medio, & elevant eum ſubditi illius Eccleſiæ dicente Epiſcopo:* Ad gloriam & honorem &c. *& dicunt ſubditi:* Dignus dignus, *Epiſcopus tradit ei Baculum Paſtoralem, dicens:* Dominus qui dedit Moyſi &c. *& ſurgere eum jubet, & ducit ad portam Altaris, & tradit ei gregem ſuum, omneſque Sacerdotes & Clericos, atque Eccleſiam poteſtati ejus ſubijciens, dicit:* Ecce trado tibi &c. *Tum concludit:* Agimus tibi gratias &c.

44. *Archipresbyter quum benedicitur, habitu Presbyteri indutus, ſtat ad Occidentalem partem Gazophylacii, ubi ſuper Altare parvum, facta proceſſione duo Presbyteri Corpus, & Sanguinem Domini depoſuerint, & alter Presbyter vas Chriſmatis teneat. Epiſcopus inchoat officium:* Dignos nos effice &c. *ut in conſecratione Periodeutæ. Tum recitatis Pſalmis* Dominus regit me, *&* Quam dilecta Tabernacula tua: *legunt Apoſtolicas & Evangelicas lectiones: & proclamatione Diaconi facta, fit proceſſio a Gazophylacio ad Eccleſiam, in qua Diaconi cum cereis procedunt, & Sacerdotes cum Thuribulis: ſequuntur deinde Periodeutæ cum Corpore, & Sanguine Domini, & electus cum duabus crucibus; poſtremo Epiſcopus vas Chriſmatis deferens. Quumque ad portam Cancellorum devenerint, Periodeutæ cum Sacramentis ad Altare ingrediuntur, & unuſquiſque in loco miniſterii ſui conſiſtit: Epiſcopus vero in porta, & Electus extra eam genuflectit, & manum Epiſcopi deoſculatur dicens:* Benedic Domine. *Epiſcopus ſignat eum ter ſigno Crucis in fronte, dicens:* Dominus Deus benedicat te, & faciat te Archipresbyterum &c.

in

in nomine Patris &c. *Tum Epiſcopus ad ſedem ſuam aſcendit, & fit tribus vicibus proceſſio per Eccleſiam, Electo duas cruces in manibus deferente, & in ſingulis proceſſionibus Epiſcopus manum capiti ejus imponens, dicit;* In poteſtate verbi tui &c. *ut ſupra in benedictione Periodeutæ dictum, ad quod officium ſi non fuerit ante aſſumptus, primo oportet ut illo perficiatur, & in prima proceſſione Chriſma deferat, cum eoque ter Baptiſterium ſignet, reverſuſque ad Epiſcopum genua flectat, qui manum capiti ejus imponens, dicit:* In poteſtate &c. *In ſecunda vero proceſſione unam Crucem accipiat, & quum pervenerit ad Baptiſterium, cum ea illud ſignat, reverſuſque ad Epiſcopum, genua flectat coram illo, qui manum capiti ejus imponens dicit:* In poteſtate &c. *In tertia autem proceſſione duas Cruces ferat, & ſuper eum Epiſcopus repetat:* In poteſtate &c. *Peractis autem proceſſionibus, Epiſcopus manum capiti electi imponens, dicit:* Domine Deus benedic eum &c. *& collocat eum in Sede in gradu medio, traditque ei Baculum dicens:* Dominus qui dedit Moyſi &c. *& imponit ei mitram dicens:* Ad gloriam & honorem &c. *Tum orat:* Deus cognitor &c. *& imponens manum capiti ejus concludit:* Concedat tibi Dominus.

45. *Chorepiſcopus quum benedicitur, habitu Presbyteri indutus, procedentibus Diaconis & Presbyteris per Eccleſiam, & uno Archipresbytero Corpus Domini, altero Sanguinem circumducentibus, acceptis ipſe ab Epiſcopo duabus Crucibus, una in manu dextera, & altera in ſiniſtra, incedit ante Epiſcopum vas Chriſmatis deferentem. Ubi autem ad Altare devenerint, & Corpus & Sanguinem Domini, & vas Chriſmatis ſuper illud depoſuerint, electus coram Epiſcopo ad portam Altaris ſtante genu utrumque flectens, manumque ejus deoſculans dicit:* Benedic Domine. *Epiſcopus ſignat eum in fronte ter, dicens:* Dominus Deus benedicat te, & faciat Chorepiſcopum ad Eccleſiam San-

cti N. loci N. in nomine Patris &c. *Tum recitatis precibus, pſalmis & hymnis*, & *proclamationibus*, *quæ præmitti ſolent ordinationi Epiſcopi*; *duo Archipresbyteri adducunt electum ad Epiſcopum*, & *Archidiaconus dicit*: Offerimus Sanctitati tuæ &c. *Epiſcopus utrumque genu eum flectere jubet*, & *imponens capiti ejus manum dexteram*, *dicit*; Divina gratia &c. vocat, & promovet hunc Servum Dei N. a gradu Periodeutarum, ſeu Archipresbyterorum ad gradum Chorepiſcoporum ad Eccleſiam Sancti N. loci N. &c. *Deinde orat*: Ita Domine fac eum dignum vocatione Chorepiſcoporum &c. *Tum manum dexteram capiti ejus imponens*, *dicit*: „ *Deus qui univerſam Eccleſiam tuam* „ *per hos Sacerdotes per impoſitionem manus exornas*: *tu qui* „ *omnia potes*, *etiam hunc Servum tuum*, *quem dignum effeciſti*, *ut a te ſublimem gradum Chorepiſcoporum accipiat*, *exorna omnibus virtutibus &c.* „ & *alias preces ſubjungit*, *manu primum Sacramentis*, *deinde capiti electi impoſita*. *Tum erigit electum dicens*: Inclina Domine aurem tuam &c. & *tradit electo binas Cruces alteram in manu dextera*, & *alteram in ſiniſtra*, & *unus Archipresbyterorum defert vas Chriſmatis*, & *alter Evangelium*, & *circumducunt eum per Eccleſiæ ambitum tribus vicibus*, & *unaquaque vice quum ad Epiſcopum devenerit*, *hic manum dexteram capiti ejus imponens dicit*: „ *In poteſtate* „ *verbi tui vivifici Domine Deus*, *dignum effice hunc Servum* „ *quem elegiſti*, & *promoviſti ad hunc venerandum Chorepiſcopi gradum*, & *concede ei ut aperiat os ſuum in ſcientia tua*, „ *adſtet coram te & miniſtret tibi in Sanctitate & Sapientia*: „ *perficiat & exequatur in Sanctis Eccleſiis omnem voluntatem* „ *tuam*, *infigens in eis baptiſteria*, *conſtituens Altaria*, *eaque* „ *ungens oleo & aromatifero Chriſmate in memoriam paſſionis* „ *Salvatoris noſtri*, *cui gloria &c* „ *Archidiaconus legit Epiſtolam*, & *Epiſcopus Evangelium*, & *induit eum Pluviali*, &

collo-

collocat eum in Sede ſuper gradum medium , & imponit mitram in ejus capite, dicens : Ad gloriam & honorem &c. *& dat ei Baculum Paſtoralem dicens :* Dominus qui dedit Moyſi &c. *& adducit eum ad portam Altaris , traditque ei gregem ſuum , & omnes Presbyteros & Miniſtros, ut ei ſubjaceant, & Eccleſiam ejuſque Sacramenta , & admonet eum dicens :* Chariſſime & dilectiſſime , nunc dico tibi ſoli, & Fratribus tuis Sacerdotibus &c.

Hæc ex Libanenſi Synodo producere placuit (in alia autem parte vulgabimus , quæ congrua videbuntur & opportuna) ad Codicis præſtantiam oſtendendam , ac diſciplinam Nationis Maroniticæ patefaciendam ; ſed jam de verſione noſtra quædam dicamus. Syriacam ergo litteram latine reddere curavimus , & barbare aliquando loqui maluimus, quam a germana ſignificatione aberrare , etenim litteralem ſenſum exprimere ſemper conati fuimus in noſtris verſionibus , neque circumlocutionibus , aut paraphraſtica interpretatione delectati ſumus, vel ad hoc , ut Lectores Orientalium linguarum ſtudioſi Syriacam linguam addiſcant , & verborum , ac vocum Syriacorum ſignificationem germanam inde capiant . Arabicas Expoſitiones , ac Rubricas, quæ in textu legebantur , ſæpe omiſimus, quod neceſſariæ, aut opportunæ nobis haudquaquam viſæ fuerint : aliquando tamen eas retulimus Syriaco caractere , uti erant in Codice : plerumque tamen latine tantum in calce paginarum adnotationum inſtar ſubjecimus .

Hic Præfationem concludere cogitaveram , neque

plus

pluribus Te diſtinere, vir Illuſtriſſime, in expoſitione, & dilucidatione illorum Vocabulorum, ac Rituum Eccleſiaſticorum, quæ paſſim occurrunt, & latinis hominibus obſcura videntur, tum quod ea ex *Morini* adnotationibus ex parte inclareſcant, cum etiam quia in Codicis Liturgici Tomis ſparſim pro opportunitate declarantur; verum cum in manus meas incidiſſet Opuſculum Stephani Aldoenſis Patriarchæ Maronitarum numquam ſatis laudati de Rithmis, & Tonis Syrorum, quod Mſs. exſtat in Bibliotheca Collegii Maronitarum de Urbe, quædam ex præfatione, quam doctiſſimus hic Præſul conſcripſit delibare conſtitui hoc loco, potiſſimum quod *Johannis Morini* adnotationes ac illuſtrationes in Tonos dictos plenæ ac perfectæ mihi haudquaquam viſæ ſint, neque illa quæ de hac Rituali Syrorum diſciplina ſcripſerunt poſt Eminentiſſimum *Card. Bona* in ſuis Opuſculis maxime de Pſalmodia, alii Recentiores latini Auctores: Obſervat igitur *Stephanus* Chriſtianos homines a Chriſto Domino, ejuſque Apoſtolis edoctos orationibus deditos fuiſſe, ac perpetuo in gratiarum actione permanſiſſe commonentes ſeipſos pſalmis, hymnis, & Canticis Spiritualibus cantantes in cordibus ſuis Deo, uti Apoſtolus ſcribit cap. 3. epiſt. ad Coloſs. Sed quemadmodum diverſa canendi ratio in diverſis locis olim obtinuit, & modo obtinet, ita & diverſa Orationum partitio, divinorumque Officiorum ratio. Aſt Communis obtinuit Davidicorum pſalmorum recitatio,

cum

cum in iis Novi Teſtamenti prophetiæ continerentur, & orationes, confeſſiones, gratiarumque actiones pro divinis beneficiis Davidi, ac populo Iſraelitico Collatis, quæ in figura quidem iis contingebant, ſpiritu vero, ac allegorice beneficia per Chriſti Redemptionem nobis obvenientia deſignabant. Hos pſalmos in ſeptem tributos partes, ait Aldoenſis, nimirum quo Miniſtri Altaris cunctis hebdomadæ diebus horarum canonicarum diurnum ac nocturnum perſolverent penſum. Pſalmis ſuperadditæ fuerunt Prædicationes, conciones, ſeu proclamationes, quæ Syris audiunt, *Simplex*, *media*, *et prædicatio*; atque iſtæ pro inſtitutione populi, & commonitione preſcriptæ ſunt. Ut vero Eccleſiaſticorum officiorum miniſterium perfectum foret, atque omni honore, ac reverentia dignum, *Prædicationibus* laudatis adjuncti ſunt diverſi hymni, cantus, ſeu laudationes, puta, quæ a miniſtris dicuntur una cum Epiſcopo in Liturgia Miſſæ, dum hic abluit manus ſuas, ſacras induit veſtes, ac myſteria, & populum incenſat. Sed cum ex una parte pſalmi, hymni, & cæteræ prædictæ Eccleſiaſticorum officiorum partes non eſſent ad menſuram verſus caſtigatæ, ſeu exactæ, ex alia, cum ut plurimum e veteris Teſtamenti libris deſumtæ eſſent, non ſatis clare, & expreſſe Religionis Chriſtianæ myſteria, & objecta deſignarent omnia, & quidem ad captum populi chriſtiani; hinc Patres Theophori, ubi ab Infidelium perſecutionibus reſpirarunt, ac in Monaſteriis

& Ere-

& Eremis Creatoris cultui ſpeciali ſe devoverunt; Antiquum Ritum innovaverunt, & ita perficere curarunt, ut ea omnia complecteretur nitidè ac diſtinctè, quæ ad ſalutem neceſſaria, ſeu congrua, attentis rerum, temporum, ac Perſonarum locorumque circumſtantiis, videbantur. Orationes itaque horarum Canonicarum in duas diviſerunt partes, in fundamentales, ac ſubſtantiales: & acceſſorias, atque integrales; prior pars complectitur Orationes, quæ ܡܪܡܝܬܐ ſeu *Jaculatoriæ* vocantur, *Præfationes*, ſeu ܦܪܘܡܝܘܢ Proæmia: Orationes *Thuris*, ܒܣܡܐ: Lectiones e libris canonicis; & ܚܘܬܡܐ obſignationes, ſeu Orationes quibus populi miſſio fit. Altera pars plures ſub ſe continet ſpecies, ac modos, ac 1. ܩܠܐ voces, ſeu tonos 2. ܡܥܢܝܬܐ Cantica, ſeu modulationes, 3. ܣܕܪܐ ordines 4. ܡܙܡܘܪܐ Pſalmos 5. ܥܘܢܝܬܐ, Cantica, ſeu voces ſolitarias, etſi aliquando in noſtra verſione erratum irrepſerit, ut ܥܘܢܝܬܐ vox ita reddita latine legatur, *Tono ad unionem*, ſeu ſimpliciter, *ad unionem*, quod erratum corrigendum eſſe hoc loco ſemel monuiſſe ſatis duximus. 6. ܒܥܘܬܐ precationes, ac petitiones, 7. ܡܕܪܫܐ hymnos, ſeu odas. Ac ut Clerus & populus aſſidui eſſent, & devoti in officiis Religionis perſolvendis, neque tædio afficerentur propter prolixitatem, nec otioſi tepeſcerent, aut ad vanas confabulationes, ſeu cogitationes diſtraherentur dum divinorum officiorum partes nonnullæ a Miniſtris peculiaribus perſolvuntur, provido conſilio Patres numquam ſatis laudati, par-

partes prædictas nexu ita perpetuo digeſſerunt, & colligarunt, ut ea omnia concluderent, quæ ad doctrinam, & inſtitutionem, ad Latreuticum, Eucariſticum, propitiatorium cultum, ac impetratorium pertinerent, cum in ſacrificio proprie dicto, ſeu *Miſſa*, tum in aliis ſacrificiis improprie dictis, ſeu cæteris Religionis chriſtianæ officiis. Diſpoſitio autem ita facta ut plurimum conſpicitur, ut *Voces* inter *Jaculatorias* ponantur, illiſque adiungantur *Pſalmi*; *Modulationes* præcedant *Præfationes*, & voces ſolitariæ Thurificationes; Pſalmus canatur ante Lectionem Sacrorum librorum; & ante Evangelicam lectionem laudatio, Antiphona, ſeu verſus dicatur. Evangelio autem lecto, Diaconi incohent prædicationes, Sacerdotes deinde precationes recitent, ac Orationem concludant Odis, & obſignationibus.

Hæc ubi aſſeruit Aldoenſis, monet pag. 7. in hebdomada paſſioni Dominicæ ſacra, atque in Exequiis fidelium defunctorum præſcriptam ab Eccleſia (Antiochena ſcilicet Syrorum, de qua ſermonem inſtituit) recitationem lamentationum, quæ ܩ̈ܠܐ ܕܐܘ̈ܠܝܬܐ voces *lamentationum* ſeu *ululationum* audiunt, cum hoc tamen diſcrimine, quod in commemoratione paſſionis Dominicæ modulatio vocis mutatur, quin canticum præſcriptum commutetur, in Exequiis vero, mutatio fiat tam in modulatione vocis, quam in cantico. Neque enim una eademque eſt vocis modulatio, licet idem

canticum, carmen, ac verſus ſit: variat perſœpe vocis modulatio, quod indicare conſuevit vox interſerta ܫܬܝܩܐ *muta*, uti bene advertit Morinus in ſuis adnotationibus pagina 257 Syri enim cum notas muſicales non norint ſaltem communiter, vocem modulantur in officiis Eccleſiaſticis, quo fere pacto Itali, qui canunt, ut dicitur vulgo, ad *aria*, quæ *ariæ* Græcis *hirmi* dictæ, ſunt regulæ canendi, unde in Codicibus aliiſque ſcriptis leguntur ſub initium ſingularum cantionum, & ab his tropariorum, ſeu ſtropharum (utor vocabulis Græcis, quoniam ſunt pervulgata) in ea ode canendarum conſequentia ac ſeries ducenda eſt; itaque ſingulorum hymnorum (ſeu quorumcumque cantuum) frontibus illas inſcribunt, vel integras, ſi ſint breves, vel illarum primum verſum, ſeu primas verſus voces; hinc quippe fit, ut experientia ac uſu edocti, vocem modulentur eo tono, ſeu inflexione, qua hirmos inſcriptos modulari conſueverunt; *hirmi* iſti, ſeu *toni*, ſeu *ariæ* rubro caractere communiter ſcribi conſuerunt; aliquando autem in officiis Syriacis occurrunt hæ notæ ܒܩܠܐ ad *tonum*, ſive ܒܪܩܠܗ, quæ nota ſignificat ejuſdem eſſe cum antecedenti tonum.

Cum ergo in Syrorum Officiis Sacris occurrerent ſparſim hirmi laudati, neque in unum librum pro faciliori Miniſtrorum uſu collecti apud Syros eſſent, Aldoenſis omnes in unum collegit volumen, quod de Tonis, ſeu principiis canticorum inſcripſit, & reſpondet

ὀκτώη

ὀρτώηχος libro notiſſimo apud Grȩcos de quo vid. Goar. in Euchol. pag. 434. ac Leonem Allatium de Eccleſiaſticis Græcorum libris: differt autem a Græcorum octoecho Syriacum hoc Aldoenſis, quod Syri ſacram hymnodiam ad certos hoſque paucos, ſeu octo tonos non redegerint, uti Græci, qui intra hos limites illam hodieque continent, ſed per 75. ſupra ducentos vagantur tonos, quos e libris Eccleſiaſticis collegit. Collectos in *ſtanze*, ut itali dicunt, ſive οἴκος ut Græci vocant, diviſit, verſus ac ſyllabas numeravit, quo Syriacæ Poeſis ſtudioſi verſus, & carmina Syriaca nova, ad illorum normam, componere poſſent.

Syriaca namque Poeſis ab Hebraica parum vocibus, minimum metro diſcrepat, utraque antiquiſſima, & magno ſemper in honore habita eſt, velut ſacrorum interpres, cuſtos Religionis (verba ſunt cl. Petri Benedetti Soc. Jeſu Presbyteri in Præfat. tom. 1. Oper. Syriac. Latin. S. Ephrem) Nuncia Divinitatis; Syriacam tamen, ſeu Chaldaicam Hebraica Antiquiorem eſſe veriſimile eſt, cum Hæbrei a Chaldæis originem duxerint. Neutra Syllabarum quantitate verſum definit, ſed numero, uti nec Italica poeſis. Septimam Syllabam verſus non excedit, nec a quarta deficit. Ex Antiquis Celebratiſſimi Syri Poetica excelluerunt, ſed quia nonnulli in aliquo metri genere delectati ſunt, hinc ſpecies illæ metrorum iis tribuuntur, & antonomaſtice carmina illa a nomine eorum doctorum

ſuum vocabulum ſortita ſunt. S. Ephrem heptaſyllabo, Narſetes hexaſyllabo, Balæus Ephremi Diſcipulus Eptaſyllabo, Jacobus Sarugenſis tetraſyllabo ter repetito, ſeu dodecaſyllabo maxime, ac ut plurimum uſi cum fuerint, poemata primi generis Ephræmo, reliqua reliquis vulgo inſcribuntur, ſive ab illis fuerint compoſita, ſive ab aliis ad Carmina ipſorum exacta. De Scriptoribus laudatis eorumque poematis, vide Aſſemanum Patrum in ſua Bibliotheca Orientali, potiſ. Tom. 1. cap. 6. 7. 8.

Sed juvat hoc loco recitare, quæ Gregorius Barebreus Celebratiſs. Scriptor Monophiſita de cantuum inventoribus ſcribit in Ethicis Part. 1. cap. 5. ſect. 4. ubi inquirit, a quo tempore, & a quibus in Syrorum Eccleſia cantus introducti „ Ex quo Nicænum Concilium celebratum eſt, cæpit S. Ephrem noſter ſacros hymnos, odaſque adverſus ſui temporis hæreſes conſcribere. Præterea alii doctores, ut Iſaac, & quidam nomine Balai ad davidicos verſiculos complura cantica accommodavere. Item ſub tempus Epheſinæ Synodi inclaruerunt viri Cuchitæ pietate inſignes, qui fervore Spiritus rapti plurimos cantus edidere. Poſt Concilium autem Chalcedonenſe magnus ille Severus acerrimus dogmatum noſtrorum (*ideſt Jacobiticorum*) propugnator, cantibus ſuis omnibus, qui e græco in Syriacum ſermonem translati ſunt, verſiculos e pſalterio

„ præ-

„ præfigens, ſubtiles, & orthodoxas (*nimirum Mono-*
„ *phyſiticas*) ſententias permiſcuit. Item ſub religio-
„ ſiſſimo Jacobo Edeſſeno, & Electo Gregorio Ara-
„ bum Epiſcopo, cantica, quæ Græcis Canones
„ nuncupantur, excogitata ſunt a quodam Damaſce-
„ no Scriptore, cui nomen Cyrinus Filius manſur (*Is*
„ *eſt Joannes Damaſcenus*) & ab alio monacho, qui
„ abbas Coſmas apud ipſos (*Græcos*) appellatur. Hic
„ autem Cyclicos canones invenit, qui præ Græcis
„ Cyrini cantibus ſunt longe jucundiores. Licet au-
„ tem Cyrinus Chalcedonenſem Synodum profiteretur,
„ cantibus tamen ſuis nihil eorum obtruſit, quæ
„ Schiſmati occaſionem præbuere (*nimirum in iis de*
„ *una, vel duabus in Chriſti naturis non meminit*).
„ Qua de cauſſa conſcripti ab eo cantus in noſtras Ec-
„ cleſias tum in oriente tum in occidente (*ideſt in*
„ *Chaldea, & Meſopotamia*) introducti ſunt teſte
„ præſtantiſſimo Epiſcopo Lazaro Barſabta „. Ha-
ctenus Barebreus, cui ex parte conſentit Aldoenſis in Præfatione. Ceterum ut ab Edeſſeno incipiam, Cyclicos cantus habent etiam Syri, ܩܘܩܠܝܘܢ dictos, alios, quos & icos ܐܝܩܘܣ vocant non abſimiles a Græcis οἶκος, quæ *ſtanze* ut ſupra innui Italis vocantur: habent & alios, quos *Sthicon* appellant ܣܛܝܟܘܢ non diſſimiles, a Græcis verſibus στίχος nominatis, quin & in Liturgicis noſtris non ſemel reperiuntur, licet non ſint frequentes; has tamen cantus ſpecies Græcis voci-

bus

bus retentis Syri Maronitæ rarius adhibent, & ad menſuram carminis non videntur perfecte exactæ, ut dicit Aldoenſis, qui illas in ſua collectione miſſas facit. Sed quæſtio inſtitui poteſt primo, qui ſint Kuchitæ, de quibus Bar Hebreus, & an cantus qui ܩܘܩܝܐ dicuntur Syris, & in noſtro Codice non ſemel occurrunt a Kuchitis denominentur. Aſſemanus Patruus in Biblioth. tom. 1. pag. 121. obſervat extitiſſe Syrum quendam hominem *Cuch* vocatum, a quo nonnulli ܩܘܩܝ̈ܐ *Cuchitæ* nominati, ſeu Amphorari hæreticis Encratitis ſimiles nomen acceperint, quos *Cuchitas* S. Ephrem Syrus Marcioniſtis, Manichæis, & Bardeſanitis adjungit; verum doctiſſimus Patruus *Kuchitas* memoratos Barebreo alios fuiſſe ab hæreticis, antiquis ſuſpicatur, & quidem Orthodoxos homines qui figlinam exercuerint, nam ܩܘܩܝܘܬܐ *Cuchojuto* artem figularem ſignificat, unde commode poteſt derivari ܩܘܩܝܐ *Cukeus*, ſeu *Cuchojo figulus*. Cantibus ergo ab his, compoſitis, ſive ad ſimilitudinem carminum Cuchitarum exactis præfigitur in officiis Syrorum titulus, *Cuchojo*, ſeu *Cukeus*.

Sed plura, quam mihi propoſueram de Tonis, Cantibus, & Poeſi Syrorum dixi; ut ergo concludam cum Aldoenſi, ad ſex claſſes toni Syrorum rediguntur, *prima* verſibus bimetris conſtat, *ſecunda* trimetris, tetrametris *tertia*, quarta pentametris, *quinta* exametris, ſexta variat, membriſque ſimplicibus, & compoſi-

poſitis compingitur. Singulos autem cantus, ſeu tonos recitare hoc loco alienum ab inſtituto judico, ne ergo prolixitate tædio lectores afficiam, ſeriem, & indicem eorum, quæ in hoc tomo continentur recito: Teque diu valere Deum Optimum Maximum rogo, ut Gymnaſii Noſtri, & Urbis Studiorum inſtauratio bonum ſortiatur effectum, quod eſt in Votis.

INDEX

Et Series Titulorum.

Præfatio ad R. P. D. Pirelli. pag. j
Chirotonia Pſaltarum. 1
Item Ordo Chirotoniæ ſuper Lectore. 20
Item Ordo Chirotoniæ ſuper Hypodiacono. (a) 34
Item Chirotonia ſuper Diacono. 54
Item Chirotonia, qua perficitur Archidiaconus. 97
Jtem Chirotonia, qua perficitur Presbyter. 112
Item Chirotonia, qua perficitur Periodeuta, ſcilicet Viſitator. 167
Item Chirotonia, qua perficitur Churojo qui eſt cum Epiſcopo. 204
Item Chirotonia, qua perficitur Chorepiſcopus. 221
Appendix Johannis Morini. 229
Ritus Ordinationis Pſaltæ. 231
Item Ritus ſuper Lectore. 238
Ritus Ordin. Subdiaconi. 256
Ritus Ordinationis Diaconi. 264
Ritus Ordinationis Archidiaconi. 269
Ritus Ordinationis Presbyteri. 272
Ritus Ordinationis Archipresbyteri. 279
Ritus Ordinationis Chorepiſcopi. 285

(a) Ita emendandus eſt titulus, qui in textu etiam Syriaco pag. laudata 34. extat mendoſus.

CODEX

CODEX LITURGICUS ECCLESIÆ UNIVERSÆ

LIBER OCTAVUS DE ORDINE

PARS SECUNDA

ORDINATIONES SYRORUM MARONITARUM.

ܒܚܝܠ ܐܠܗܐ ܡܪܐ ܟܠ ܡܬܘܡܝܐ ܕܠܐ ܫܘܚܠܦ ܥܠܝ ܐܘܣܝܐ ✻
ܡܢ ܕܪܥܝܢܝ ܕܠܐ ܡܕܪܟ ܠܗ ܘܗܘܢܐ ܠܐ ܒܨܐ ✻
ܠܗ ܘܡܚܫܒܬܐ ܠܐ ܡܛܝܐ ܠܗ ܫܘܫܠܬܐ ܡܢ ✻
ܕܠܐ ܫܘܪܝܐ ܘܠܐ ܫܘܠܡܐ ✻

Ope Dei univerſorum Domini, æterni, immutabilis, ſuperſubſtantialis, quem meus non comprehendit, & intellectus non ſcrutatur, & quem non adtingit cogitatio, principio, & fine expertis:

Scribimus chirotonias omnium graduum Sacerdotii. Et primo chirotoniam Pſaltarum Signatorum.

ܟܬܒܝܢܢ ܟܘܪܬܘܢܝܣ ܕܟܠ ܕܪ̈ܓܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܘܩܕܡ ܟܘܪܬܘܢܝܐ ܕܡܙܡܪܢܐ ܚܬܝܡܐ ✻

P*Rimum itaque celebratur oblatio ſanctorum myſteriorum; & ille, quem vo-*

ܩܕܡܝܬ ܡܬܩܪܒ ܩܘܪܒܢܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܩܕܝ̈ܫܐ ܘܗܘ ܕܡܬܩܪܐ ܠܡܙܡܪܢܘܬܐ ܢܩܘܡ

ܢܣܚܐ ܦܓܪܗ ܡܢ ܠܓܘ ܘܡܢ ܠܒܪ
ܘܢܓܠܐ ܪܫܗ ܘܢܟܦܘܪ ܐܝ̈ܕܘܗܝ : ܘܗܝܕܝܢ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ ܒܝܬ ܡܕܒܚܐ ܢܦܘܩ ܠܬܪܥܗ
ܕܡܕܒܚܐ ܘܢܩܘܡ ܠܓܘ ܡܢ ܬܪܥܐ ܟܕ
ܠܒܝܫ ܒܟܠܗ ܛܟܣܗ ܘܢܐܡܪ
ܠܐܪܟܕܝܩܘܢ ܡܢܘ . ܡܗܝܡܢ ܥܠܘܗܝ
ܐܝܢܐ ܕܡܗܝܡܢ ܢܐܡܪ . ܐܢܐ . ܘܗܘ
ܢܐܡܪ ܠܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܗܘܝܬ ܡܦܪܥ ܠܝ
ܚܘܫܒܢܐ ܩܕܡ ܡܫܝܚܐ ܕܗܘ ܡܠܦ ܐܢܬ
ܕܢܛܪ ܦܘܩܕܢܐ ܐܝܠܝܢ ܕܐܝܬ ܠܗ ܕܠܐ
ܢܗܘܐ ܪܘܝܐ ܐܘ ܚܣܡܐ ܘܠܐ ܢܗܘܐ ܪܓܙܢܐ ܐܘ
ܢܘܫܛ ܐܝܕܗ ܠܡܡܚܐ . ܐܘ ܪܚܡ ܦܚܙܐ ܐܘ
ܡܙܡܪܢܐ ܟܠ ܕܐܝܢܐ ܕܢܥܒܕ ܡܕܡ
ܡܢ ܗܠܝܢ ܢܬܟܠܐ ܡܢ ܕܪܓܗ ܥܕܡܐ ܕܢܬܘܐ
ܘܢܬܬܘܒ

vocavit gratia Domini, interius, & exterius lavet corpus ſuum, & caput ſuum aperiat, & manus ſuas conliget. Epiſcopus tum ex Altari veniens ad portam Altaris ſtet intra portam indutus omni ſuo ordine, & dicat Archidiacono.

Quis Fidem jubet pro eo? *Ille autem, qui fidejubet dicat.* Ego. *Cui Epiſcopus.* Eſto reddens mihi rationem coram Chriſto, quod ipſum docturus ſis quæcumque præcepta ſunt ut eà ſervet, ne autem ſit Ebrius, aut invidus, aut iracundus, neve manus ſuas extendat ad percutiendum, aut ſit amator ludi, & omnis generis cantus, quicumque enim quidquam ex his aget, ſuſpendetur a ſuo gradu donec pænitentiam agat. (1)

Tunc

EXPOSITIO ARABICA.

1 Is, quem gratia Domini vocat, & ſacram ordinationem ſuſcipere intendit, negocium ſuum deferat Archidiacono, qui Epiſcopo notum faciat illud, & ubi ipſum elegerint, corpus ſuum interius exteriuſque lavet ab inquinamentis corporis, & ſpiritus, & confeſſionem puram agat, & in Eccleſia conſiſtat in omni humilitate, & reverentia, donec Epiſcopus myſteria conſecraverit, & perceperit una cum Sacerdotibus, & antequam dicat, *Servi tui, & adoratores tui,* jubeat myſteria deferri in Sacrarium, quæ cooperiat ſuper Altare velo magno. Tum ſedem ipſi conſtituant ex parte anteriori portæ majoris cancellorum & electus accedat ad portam cancellorum capite aperto, manibus ad pectus conligatis. Epiſcopus una cum Presbyteris, & miniſtris ſacris indumentis paratus deſcendit, ac ſedet Epiſcopus in throno, & Archidiacono inquit; *quis eſt fidejuſſor pro eo*, reſpondet Inſtitutor,

Tunc præcipiat illi ut adoret, & dicat. Benedic Domine. *Et Epiſcopus ſignet eum in fronte, & dicat*. Benedicat te Dominus Deus inter ſignatos Eccleſiæ ſanctæ ad Altare ſanctum Domini *N.* ſancti, pagi benedicti *N.* In nomine Patris ✠ *Amen*, & Filii ✠ *Amen*, & Spiritus ✠ Sancti *Amen*.

Et tunc egredi jubet ordinandum.

Epiſcopus incipit, & dicit orationem initii: Gloria *Diaconus*. Pro tranquillitate.

Epiſcopus dicit hanc orationem.

Dignos nos præſta Chriſte Deus, qui miniſterium hoc myſticum Sacerdotalis hujuſce operationis perficiamus, & divitiis donorum tuorum cæleſtium, ac divinorum repleamur; tibique attollamus gloriam.

ܘܗܝܕܝܢ ܦܩܕ ܠܗ ܕܢܣܓܘܕ ܘܢܐܡܪ
ܒܪܟܡܪܝ . ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܢܪܫܘܡ ܠܗ ܒܦܬܗ
ܒܡܬܘܡܐ ܘܢܐܡܪ . ܢܒܪܟܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ
ܒܝܬ ܚܬܝܡܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܠܡܕܒܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝܐ ܦܠ ܩܕܝܫܐ : ܕܩܪܝܬܐ
ܡܒܪܟܬܐ ܦܠܢܝܬܐ ܒܫܡ ܐܒܐ ✠
ܐܡܝܢ ✠ ܘܒܪܐ ܐܡܝܢ . ܘܪܘܚܐ ✠
ܩܕܝܫܐ ܐܡܝܢ * ܘܦܩܕ ܠܗ ܕܢܦܘܩ
ܘܡܬܬܣܝܡܢܐ ܡܫܪܐ : ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܐܡܪ
ܨܠܘܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܗܝ ܫܘܒܚܐ : ܡܫܡܫܢܐ
ܥܠ ܫܝܢܐ . ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܡܪ ܨܠܘܬܐ ܗܕܐ *
ܐܫܘܐ ܠܢ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ ܕܢܫܡܠܐ
ܗܕܐ ܬܫܡܫܬܐ ܕܐܪܙܐ ܕܥܒܕܐ ܗܢܐ
ܟܘܡܪܝܐ ܘܢܬܡܠܐ ܡܢ ܥܘܬܪܐ ܕܡܘܗܒܬܟ
ܫܡܝܢܝܬܐ ܘܐܠܗܝܬܐ : ܘܢܣܩ ܠܟ
ܫܘܒܚܐ *

tor, ſeu fidejuſſor, *Ego*, cui Epiſcopus: ſcias, quia tu mihi rationem pro eo reddes coram Chriſto Domino, quod ipſum docebis quæcumque ille ſervare debet, eumque monebis: ne ſit ebrius, non iracundus: non invidus, non extendat manum ſuum ad percutiendum, neque jocis, aut ludicris ſit deditus, qui enim hiſce conſuetudinibus ſit implicitus, ab ordinatione arcendus eſt, donec pœnitentiam agat. Ubi autem illum probarunt, Epiſcopus ipſi præcipiat, ut ſiniſtrum genufleƈtat: & Epiſcopi dexteram oſculetur. Eum ter dextera ſua ſignet ſigno Crucis in nomine S. Trinitatis, deinde jubeat, ut ſurgat, & redeat ad locum ſuum.

ܘܐܡܪܝܢ ܠܫܘܒܚܐ

ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ ܀

ܫܪܪ ܡܪܝܐ ܠܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ ܥܠ

ܟܐܦܐ ܠܐ ܡܬܙܝܥܢܝܬܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ

ܬܪܝܨܬܐ. ܘܒܟ ܬܬܚܝܠ ܘܡܢܟ

ܬܩܒܠ ܥܘܕܪܢܐ ܓܡܝܪܐ ܘܡܘܗܒܬܐ

ܐܠܗܝܬܐ: ܕܒܗܘܢ ܢܬܢܗܪܘܢ ܒܢܝܗ ܠܡܫܡܫܘ

ܕܡܫܡܫܝܢ ܒܕܟܝܘܬܐ ܒܗܝܟܠܟ ܩܕܝܫܐ: ܘܢܫܒܚܘܢܟ

ܥܡ ܓܘܕ̈ܐ ܠܐ ܓܘܫܡܢܝ̈ܐ ܕܠܥܠ: ܐܒܐ.

ܠܡܪܚܡ ܥܠܝ ܒܩܠܐ ܕܚܣܝܢܝ ܀

ܠܚܘܣܝܐ ܗܘܝ ܠܝ ܐܢܬ ܠܚܘܕܝܟ

ܡܠܝܐ ܪ̈ܚܡܐ ܐܠܗܐ: ܘܐܝܟ ܗܘ ܗܘ

ܒܪܐ ܐܣܘܛܐ ܩܒܠܝܢܝ ܘܪܚܡ ܥܠܝ ܀

ܬܘܒ. ܐܒܐ ܩܕܝܫܐ ܘܝܗܘܒ ܩܕܝܫܘܬܐ

ܐܠܗܐ: ܩܕܫ ܒܛܝܒܘܬܟ ܠܥܒܕܟ

ܕܡܣܟܐ ܠܗ ܕܢܬܩܕܫ ܀

ܠܟ: ܒܪܐ ܕܒܡܘܗܒܬܟ ܠܫܠܝܚ̈ܐ

ܕܝܠܟ ܚܟܡܬ ܐܠܗܐ: ܚܟܡ ܒܡܘܗܒܬܟ

ܠܥܒܕܟ ܕܡܣܟܐ ܠܗ ܘܢܬܚܟܡ ܀

ܐܢܬ ܕܝܢ: ܪܘܚܐ ܕܒܠܫܢ̈ܐ ܕܢܘܪܐ

ܚܟܡܬ.

Et dicunt :

Gloria .

Epiſcopus orat .

Confirma Domine Eccleſiam tuam ſanctam ſuper Petram immobilem Fidei orthodoxæ ; & per te corroboretur , & a te accipiat adjutoria perfecta , & chariſmata divina , quibus illuſtrentur Filii ejus , ut miniſtrent pure in ſancto templo tuo , teque collaudent cum agminibus ſupernis immaterialibus . Pater .

Ad Miſerere *tono* Protegite me .

In Propitiationem eſto mihi tu ſolus plene miſericordiarum Deus , & inſtar illius Filii prodigi ſuſcipe me , mihique miſerere .

Amplius . Pater Sancte , & ſanctitatis donator Deus , ſanctifica per gratiam tuam ſervum tuum , qui expectat illam , ut ſanctificetur .

Tibi . Fili , qui per donum tuum Apoſtolos tuos erudiſti Deus , dono tuo erudi ſervum tuum , qui illud expectat , ut erudiatur .

Tu autem . Spiritus , qui linguis igneis Apoſtolos erudi-

divit Deus, erudi dono tuo ſervum tuum, qui illud expectat, ut ſanctificetur.

Satia me. Oſtium Cæli nobis aperiat gratia tua, Deus, & manum tuam demitte ſuper ſervum tuum, qui illam expectat, ut benedicatur.

Cor. Stola tua ornetur collum coram te inclinatum, Deus, & ſuſpiciens donum tuum Domine, ut decoretur ornamentis ſpiritus.

Sed. Turbæ Cælorum exſultant in perfectione ſervi tui, Deus, & pſallunt gloriam infimi, quos ordinibus illorum adjunxiſti.

Libera me. Stupent, & mirantur ignei, cum findit Cælos ſpiritus, ut dona tribuat Epiſcopis in ſimilitudine Chriſmatis.

Quoniam non. Immenſus, qui manibus puribus apprehenderis, Deus, munda ſervum tuum, qui ſine macula cunctis diebus tibi miniſtret.

Benigne fac. Emundator delictorum Domine per illapſum ſpiritus; emunda per ipſius accubitum ſervum tuum, qui perfectione tua emun-

ܒܩܘܕܫܗ ܘܡܫܡܫܢܘܗܝ ܠܥܕܪܐ ✱

ܐܦܪܝܡܝܬܐ ✱ ܫܒܚܘ ܠܡܪܝܐ

ܒܩܘܕܫܗ ܂ ܐܬܪܟܢ ܪܡܐ ܥܠ ܛܘܪܣܝܢܝ

ܘܐܪܟܢ ܐܝܕܗ ܥܠ ܡܘܫܐ ܂ ܘܡܘܫܐ

ܣܡܗ ܥܠ ܐܗܪܘܢ ܘܐܬܡܛܝܬ ܥܕܡܐ ܠܝܘܚܢܢ ܀

ܒܩܠܝܬܐ ܂ ܪܘܚܐ ܕܡܡܠܠ ܒܢܒܝܐ

ܘܐܬܐ ܘܐܓܢ ܥܠ ܫܠܝܚܐ ܂ ܗܘ

ܢܐܬܐ ܘܢܫܪܐ ܘܢܐܓܢ ܥܠ ܥܒܕܟ

ܡܪܝܐ ܕܢܬܩܕܫ

ܫܘ. ܫܘܒ̈ܚܐ ܬܠܝܬܝܐ ܠܚܕ ܗܘ

ܕܐܠܗܐ ܚܕ ܐܝܬܘܗܝ ܂ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚ

ܩܘܕܫܐ ܚܕ ܡܪܝܐ ܕܠܗ ܣܓܕܝܢܢ ✱

ܡܢ ܥܠܡ ܂ ܛܒܐ ܕܐܫܠܡ ܠܫܠܝ̈ܚܘܗܝ

ܫܘܠܛܢܐ ܕܪܘܡܐ ܘܕܥܘܡܩܐ ܂ ܬܩܘܐ

ܡܘܗܒܬܟ ܠܘܬ ܥܒܕܟ ܕܩܕܡܝܟ ܐܬܪܟܢ

ܘܢܬܩܕܫ ✱

ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܡܩܪܒ ܒܣܡܐ ܘܐܡܪ ✱

ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܒܨܠܘܬܐ

ܘܒܬܟܫܦܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܐܠܗ̈ܐ ܂ ܘܩܕܡ

ܡܪܐ ܡܪ̈ܘܬܐ ܂ ܘܩܕܡ ܡܠܟܐ ܡܠܟ̈ܐ

ܘܩܕܡ

emundetur . *Ephremeticus*. *Laudate Dominum in ſanctuario ejus*. Inclinavit ſe altiſſimus in monte Sinai & manum ſuam demiſit ſuper Moyſen, & Moyſes illam impoſuit Aaroni, atque ad Joannem deducta eſt.

In Syſtris. Spiritus, qui locutus eſt per Prophetas, & adveniens illapſus eſt ſuper Apoſtolos; ipſe veniat, & requieſcat ſuper ſervum tuum Domine, qui ſanctificetur.

Gloria. Trinas laudes uni, quia Deus unus eſt & trinus: Pater Filius & Spiritus Sanctus, unus Dominus, quem adoramus.

A Sæculo. Bone, qui Apoſtolis ſuis credidit poteſtatem Cæleſtium, & inferorum; maneat donum tuum apud ſervum tuum, qui coram te inclinatus eſt, & ſanctificetur.

Archidiaconus thus offerens dicit.

Stemus recte in oratione, & deprecatione coram Deo Deorum, & coram Domino Dominorum, & coram Rege Regum, & coram Altari propitiatorio Salvatoris noſtri

ſtri, & coram myſteriis glorioſis, ac divinis propoſitis ſuper illud, & coram impoſitione hac manũm ſuper ſervum tuum *N.* & coram Patre noſtro puro, cujus manibus illa perficitur. Thura ponuntur, miſerationes a Domino rogamus.

Epiſcopus thus adolet.

Prooemium. Illi miſericordi, & multarum gratiarum, qui genus humanum ex nihilo condidit, cum illum creavit, & ornavit; & iterum ſalvavit, cum prævaricatione cecidit, ac erexit, dignumque fecit accedendi ad dignitatem excelſam ſuorum divinorum chariſmatum. Te Domine plene miſericordia, & clementia precamur, & obſecramus in hoc inſtanti ſuper hunc aromatum ſuffitum, ut per miſerationes tuas perpetuas dignos nos facias, qui ſuſcipiamus, & approximemus ad miniſterium tui ſancti, ac puri templi hunc famulum tuum præſentem, qui inclinatus coram Throno majeſtatis tuæ donum tuum expectat. Tibi enim convenit.

Ordo.

Ordo. Glorificat te Domine Cælum in cætibus ſpiritualibus,qui ſanctificationibus trium cantuum concinunt, & benedicunt majeſtati tuæ ineffabili. Et adorat te terra per Filios hominum, qui ex pulvere tuo juſſu creati fuere, & digni a te effecti ſunt accedendi pure, ac ſancte ad tuum miniſterium. Tu Domine omnium ſcrutator, & potens per dilectum Filium tuum Dominum Deum, & Salvatorem noſtrum Jeſum Chriſtum,& per illapſum Spiritus Sancti crediſti dona hæc ſpiritualia hujus miniſterii naturæ noſtræ humanæ terrenæ, quando ſanctos tuos Apoſtolos tuis incomprehenſibilibus ſanctificationibus repleſti; & per manus eorum claves ſpirituales Sacerdotii Regalis (Theſaurorum Domini) nobis commiſiſti, & dediſti. Confitemur miſericordiæ tuæ, & laudamus gratiam tuam. Spe tua magna confirmati, & fiducia in te confortati, effundimus preces, & ſupplicationes humilitatis noſtræ coram majeſtate tua, & roga-

gamus clementiam tuam, dele peccata noſtra per tuas miſerationes, per tuam benignitatem delicta noſtra aufer, noſque fac conſummatores, & perficientes tua mandata, atque conſummatos, ac ſublimes per tuas ſanctificationes, ut idonei ſimus, qui miniſtremus coram te ſine declinatione ad paſſiones corruptionis, quique impertiamur populo tuo de tuis donis excelſis, & ſupernis, quique admoveamus Altari tuo ſancto cos, quos nutus divinæ tuæ ſcientiæ oſtendit, & admovet. Ipſa tua benignitas conſummet, & perficiat eos per humilitatem noſtram; non enim accedimus, quod ſimus digni, verum tua clementia abundanti in donis corroborati: quoniam ſervum tuum *N.* qui ad hoc miniſterium vocatus eſt, dignum feciſti ipſum ſuſcipere, & perficere per illapſum ſpiritus tui divini; corpus autem ejus, & animam inſimul munda ab omnibus maculis, & ſordibus iniquitatis, & peccati, ut ſit in templo ſancto tuo

[illegible]

ܐܝܟ ܡܢ ܟܠ ܠܩܘܪܒܢܐ ܘܡܬܩܒܠܢܘܬܐ ܕܟܘܠܐ
ܘܒܪܥܝܢܐ ܕܗܘܐ ܒܗܝܡܢܘܬܟ ܡܬܐܡܪܐ ܕܟܢܐ
ܘܡܬܢܝܚ ܒܗ ܨܒܝܢܟ ܛܒܐ ܘܡܩܒܠܐ ܀
ܘܒܚܝܠܟ ܐܠܗܝܐ ܢܬܚܝܠ. ܘܠܘܬ ܡܘܗ̈ܒܬܐ
ܕܡܢ ܝܕܥܬܟ ܐܠܗܝܬܐ ܪܡܬܐ ܡܢ ܟܠ
ܢܦ̈ܩܢ ܀ ܘܢܣܓܐ ܘܗܘ ܒܚܪܬܐ ܛܒܬܐ
ܕܡܫܬܘܕܥܐ ܠܩܕ̈ܝܫܝܟ ܢܫܟܚ ܀ ܘܢܣܩܘܢ ܠܟ
ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܐܒܐ ܟܣܝܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ
ܘܠܒܪܟ ܘܠܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܟܠܗ ܀ ܗܫܐ ܀
ܘܐܡܪܝܢ ܩܠܐ ܀ ܐܢܐ ܐܢܐ ܢܘܗܪܐ ܫܪܝܪܐ ܀
ܐܡܪ ܪܒ ܪ̈ܥܘܬܐ ܠܫܡܥܘܢ ܪܝܫܐ
ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܀ ܚܙܝ ܫܡܥܘܢ ܐܝܟܢܐ ܬܕܒܪ
ܐܝܟ ܠܦܘܩܕܢܐ ܕܐܓܥܠܬ ܒܐܝܕܝܟ ܀
ܒܥܝܪܘܬܐ ܛܪ ܡܪܥܝܬܟ ܡܢ ܣܘܓܦ̈ܢܐ
ܘܦܘܠ̈ܓܢܐ. ܕܚܘܫܒܢܐ ܐܝܬ ܠܟ ܕܬܬܠ ܩܕܡ
ܕܝܢܐ ܕܟܐܢܘܬܐ ܕܥܒܕ ܕܝܢܐ ܠܐ ܡܣܒ ܒܐ̈ܦܐ ܀
ܟܬܒ ܗܘܐ ܠܗ ܦܘܠܘܣ ܛܘܒܢܐ
ܠܛܝܡܬܐܘܣ ܬܠܡܝܕܗ ܀ ܚܙܝ ܐܚܘܢ
ܗܟܢܐ ܬܗܦܟ ܐܝܟ ܡܢ ܒܥܕ̈ܬܗ ܕܡܫܝܚܐ ܀
ܚܙܝ ܠܐ ܬܬܠ ܟܗܢܘܬܐ ܠܐ ܠܪ̈ܡܐ ܠܐ
ܠܛܢ̈ܦܐ

agnus purus, in quo conquieſcat voluntas tua bona, & accepta, & virtute tua divina corroboretur, & ad dona, quæ ex tua divina ſublimiſſima Scientia proveniunt, promoveatur; & nos, ac ipſe finem bonum promiſſum ſanctis tuis promereamur, tibique attollamus gloriam, & confeſſionem, Pater abſcondite, & incomprehenſibilis, & Filio tuo, ac Spiritui tuo Sanctiſſimo. Nunc.

Et dicunt tono: ego ſum lux vera.

Dixit Princeps Paſtorum Simoni Apoſtolorum capiti: vide Simon quomodo tractes depoſitum, quod manibus tuis credidi. Pervigil cuſtodi gregem tuum a noxis, & diſſidiis, rationem enim redditurus es coram juſto Judice, qui judicat ſine acceptione perſonarum.

Scripſit Timotheo ſuo diſcipulo beatus Paulus: vide Frater noſter, quomodo converſeris in Eccleſiis Chriſti: vide ne Sacerdotium conferas ſuperbis, immundis, & avaris, aut luxurioſe viventibus

tibus, ſed quietis, & humilibus, illique, qui domum ſuam recte gubernat.

Deus, qui in Monte Sinai locutus eſt Moyſi de medio rubi, & dixit illi. veni, ingredere in medium Ægypti, & educ Filios Iſrael; ipſe ſit murus tranquillitatis, & cuſtos Eccleſiæ ſanctæ, myſterio Trinitatis.

Videte Sacerdotes, quid miniſtratis; ordines excelſos Sacerdotii, quod ligat, & ſolvit, ſicut conceſſit ei Salvator omnium creaturarum. Claves Cælorum, & inferorum ecce poſitæ ſunt in manibus veſtris: beati vos cum feceritis voluntatem Domini, Domini veſtri, quoniam cum eo intrabitis in Paradiſum.

Acceptatio. Quæſumus, Domine clementiſſime, etiamnum per Paternas tuas miſerationes, benigne ſuſcipe hunc ſuavitatum ſuffitum, quem altiſſimæ tuæ divinitati obtulimus in admotione Filiorum dilectorum ſpiritualium, quos in hoc miniſterium invitavit tuus erga homines amor, & præſta, ut

ܘܦܘܩܕܢܐ ܕܫܡܫܘܬܐ ܗܕܐ ܐܫܠܡܬ
ܘܫܡܫܘ ܐܝܟ ܨܒܝܢܟ ܂ ܘܐܦ ܗܫܐ ܐܦ ܠܗܢ
ܕܢܫܡܫܘܢ ܒܗܝܟܠܟ ܩܕܝܫܐ ܒܝܕܥܬܐ
ܕܟܝܬܐ ܟܕ ܡܫܒܚܝܢ ܘܡܪܘܡܝܢ ܗܫܐ.
ܡܟܪܙ ܡܫܡܫܢܐ ܐܦܪܝܡܝܬܐ ✠ ܢܩܘܡ ܟܠܢ
ܒܨܠܘܬܐ ܘܢܣܩ ܠܐܒܐ ܫܘܒܚܐ ܂ ܘܠܒܪܐ
ܕܡܢܗ ܬܘܕܝܬܐ ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܬܫܒܘܚܬܐ ✠
ܚܠܦ ܥܒܕܟ ܗܢ ܕܢܗܘܐ ܦܣܠܛܐ
ܒܓܘ ܥܕܬܟ ܂ ܗܒ ܠܗ ܡܪܢ ܝܫܘܥ
ܕܪܓܐ ܪܡܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܂ ܐܦ ܡܪܝܐ ܡܢܝܗܝ
ܘܟܬܘܒ ܒܟܬܒ̈ܝܟ ܘܢܗܘܐ ܒܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ ܂ ܪܒ
ܒܝܬܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܐܪ̈ܙܐ ܕܟܝ̈ܐ ܘܩܕܝ̈ܫܐ ✠
ܪ̈ܚܡܝܟ ܢܗܘܘܢ ܣܬܪܗ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܐ
ܕܝܠܢ ܂ ܘܗܒ ܠܗ ܕܪܓܐ ܒܥܕܬܟ
ܘܢܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܠܐܪ̈ܙܝܟ ✠ ܚܘܣ ܥܠܝܢ
ܪܚܡܬܐ ܘܚܘܢ ܠܢ ܡܠܟܐ ܡܫܝܚܐ ܂
ܘܫܡܠܐ ܥܡܢ ܛܝܒܘܬܟ ܒܟܐܢܘܬܐ
ܘܩܕܝܫܘܬܐ ܂
ܡܨܠܐ ܪܒܐ ܂ ܘܐܡܪ ✠
ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ ܘܥܒܘܕܐ ܕܟܠ ܗܘ
ܕܒܪܐ

miniſtrent in templo ſancto tuo cum ſcientia pura collaudantes, & exaltantes. Nunc.

Diaconus prædicat Ephræmiticam.

Stemus omnes in oratione, & attollamus Patri gloriam, & Filio, qui ex eo eſt, confeſſionem, & Spiritui Sancto laudem. Pro hoc ſervo tuo *N.* ut ſit pſaltes in medio Eccleſiæ tuæ. Da illi Domine noſter Jeſu gradum excelſum Sacerdotii. Etiam Domine recenſe eum, & ſcribe in libris tuis, & ſit in Eccleſia tua ſancta magiſter domus, & myſteriorum purorum & ſanctorum miniſter. Miſericordiæ tuæ ſint protectio ejus, Chriſte Deus noſter, & da ei gradum in Eccleſia tua, ut miniſtret myſteriis tuis. Parce nobis amator hominum, & propitius eſto nobis Rex Chriſte, & perfice nobiſcum gratiam tuam in juſtitia, & ſanctitate.

Epiſcopus orat; & dicit.

Domine Deus fortis, & opifex omnium, qui creaſti ſæcula per tuam gratiam, & ſpiritu oris tui omnes virtutes

tes Cælorum, eaſque addixiſti miniſterio tuo ſpirituali, quare a tua laude non ceſſant, nec ſilent; & in medio etiam Eccleſiæ ſanctæ elegiſti tibi populos fideles qui tuam faciant voluntatem, & ſecreviſti gradus eorum unum ab altero, & feciſti eos ſupremos, & medios juxta numerum novem ordinum Angelorum; etiam nunc Domine noſter concede donum tuum cæleſte ſervo tuo qui hodie ſegregatus eſt a cætu Filiorum Eccleſiæ ad numerum Signatorum, ut accedat ad magnum gradum Sacerdotii, & attollat gloriam Trinitati laudabili. Pater.

*Et dicunt Pſ.*132. Quam bonum, & quam pulchrum *All.* Fratribus habitantibus ſimul. Sicut unguentum, quod deſcendit ſuper caput, & ſuper barbam. *All.* Barbam Aaron: quod deſcendit ſuper oram tunicæ ejus. Sicut ros hermon, qui deſcendit ſuper Montem Sion *All.* quia ibi mandavit Dominus benedictionem, & vitam uſque in ſæculum.

[illegible]

[illegible]

Et

ܘܗܘ ܕܒܬܪܗ ✱

ܒܪܟܘ ܠܡܪܝܐ ܟܠܟܘܢ
ܥܒ̈ܕܘܗܝ ܕܡܪܝܐ ܗ̄ ܐܠܗ ܕܩܝܡܝܢ
ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܒܠܠܘܬܐ ✱ ܐܪܝܡܘ
ܐܝ̈ܕܝܟܘܢ ܠܩܘܕܫܐ ܘܒܪܟܘ ܠܡܪܝܐ ܗ̄
ܢܒܪܟܟ ܡܪܝܐ ܡܢ ܨܗܝܘܢ ܗܘ ܕܥܒܕ
ܫܡܝܐ ܘܐܪܥܐ ✱

ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܐܚܝܕ ܠܗ ܒܨ̈ܕܥܘܗܝ
ܘܐܡܪ ✱

ܒܥܝܢ ܡܢܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܗܢܐ
ܥܕܢܐ ܕܬܬܠ ܛܝܒܘܬܟ ܘܪ̈ܚܡܝܟ ܠܗ
ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦ̄ܠ ܘܗܒ ܠܗ ܡܪܝܐ ܕܥܡ
ܪ̈ܚܡܝ ܫܡܟ ܢܦܠܘܚ ܕܚܠܬܟ
ܒܕܟܝܘܬܐ ܕܡܢ ܚܛܝܬܐ ܢܛܪ ܠܗ ܚܝܘܗܝ
ܘܠܦܘܠܚܢܐ ܕܬܝܒܘܬܐ ܘܦܢܝܗܝ ܠܘܬܟ
ܘܢܥܒܕ ܨܒܝܢܟ ܘܢܗܓܐ ܒܢܡܘܣܟ ܘܢܫܘܐ
ܕܢܕܘܫ ܚܘ̈ܘܬܐ ܘܥܩܪ̈ܒܐ ܘܡܢ ܟܠ ܢܟܝܢܘܬܐ
ܢܬܢܛܪ ܡܛܠ ܫܡܟ ܕܐܬܩܪܝ ܥܠܘܗܝ ܝܘܡܢܐ
ܪܒܝ ܘܐܣܒܥ ܠܢܦܫܗ ܒܝܘܠܦܢܐ ܐܠܗܝܐ
ܘܢܬܪܕܐ ܘܢܬܢܗܪ ܒܟܠ
ܘܢܬܚܟܡ

Et illum, qui ſequitur.

Benedicite Domino omnes ſervi Domini, *All.* qui ſtatis in domo Domini in noctibus: extollite manus veſtras ad ſanctum, & benedicite Dominum: *All.* Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit Cælum, & terram.

Epiſcopus apprehendit tempora ejus, & dicit.

Precamur te Domine Deus in hoc inſtanti, gratiam tuam, tuaſque miſerationes præſta huic famulo tuo *N*, da ei, Domine, ut cum diligentibus nomen tuum, pietatem colat, vitam ejus ſine ſordibus peccati ſerva, ipſum converte, ut redeat ad te, & voluntatem tuam faciat, ac in lege tua meditetur, dignuſque fiat, qui calcet ſerpentes, & ſcorpiones, quin ab ulla re lædatur propter nomen tuum, quod invocatum eſt ſuper ipſum hodie; enutri & ſatia animam ejus tua doctrina divina, & inſtituatur atque illuſtretur in omni

omni ordine, & doctrina veritatis Eccleſiæ ſanctæ, & per hæc a gratia tua dignus fiat, qui ſuſcipiat a te gradum excelſum, & venerandum, & clementiam ac miſericordiam conſequatur, quoniam tu es Deus Bonus & miſericors, & vis omnes homines ad te converti. Etiam nunc fac gratiam tuam cum iſto ſervo tuo, quem hodie elegiſti ad gradum ſignatorum per donum gratiæ divinæ, & attollemus laudem Trinitati glorioſæ. Pater.

Epiſcopus ſcindit e pilis ejus cruciformiter, & dicit clara voce.

Signamus hunc ſervum tuum *N* ad Altare ſanctum ſancti *N* oppidi benedicti *N* In nomine Patris. *Amen*, & Filii. *Amen*, & Spiritus Sancti in ſæcula. *Amen*.

Diaconus prædicat tono S. Ephrem.

Stemus omnes in oratione; & ſupplicemus Domino cum

ܒܫܢܩܐ ܘܒܩܠܐ ܕܡܪܥܝܢ ܠܗ ܠܘܬܢ
ܢܩܥܐ ܒܫܘܝܘܬܐ ܀

ܢܫܐܠ ܡܢ ܐܒܐ ܟܣܝܐ ܘܡܢ ܒܪܐ
ܡܫܒܚܐ ܘܩܕܝܫܐ ܘܡܢ ܪܘܚܩܘܕܫܐ
ܦܪܩܠܝܛܐ ܙܝܢܐ ܕܠܒܫܘܗܝ ܡܗܝܡܢܐ ܫܪܝܪܐ ܀

ܥܠ ܡܪܝܐ ܫܝܢܐ ܕܡܪܥܝܬܟ
ܘܫܠܡܐ ܕܟܠܗ ܥܕܬܟ ܘܦܘܪܩܢܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܝܠܝܕܘܗܝ ܗܒ ܠܗ ܡܪܝܐ
ܗܒ ܠܗ ܀

ܚܠܦܝܢ ܘܚܠܦ ܢܦܫܬܐ ܕܟܠܢ
ܢܩܥܐ ܠܐܘܣܝܬܟ ܕܬܚܘܣ ܥܠܝܢ ܐܝܟ
ܛܝܒܘܬܟ ܘܬܫܪܪ ܩܝܡܬܢ ܩܕܡܝܟ ܀

ܥܠ ܥܘܕܪܢܐ ܘܦܘܪܩܢܐ ܘܩܘܝܡܐ
ܕܥܒܕܟ ܗܢܐ ܕܢܣܒ ܒܣܝܡܬ ܐܝܕܝܐ
ܡܫܪܝܘܬܐ ܕܪܘܚܩܘܕܫܐ ܀

ܥܠ ܡܪܝܐ ܥܒܕܟ ܕܩܪܝܬܝܗܝ ܘܡܢ
ܓܒܝܬܐ ܗܘܬ ܒܥܕܬܐ ܡܬܒܥܝܢܢ
ܠܟ ܡܪܐ ܟܠ ܫܡܠܐ ܒܗ ܛܝܒܘܬܟ ܀

ܥܠ ܕܓܒܝܗ ܟܐܢܘܬܟ ܘܩܪܝܗ ܡܪܝܐ
ܛܝܒܘܬܟ ܕܢܗܘܐ ܒܥܕܬܟ ܪܒܝܬܐ ܕ
ܒܝܬܐ ܒܗ ܒܛܟܣܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܀ ܒܝ

cum ſingultu ; & vocibus , quæ eum nobis placatum reddant , unanimi conſenſu clamemus ad Dominum . Petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudando & ſancto, & a Spiritu Sancto paraclito arma , quibus induti ſunt fideles veri . Domine, pro ſecuritate gregis tui , & pace totius Eccleſiæ tuæ, & redemptione omnium Filiorum ejus : dona ei Domine , dona ei .

Pro nobis , & pro animabus omnium noſtrum clamamus ad tuam eſſentiam , ut parcas nobis ſecundum gratiam tuam , & ſtationem noſtram coram te confirmes .

Pro auxilio, & redemptione , & conſiſtentia hujus ſervi tui , ut per impoſitionem manuum accipiat inhabitationem Spiritus Sancti .

Domine pro ſervo tuo , quem vocaſti,& cujus electio ab Eccleſia facta eſt , rogamus te omnium Domine perfice in eo gratiam tuam .

Pro eo , quem elegit juſtitia tua, & vocavit Domine gratia tua , ut ſit in Eccleſia tua magiſter domus in eo miniſtrorum ordine . Per

Per Sacerdotium expietur, & per impoſitionem manuum conſecretur, & per miſericordias e bonitate tua procedentes ad gradum decorum elevetur.

Nos omnes Domine oremus, & pro nobis omnibus, & pro hoc ſervo tuo *N*, qui in timore adſtat, & expectat miſericordias abundantes gratiæ tuæ, oremus, & precemur, & dicamus. Parce Deus ſervo tuo, & pro eo tribus vicibus clamemus omnes, da ei Domine.

Et apprehendit manum ejus dexteram ac dicit.

Deus, qui per immenſam tuam bonitatem, & per amorem tuum erga homines immutabilem, dediſti chariſmata, & dona ſelecta ad honorem & ſalutem noſtram humanam, ſuſcipe hunc ſervum tuum, & Filium ancillæ tuæ, qui ſegregatus eſt ad calcanda limina Altaris tui ſancti, & præſta, ut caute converſetur, & præfulgeat eutaxia, quæ convenit officiis, ad quæ implenda de-

ܒܝܕ ܟܗܢܘܬܐ ܢܬܚܣܐ ܘܒܣܝܡܘܬ ܐܝܕܐ
ܢܬܩܕܫ . ܘܒܪ̈ܚܡܐ ܕܡܢ ܛܝܒܘܬܟ .
ܢܬܥܠܐ ܠܕܪܓܐ ܡܫܡܠܝܐ ✠

ܟܠܢ ܡܪܝܐ ܢܨܠܐ ܥܠ ܟܠܢ ܘܥܠ ܗܢܐ
ܥܒܕܟ ܦܠܢ ܕܒܕܚܠܬܐ ܩܐܡ
ܘܡܣܟܐ ܠܪ̈ܚܡܐ ܫܦܝ̈ܥܐ ܕܛܝܒܘܬܟ ✠
ܢܨܠܐ ܘܢܒܥܐ ܘܢܐܡܪ ܕܚܘܣ
ܐܠܗܐ ܥܠ ܥܒܕܟ . ܘܚܠܦܘܗܝ ܢܩܥܐ
ܟܠܢ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ ܗܒ ܠܗ
ܡܪܝܐ :

ܘܐܚܕ ܒܐܝܕܗ ܕܝܡܝܢܐ
ܘܐܡܪ ✠

ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܒܣܘܓܐ ܕܛܝܒܘܬܟ
ܠܐ ܡܬܡܫܚܢܝܬܐ ܘܒܚܘܒ ܪ̈ܚܡܬ ܐܢܫܘܬܟ
ܠܐ ܡܫܬܚܠܦܢܝܬܐ ܝܗܒܬ ܡܘ̈ܗܒܬܐ
ܘܡܘ̈ܗܒܬܐ ܓܒ̈ܝܬܐ ܠܐܝܩܪܐ ܘܦܘܪܩܢܐ
ܕܝܠܢ ܐܢܫܝܬܐ . ܩܒܠ ܠܗܢܐ ܥܒܕܟ
ܘܠܒܪ ܐܡܬܟ ܕܐܬܦܪܫ ܕܢܕܘܫ
ܐܣܩ̈ܘܦܬܗ ܕܡܕܒܚܟ ܩܕܝܫܐ . ܘܕܒܗܝܪܘܬܐ
ܢܬܗܦܟ ܘܢܨܡܚ ܒܛܟܣܐ ܕܦܐܝܐ
ܕܦܠܚܘܬܐ

ܦܪܝܫܐ ܕܗܘܢܐ ܕܐܬܦܩܕܘܢ ܠܗ
ܠܬܫܡܫܬܗ ܀ ܗܒ ܡܪܝܐ ܐܦ ܠܗ
ܕܒܕܚܠܬܐ ܡܫܬܒܚܢܝܬܐ ܘܦܪܗܣܝܐ
ܘܚܣܝܐ ܡܢ ܡܫܬܐܛܢܘܬܐ ܢܩܘܡ ܠܓܘ
ܡܢ ܣܝܓܐ ܕܡܕܒܚܟ ܩܕܝܫܐ ܀ ܐܝܟܢܐ
ܕܒܟܠܕܘܟ ܘܒܟܠܙܒܢ ܢܫܬܒܚ ܫܡܟ
ܗܘ ܠܐ ܡܬܡܠܠܢܐ ܥܠ ܐܦܝ ܟܠܗܘܢ
ܛܝܒܘܬܟ ܕܥܠ ܓܢܣܢ ܀ ܐܒܐ ܀

ܘܡܩܪܒܝܢ ܠܗ ܠܘܬ ܡܕܒܚܐ
ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ ܀

ܢܬܠ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܟܝܘܬܐ
ܕܗܠܟܬܐ ܘܬܪܝܨܘܬܐ ܕܕܘܒܪܐ
ܘܦܪܗܣܝܐ ܕܡܥܠܬܐ ܘܡܩܘܡܐ
ܕܡܕܒܚܐ ܕܝܠܗ ܩܕܝܫܐ ܀ ܐܝܟܢܐ ܕܬܗܘܐ
ܕܡܘܬܐ ܫܦܝܪܬܐ ܀ ܘܛܘܦܣܐ ܡܫܡܫܢܐ
ܠܗܢܘܢ ܕܚܙܝܢ ܠܟ ܀ ܘܟܠܢ ܢܫܩܘܠ
ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܣܓܝܕܐ ܘܠܐ ܡܬܕܪܟܢܐ ܗܫܐ ܀

ܘܡܫܠܡܝܢ ܠܗ ܕܢܫܩܘܠ ܥܠ ܕܪܥܘܗܝ ܡܙܡܘܪܐ
ܘܠܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܡܟܪܟܝܢ ܠܗ
ܒܥܕܬܐ

deſtinatus eſt, concede etiam illi, ut in timore laudabili, & fiducia ab omni contemtu libera ſtet intra ſepta Altaris tui ſancti, ut ubiqne, & ſemper glorificetur nomen tuum ineffabile pro omnibus tuis erga genus noſtrum beneficiis. Pater.

Poſt hæc admovent eum Altari, & Epiſcopus precatur.

Tribuat tibi Dominus puritatem greſſuum, rectam converſationem, & fiduciam in ingreſſu, & conſiſtentia ad Altare ſuum ſanctum, ut ſis exemplum pulcherrimum,& exemplar dextrum iis, qui te intuentur, & omnes attollamus gloriam Patri, & Filio, ac Spiritui Sancto adorando, & incomprehenſibili. Nunc.

Tum tradunt illi, ut portet ſuper brachia librum Pſalmorum, & ter circumducunt eum per Eccleſiam dicentes tono ſimplici.

Super volam manuum Filii ędificata eſt Eccleſia, & ſuper fundamenta duodecim Apo-

Apoſtolorum laudandorum poſita: Dominus autem noſter dedit ei virtutem & poteſtatem omnia idola erroris conterendi, & conculcandi. Arma veritatis conflavit ei, crucem ſcilicet vivam, & impreſſionem Chriſmatis, cujus ſignaculo, & impreſſione Sacerdotes obſignantur. *Alleluja.* & iterum. *Alleluja* Domine noſter ſuſcipe miniſterium noſtrum, exaudi orationem noſtram, & miſerere nobis Salvator mundi.

Et dat pacem, ſeu oſculatur Altare, & Epiſcopum. Epiſcopus autem dicit orationem obſignationis, ſive dimiſſionis.

Suſcipe Domine per clementiam tuam hunc tuum ſervum, quem ad gradum iſtum Pſalmiſtarum elegit tua juſtitia, & per ejus ad te acceſſum, adjuva illum Domine miſerationibus tuis, ut perpetuo, & omni tempore placeat dominationi tuæ; da ei Domine, ut cuſtodiat gradum, quem hodie a te accepit, & ſuperlucretur opera bona, & eximia juſtitiæ, cum omni timore Dei; & a te

ܕܐܠܗܘܬܐ . ܘܢܩܒܠ ܡܢܟ ܦܘܪܥܢܐ
ܛܒܐ ܘܡܛܝܒܐ ܘܢܫܘܐ ܠܚܘܣܝܐ ܘܠܫܘܒܩܢܐ
ܒܝܕ ܡܘܗܒܬܐ ܕܛܝܒܘܬܟ ܐܠܗܝܬܐ .
ܘܒܝܕ ܪ̈ܚܡܝܟ ܡܩܘ̈ܝܢܐ ܢܫܘܐ ܟܠܢ
ܕܥܡܗ ܢܡܛܐ ܠܡܠܟܘܬܟ ܡܪܝܡܬܐ .
ܐܒܐ .

ܘܝܗܒܝܢ ܠܗ ܫܠܡܐ ܘܡܫܬܘܬܦܝܢ
ܠܗ ܒܐܪ̈ܙܐ ܩܕ̈ܝܫܐ . ܫܠܡ ܀

a te recipiat retributionem bonam & præparatam, mereaturque qui expiationem obtineat, & veniam, per donum gratiæ tuæ divinæ, & per æternas tuas miſerationes omnes mereamur una cum illo pervenire ad ſublime tuum regnum. Pater.

Et dant illi pacem, & communionem ſanctorum myſteriorum: explicit.

ITEM ORDO CHIROTONIÆ SUPER LECTORE.

܀ ܬܘܒ ܛܟܣܐ ܕܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܕܥܠ ܩܪܘܝܐ ܀

ܩܕܡ ܥܐܠ ܗܘ ܕܡܬܬܣܝܡ ܠܓܘ
ܡܢ ܬܪܥܐ ܕܡܕܒܚܐ ܟܕ ܓܠܐ ܪܫܗ ܘܡܟܦ
ܥܕܡܐ ܕܡܫܬܡܠܝܐ ܩܘܪܒܢܐ ܀
ܘܪܫܡܗ ܚܬܡ ܠܗ ܒܗ ܒܡܬܠܬܐ
ܐܦ̈ܝܗ ܒܨܠܝܒܐ ܘܐܡܪ ܀

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܢܒܪܟܟ ܘܢܩܝܡܟ ܩܪܘܝܐ
ܒܥܕܬܐ ܕܡܪܝ ܦܠܢ . ܕܡܕܝܢܬܐ ܡܒܪܟܬܐ
ܘܪܚܡܬ ܡܫܝܚܐ ܦܠܢܝܬܐ . ܒܫܡ ✠
ܐܒܐ

P*Rimum qui ordinatur intrat intra Altaris portam habens caput apertum, & inclinatum quo ad perficiatur oblatio, & dicit*. Benedic Domine. *Epiſcopus ſignat eum ſigno crucis ter in fronte, & dicit.*

Dominus Deus te benedicat, & conſtituat lectorem in Eccleſia ſancta Domini *N* oppidi benedicti, & Chriſtum amantis *N*. In nomine Pa-

Patris ✠ *Amen*, Filii ✠ *Amen*, & Spiritus ✠ Sancti in ſæcula. *Amen*.

Et incobat primum officium, & dicit orationes, & reſponſorium Propitiatio eſto mihi *& reliqua: miniſter thus offert dicens*.

Stemus recte in oratione, & petitione coram Deo deorum, & coram Domino dominorum, & coram Rege regum, & coram Altari ejus propitiatorio, & coram myſteriis ſanctis, quæ ſuper illud poſita ſunt, & coram chirotonia iſta ſervi tui, & coram Patre noſtro ſancto Epiſcopo, cujus manibus perficitur; aromata ponuntur, miſericordiam a Domino exoramus.

Epiſcopus thus ponit, & dicit Procemium, & cantum Ego, Ego *& acceptationem, quæ deſcripta ſunt in primo ordine*.

Et tradunt ordinando ex Ezechiele Propheta 25. 26. ut legat.

Et adduxit me ad portam *&c. uſque:* ut ſerviant mihi, & conſervent cuſtodias meas.

Epi-

Epiſcopus inclinatus orat.

Domine virtutum Cæleſtium, qui nos conſtituiſti, nobiſque hanc partem dediſti miniſterii myſtici, qui ſcis mentes, & intelligentias omnium hominum, exaudi nos Domine ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ, & munda nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus; atque dele Domine per clementiam tuam peccata noſtra, reple nos virtute tua occulta, da nobis per gratiam tuam, ut ſtemus coram te, & perficiamus miniſterium hoc myſticum, quod conceditur ſervo tuo. Pater.

Archidiaconus prolamat, & dicit.

Iterum, atque iterum, perpetuo, & omni tempore Domino ſupplicemus; pro Patre noſtro in Chriſto electo rectore noſtro Domino *N.* Metropolita noſtro; & pro omni Clero ejus, Domino ſupplicemus. Pro tranquillitate ſuperna, & vita, & redemtione animarum, & corporum noſtrorum, Domino ſupplicemus. Pro redem-

demtione, & auxilio, & adjutorio ſervi dei *N* qui hic adſtat, & impoſitionem manus divinæ Sacerdotii, & donum Spiritus Sancti accipit, Domino ſupplicemus.

Ut Dominus Deus illum ſine macula, & reprehenſione ſuſcipiat per ſuam miſericordiam, ipſique gradum præſtantem Sacerdotii tribuat per inhabitationem Spiritus Sancti, Domino ſupplicemus. Sanctam, glorioſam, benedictam, & immaculatam Dominam noſtram beatam, ſemperque Virginem Dominam Mariam Dei genitricem commemoramus, & Johannem præconem veritatis, atque Præcurſorem; Prophetas item veros; & omnes divinos Apoſtolos, ac Martyres amictos victoria, ut Dominus Deus fortis per mundas eorum preces, ſanctaſque orationes nobis omnibus clemens adſit, noſque omnes cuſtodiamur, Domino ſupplicemus.

Pro nobis omnibus, & propter nos omnes oremus, ac precemur, & ſupplices ad Deum clementem, & miſericor-

[illegible]

ܘܢܩܥܐ ܘܢܐܡܪ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ܆ ܡܘܗܒܬܗ
ܡܪܝܐ ✱

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ ܘܐܡܪ

ܐܫܘܐ ܠܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܢܗܘܐ ܠܟ ܩܪ̈ܘܝܐ ܕܟ̈ܝܐ ܕܕܝܐܬܝܩܝ ܕܝܠܟ܆ ܘܠܐ ܬܫܒܘܩ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܕܢܗܘܐ ܫܘܬܦܐ ܠܚ̈ܛܗܐ ܕܢܘܟܪ̈ܝܐ ܐܠܐ ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܦܪܘܩܝܗܝ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܒܝ̈ܫܬܐ ܘܣܢ̈ܝܐܬܐ ܘܗܒ ܠܗ ܛܝܒܘܬܐ ܘܝܕܥܬܐ ܘܣܘܟܠܐ ܘܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܝ̈ܬܪܢ ܘܦܐ̈ܝܢ ܘܡܨܒܝ̈ܢ ܠܨܒܝܢܟ܆ ܕܒܠܒܐ ܕܟܝܐ ܘܒܢܦܫܐ ܩܕܝܫܬܐ ܢܬܩܪܒ ܠܡܕܒܚܐ ܕܚܘܣܝܐ ܘܢܫܡܠܐ ܬܫܡܫܬܐ ܕܥܒܕܟ܆ ܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܠܟ ܫܘܒܚܐ ✱

ܡܫܡܫܢܐ ܢܩܦ ܠܗ ܒܝܡܝܢܗ ܘܐܡܪ

ܡܩܪ̈ܒܝܢܢ ܠܩܕܝܫܘܬܟ ܐܘ ܐܒܘܢ ܚܣܝܐ ܘܓܒܝܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܦܠܢ ܡܕܒܪܢܐ ܕܝܠܢ ܠܗܢܐ ܪܚܡ ܐܠܗܐ ܦܠܢ ܕܩܐܡ ܗܪܟܐ ܘܡܩܒܠ ܐܝܕܐ ܗܕܐ ܐܠܗܝܬܐ ܡܢܟ ܡܡܙܡܪܢܘܬܐ ܠܡܢ ܕܩܪܝܢܘܬܐ ܠܡܕܒܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܡܪܝ ܦܠܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܒܪܝܟܬܐ܆

...ricordem clamemus ter dicentes. Dona ei Domine.

Epiſcopus orat dicens.

Præſta nobis Domine Deus, ut tibi ſimus lectores puri Teſtamenti tui, & ne permittas hunc famulum tuum participem fieri peccatorum alienorum, ſed per miſerationes tuas ſalva illum ab omnibus malis, & odibilibus, & concede illi gratiam, ſcientiam, & intelligentiam, eaque omnia, quæ utilia ſunt, & congrua, quæque voluntati tuæ placent; ut puro corde, & anima ſancta accedamus ad Altare propitiatorium, & adimpleamus miniſterium ſervi tui. Domine Deus noſter tibi gloria.

Diaconus ducit eum per manum dexteram; & dicit.

Offerimus ſanctitati tuæ Pater noſter Religioſiſſime, & electe Dei Domine *N* gubernator noſter, hunc Dei amantem *N* qui hic adſtat; & hanc manus impoſitionem divinam a te accipit a gradu Pſalmiſtarum ad gradum Lectorum, ad nomen Altaris ſancti Domini *N* oppidi benedicti, & Chriſtum amantis *N* &

& eſt ſubditus Beatitudini veſtræ o Religioſiſſime Dei Pater noſter. Rogamus, & ſupplicamus Domino pro eo; & clamemus dicentes ter. Kyrie eleiſon.

Epiſcopus eum jubet genu ſiniſtrum flectere, & manus ſuas imponens ſuper tempora ejus dicit.

Gratia Divina, & donum Cæleſte, quæ omni tempore ſupplet defectum noſtrum, & ſanat infirmitatem noſtram ac noſtra curat vulnera, bona agens erga omnes Filios Eccleſiæ, eligit, & offert hunc ſervum Dei a gradu Pſalmiſtarum, ad gradum Lectorum in Eccleſia ſancta ſancti Domini *N*, oppidi benedicti *N*. Oremus pro eo, ut adveniat ſuper eum inhabitatio Spiritus Sancti, precantes pro eo tribus vicibus. Concede ei Domine.

Diaconus dicit. In pace Domino ſupplicemus.

Epiſcopus manum ſuam motat ſuper caput ejus, & dicit inclinatus. Ro-

[illegible]

[illegible]

ܘܐܡܪ ܒܥܘܬܗ ܀

ܒܥܝܢ ܡܢܟ ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܠܟ ܡܪܝܐ
ܐܠܗܐ ܩܒܠ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܩܪܘܝܐ ܒܥܕܬܟ
ܩܕܝܫܬܐ ܀ ܘܚܟܝܡܘܗܝ ܒܦܘܩܕܢܝܟ
ܡܣܬܟܠܢܘܗܝ ܐܘܪ̈ܚܐ ܕܝܠܟ ܀ ܘܗܒ ܠܗ
ܕܒܕܚܠܬܐ ܢܫܡܫ ܠܟ ܠܥܒܕܘܬܐ ܛܒܬܐ ،
ܟܕ ܡܫܘܐ ܐܢܬ ܠܗ ܕܢܗܘܐ ܡܐܢܐ ܓܒܝܐ
ܘܩܪܘܝܐ ܡܫܒܚܐ ܩܕܡܝܟ ܥܡ ܗܢܘܢ ܕܡܢ
ܥܠܡ ܫܦܪܘ ܠܟ ،

ܘܡܐܠܠ ܩܠܗ . ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܨܒܝܐ ܕܪ̈ܚܡܐ
ܘܚܢܢܐ ܐܢܬ ܐܝܬܝܟ ܀ ܘܠܟ ܝܐܐ
ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܣܓܕܬܐ ܡܢ ܟܠ ܐܢܫ ،

ܘܐܡܪ ܀ ܫܠܡܐ ܠܟܠܟܘܢ ܀

ܥܡܐ . ܥܡܟ ܪܘܚܐ ܕܝܠܟ .

ܐܦܝܣܩܘ . ܡܪܦܦ ܟܕ ܡܬܟܦܦ

ܘܐܡܪ . ܐܠܗܐ ܪܒܐ ܘܥܬܝܪܐ ܒܡܘܗ̈ܒܬܐ
ܗܘ ܕܛܟ̈ܣܐ ܝܗܒ ܠܥܕܬܟ ܀ ܘܕܪ̈ܓܐ
ܐܩܝܡ ܒܗ ܠܬܫܡܫܬܐ ܘܐܫܦܥ
ܡܘܗܒܬܟ

Rogamus te, & præcamur Domine Deus, ſuſcipe ſervum tuum hunc lectorem, in Eccleſia tua ſancta ſapientem in tuis mandatis illum effice, & intelligentem in tuis juſtificationibus, concede etiam ei, ut pie miniſtret tibi opus bonum, ipſum dignum reddens, qui tibi ſit vas electum, & Lector præſtans coram te cum illis, qui tibi placuerunt a ſæculo.

Et extollit vocem.

Quoniam tu es Deus volens miſericordiam, & benignitatem, tibique convenit gloria, honos, & adoratio ab omnibus. Pater.

Et dicit. Pax vobis omnibus.

Populus. Et Spiritui tuo.

Epiſcopus tremulo motu circumfert manus dicens inclinatus.

Deus magne, & dives in donis, qui ordines Eccleſiæ tuæ dediſti, & gradus in ea conſtituiſti ad miniſterium, & donum tuum effudiſti ſuper famulos tuos. Etiam nunc ſanctifica ſervum tuum illum, & elige illum, ut ſit Lector, & da illi, ut cum omni ſapientia, & intelligentia meditetur & legat verba divina, reple

ple eum dono tuo ipſum conſervans in operibus irreprehenſibilibus.

Et convertitur ad illum utraque manu ſua apprehendens amba tempora ejus, & orat ſub ſilentio.

Deus ille magne, & hominum amator, qui omnes creaturas tuis concludis manibus, & nutu tuo omnes contines, qui omnibus prope es, & omnibus præſto es, reſpice hunc ſervum tuum quem offerimus, ut ſit præco verborum tuorum ſanctorum, & proclamet doctrinas divinas, ac ſalutares, quas tradidiſti in adjutorium, & ſalutem animarum noſtrarum.

Et extollit vocem ſuam verſus Altare, ac dicit.

Eja Deus redde illum ſapientem in tuis mandatis, & intelligentem in tuis juſtificationibus, illumina oculos mentis ejus illuſtratione ſcientiæ tuorum mandatorum: concede illi, ut cum puritate, & fide, ſine acceptione perſonarum, iſta meditetur & legat in ædificationem eorum, qui audiunt, & in gloriam, ac laudem

[illegible]

dem regni tui. Pater.

Et erigit eum, ac orat.

Deus, qui magnus es, & dives in donis, & ſtupendus in omnibus mirabilibus, ac præ omnibus extolleris tua abſcondita natura, & glorioſus ſuperexcedis tua ſplendida eſſentia, quique ordines venerandos Eccleſiæ tuæ conſtituiſti; tu da, & magnifica in eo gradum Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & omnium filiorum ejus. Pater.

Et induit eum tunica dicens.

Indue Domine hunc ſervum tuum tunicam Lectoratus, ad laudem, & honorem Trinitatis ſanctæ, ad ædificationem, & confirmationem Eccleſiæ ſanctæ & omnium Filiorum ejus ſuper Altare Eccleſiæ ſancti *N*. In nomine Patris ✠ *Amen* & Filii ✠ *Amen*. & Spiritus ✠ Sancti, in ſæcula *Amen*.

Et induit eum orario dicens.

Indue Domine hunc ſervum tuum orarium Lectoratus, ad laudem Dei, & ad ædificationem ſanctæ Eccleſiæ omniumque Filiorum ejus. In nomine Patris ✠ *Amen* & Filii ✠ *Amen* & Spiritus ✠ San-

Sancti in ſæcula. *Amen*.

Diac. dicit hym. Exalta me.

Dominus eſt, qui hominibus terrenis Sacerdotium tradidit, & eos inſtar vigilum conſtituit, ut laudent divinitatem ſuam. Sacerdotes in gradibus Angelorum, & Diaconi in Seraphim; & Hypodiaconi, ac Lectores veluti vigiles obedientes. Eructavit, Domine, lingua mea hymnum tuū, & præcepta tua in juſtitia; eloquentur labia mea laudes tuas, cum docueris me præcepta tua.

Et tradunt illi, ut legat de Iſaia Propheta cap. 2i. Sic dicit Dominus . . *uſque.* Plantatū Domini laudabilis.

Archidiaconus proclamat.

Stemus omnes in oratione, & attollamus Patri gloriam; ac Filio, qui ex eo eſt, confeſſionem, & jubilationem Spiritui Sancto.

Petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudando & ſancto, atque a Spiritu Sancto Paraclito arma, quibus veſtiti ſunt veraces.

Deus, qui elegit juſtos, & pios, & monachos, & poſuit eos, ut ſerviant ei in ſimilitudinem Filiorum lucis. Diſtinxit ordinum gradus, hoc

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

hoc eſt, ſuperiores, & inferiores, & elegit eos ut Sacerdotio fungerentur in Eccleſia ſancta & fideli.

Excelſior enim ille eſt vigilibus; nec eorum ordines illius conſilia ſcrutari poſſunt: abſconditus eſt ab angelis, neque eum mente ſua continent congregationes eorum. Lumen, & ſplendor, quo circumdatur, obſcurat & hebetat igneorum oculos, atque flammeis alis perſonas igneas tegunt.

Parce nobis o amator hominum, & propitius eſto nobis Rex Chriſte, atque nobiſcum perfice gratiam tuam in juſtitia, & ſanctitate.

Epiſcopus orat.

Deus, qui Joſue barnum honorem dediſti perpetuum in domo habitationis ſanctæ, & ſecundum voluntatem tuam miniſtrabat Moyſi illi, qui reconciliator extitit divinitatis tuæ, atque tua divina gloria ipſum conſummaſti, ut poſt mortem Moyſis Dux eſſet populi tui. Tu, qui Samuelem Prophetam, cum adhuc puer parvus eſſet, perpetuum in ſancto templo tuo fi-

fidelem miniſtrum voluiſti, qui per Prophetiam regeret populum tuum. Tu, qui Hieremiam Prophetam in ventre ſanctificaſti, eumque feciſti tibi Prophetam, & præconem tuorum ſanctorum verborum. Tu o Domine etiam modo benignus reſpice hunc ſervum tuum, eumque ſanctifica per donum Spiritus tui ſancti, & ſecundum voluntatem tuam illum guberna, atque ſapientem redde: omni ſanctitate tua, & pietate erga te præfulgeat, atque ad ſuperiores gradus promoveatur; & nomen tuum ſanctum notum faciat, & prædicet, per hunc virtutis gradum, quem hodie a tua gratia accepit, ac ipſum per tuas miſerationes dignum redde, qui aſcendat ad ſublimem, & honorabilem gradum Sacerdotii Eccleſiæ tuæ ſanctæ. Nunc.

Et dant illi librum, Iſaiæ & egrediuntur in agios (1), *eumque circumducunt per Eccleſiam dicentes cantus: tono ſimplici.* Su

ܡܗܝܡܢܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܟ ܨܒܝܬ ܗܘ ܕܒܢܒܝܘܬܐ ܢܕܒܪ
ܗܘ ܕܠܐܪܡܝܐ ܢܒܝܐ ܡܢ ܟܪܣܐ ܗܘܐ ܠܟܪܣܐ
ܐܡܗ ܩܕܫܬܝܗܝ ܘܥܒܕܬܝܗܝ ܠܟ ܢܒܝܐ ܘܟܪܘܙܐ
ܕܡܠܝܟ ܩܕܝܫܬܐ. ܐܦ ܗܫܐ ܡܪܝܐ ܐܬܦܢܝ
ܒܛܝܒܘܬܟ ܥܠ ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܘܩܕܫܝܗܝ
ܒܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ: ܘܐܝܟ ܨܒܝܢܟ ܕܒܪܝܗܝ
ܘܚܟܝܡܐ ܥܒܕܝܗܝ ܒܟܠ ܩܕܝܫܘܬܟ
ܘܕܚܠܬܟ ܢܙܗܐ ܘܢܬܥܠܐ ܠܕܪܓܐ
ܡܥܠܝܐ ܘܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܢܘܕܥ ܘܢܟܪܙ
ܒܗܢܐ ܕܪܓܐ ܕܡܝܬܪܘܬܐ ܕܩܒܠ ܝܘܡܢܐ
ܡܢ ܛܝܒܘܬܟ: ܘܢܫܘܐ ܒܪܚܡܝܟ
ܕܢܣܩ ܠܕܪܓܐ ܪܡܐ ܘܡܝܩܪܐ ܕܟܗܢܘܬܐ
ܕܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ: ܗܫܐ ܀

ܘܝܗܒܝܢ ܠܗ ܟܬܒܐ ܕܐܫܥܝܐ ܘܢܦܩܝܢ
ܠܩܕܘܫ ܘܡܟܪܟܝܢ ܠܗ ܒܥܕܬܐ ܟܕ
ܐܡܪܝܢ ܡܕܪ̈ܫܐ ܀ ܩܠܐ ܦܫܝܛܐ.

ARABICA EXPOSITIO HABET.

(1) Significat, quod illi imponunt librum Prophetarum, & Archidiaconus illum ducit per orarium e collo ejus pendulum, & ter in Eccleſia circumducunt dicentes.

Superbia, & humilitas ſimul incedebant, una elata, altera depreſſa, & unaquæque cum indolis ſuæ ingenio, & libertate; humilitas erat quieta, ſuavis, & petens pacem a bonis, & malis. Sed ſuperbia vultu erat alto, & acri in varia deſideria hiante, væ illi cum veniet mors, & ſuperbi humiliabuntur. *Alleluja* item *Alleluja*. Domine noſter per miſericordiam tuam ſuſcipe officium noſtrum, exaudi orationem noſtram, & miſerere noſtri Salvator mundi.

Poſtea venit, & oſculum dat ſacræ menſæ, & Epiſcopo, & ſanctorum myſteriorum fit particeps. Et Epiſcopus orat contra Altare dicens.

Suſcipimus gratiam tuam, & confitemur miſericordiæ tuæ, Domine noſter Jeſu Chriſte, pro omnibus tuis beneficiis, quæ præſtitiſti, & perfeciſti erga nos, & cum hoc ſervo tuo, divinam tuam implorantes miſericordiam, & deprecantes, exaudi orationes noſtras; ſuſcipe hanc chirotoniam, placeat tibi con-

conſiſtentia noſtra coram te, tibique complaceat in opere manuum noſtrarum: & quemadmodum ipſum Domine dignum feciſti hoc gradu lectoratus, præſta, ut mereatur excelſum Sacerdotii gradum a te ſuſcipere, ut perficiat, & compleat officia omnia Aaronitica, & accreſcat huic talento, quod hodie a te accepit, atque ſuperlucretur opera bona & ſublimia Sacerdotii, & omnem adminiſtrationem perficiat per lectiones librorum tuæ doctrinæ, atque ita inveniat miſericordiam in conſpectu tuo, & auxilia tuæ gratiæ obtineat. Et illi, nobiſque concede omnia, quæ nobis utilia, & congrua ſunt. Nunc.

Tum converſus ad occidentem dicit.

Pax vobiſcum.

Populus. Et cum ſpiritu tuo.

Oratio obſignationis, ſeu dimiſſionis.

Deus Deorum, & Dominus dominationum, qui ſedet ſuper Cherubim, & intuetur abyſſos inferiores, ipſe nos modo intueatur ocu-

[illegible]

ܘܠܘܬ ܡܥܪܒܐ ܐܦܝ ܘܐܡܪ *

ܫܠܡܐ ܠܟܘܠܟܘܢ *

ܥܡܐ. ܥܡܟ ܘܥܡ ܪܘܚܟ *

ܨܠܘܬܐ ܕܚܘܬܡܐ *

[illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ܘܠܥܠܡ ܥܠ̄
ܐܡܝܢ.

lo miſericordiæ, & clementiæ, & benedicat operi manuum noſtrarum peccatricium; & compleat nobiſcum gratiam ſuam, ſuamque benignitatem, propitius ſit reatibus noſtris, dimittat inſipientias noſtras, noſque dignos faciat, qui ſine macula adſtemus in conſpectu ipſius omnibus diebus vitæ noſtræ, & in noviſſima die lęti procedamus in occurſum ejus, & ad miſceamur ejus ſanctis, connumeremur cum juſtis ejus, introeamus thalamum, & gloriam gratiæ ejus canamus. Nunc.

Explicit, & Deo Laus perennis.

ITEM ORDO CHIROTONIÆ SUPER LECTORE.

✣ ܬܘܒ ܛܟܣܐ ܕܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܕܥܠ ܩܪܘܝܐ ✣

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

ORdinandus capite aperto, & inclinato ſtat intra portam Altaris donec perficiatur oblatio: ubi autem ſuper Altare ſunt diſpoſita omnia myſteria ſancta, ado-

adorat coram Epiſcopo, & dicit: Benedic Domine: *Epiſcopus jubet illum flectere genu ſiniſtrum eumque cruce ſignat in fronte tribus vicibus dicens.*

Dominus Deus benedicat tibi inter hypodiaconos Eccleſiæ ſanctæ ſancti divi *N*, oppidi *N*, in nomine Patris ✠ *Amen* & Filii ✠ *Amen* & Spiritus ✠ Sancti in ſæcula *Amen*. *& incohat Epiſcopus primam orationem dicens, ut in ordine Pſalmiſtarum.*

Diaconus offert thus, & dicit.

Stemus recte in oratione, & petitione coram Deo Deorum, & coram Domino Dominorum, & coram Altari ejus propitiatorio, & coram ſanctis, ac glorioſis myſteriis, quæ ſuper ipſum ſunt poſita; & coram chirotonia iſta ſervi tui hujus, & coram Religioſiſſimo Patre noſtro Domino *N*, per quem perficitur. Per thura, quæ imponuntur, miſericordiam Domini exoramus.

Epiſcopus thus imponit, & dicit proœmium. Diaconus,

ܡܢ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܀ ܡܫܡܫܢܐ ܡܟܪܙ

ܬܘܒ ܐܡܝܢܐܝܬ ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܡܪܝܐ ܢܬܟܫܦ ܀

ܡܛܠ ܫܝܢܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܘܡܥܘܕܪܢܐ

ܘܦܘܪܩܢܐ ܕܢܦܫܬܢ ܘܕܦܓܪܝܢ ܠܡܪܝܐ

ܢܬܟܫܦ ܀

ܐܦܪܝܡܝܐ. ܚܠܦ ܥܒܕܟ ܗܢܐ

ܕܓܒܝܬ ܕܢܗܘܐ ܡܕܒܪܢܐ ܒܥܕܬܟ ،

ܘܡܐܢܐ ܓܒܝܐ ܠܬܫܡܫܬܟ ، ܫܡܠܐ

ܥܡܗ ܛܝܒܘܬܟ ܀ ܠܛܝܒܘܬܟ ܛܒܐ

ܡܬܟܫܦ ܐܢܐ ܘܠܚܢܢܟ ܡܬܟܫܦ

ܐܢܐ ، ܫܒܘܩ ܠܗ ܚܛܗܘܗܝ

ܘܚܘܒܘܗܝ ܘܢܛܪܝܗܝ ܒܨܠܝܒܟ ܀

ܐܣܐ ܫܘ̈ܚܢܘܗܝ ܒܚܢܢܟ ܕܢܥܬܪ ܓܙܟ

ܒܣ̈ܡܡܢܐ ، ܫܝܡ ܠܗ ܐܣܪܐ ܠܡܟܝܟܘܬܗ

ܕܢܬܐܣܐ ܡܢ ܫܘ̈ܡܡܘܗܝ ܀ ܐܝܟܐ ܡܪܝܐ

ܕܣܝܡܐ ܐܣܝܘܬܟ ܠܐ ܡܫܟܚ ܕܢܩܘܡ

ܟܐܒܐ ، ܪ̈ܚܡܝܟ ܝܫܘܥ ܢܒܥܘܢܟ

ܘܐܝܟ ܛܝܒܘܬܟ ܚܘܣ ܥܠܘܗܝ

ܐܝܟ ܪܒܘ ܛܝܒܘܬܟ ܘܚܘܣ ܥܠ

ܥܒܕܟ

nus. Ego Ego. *Epiſcopus*, acceptationem, *juxta Primum ordinem*.

Diaconus proclamat.

Iterum, atque iterum, perpetuo & omni tempore Domino ſupplicemus. Pro pace ſuperna, & auxilio, & redemtione animarum noſtrarum, & corporum noſtrorum Domino ſupplicemus.

Ephremiticus.

Pro famulo tuo hoc, quem elegiſti, ut ſit director in Eccleſia tua, & vas electum in miniſterium tuum; perfice cum eo gratiam tuam.

Gratiam tuam, bone, precor, & clementiam tuam rogo; parce illi peccata ſua, & debita, atque conſerva eum per Crucem tuam.

Cura vulnera ejus ſecundum benignitatem tuam, ut diteſcat theſaurus tuus medicamentis; pone illi ligamen humilitati ejus, ut ſanetur a ſtigmatibus ſuis.

Ubi Domine medicina tua applicatur, non poteſt ſtare dolor: miſericordiæ tuæ Jeſu rogent te, & ſecundum clementiam tuam propitius

eſto

eſto debitis ejus. Ne occludas portam tuam in faciem ejus eo quod operibus ſuis te irritavit: facilem illi redde reconciliationem tuam & remiſſionem delictorum ipſi concede.

Muta. Sanctam, laudabilem, benedictam, impollutam Dominam noſtram Beatam ſemper Virginem Dominam Mariam Dei genitricem commemoramus, & Johannem nuntium veritatis, & Præcurſorem; Stephanum quoque caput Diaconorum, & Proto-Martyrem: ac Prophetas; Apoſtolos, Martyres victoria veſtitos, ut Dominus Deus fortis precibus eorum illuſtribus, & orationibus ſanctis nos omnes gratiis afficiat, & conſervet, Domino ſupplicemus.

Epiſcopus precatur.

Exaudi, Domine, per miſericordiam tuam, orationem noſtram, & ſuſcipe proclamationem, quam ſervus tuus Altaris tui miniſter edidit de chirotonia iſta. Pater.

Et dicunt. Sanctus Deus, & Credimus (*ideſt Symbolum*.)

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

ܘܐܡܪܝܢ ✱

ܩܕܝܫܐ ܐܠܗܐ ✱

ܘܡܗܝܡܢܝܢ ✱

ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܢܓܕ ܠܗ ܒܝܡܝܢܗ
ܘܐܡܪ܆ ܡܩܪܒܝܢܢ ܠܩܕܝܫܘܬܟ ܐܘ
ܐܒܘܢ ܚܣܝܐ ܘܓܒܝܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܦܠܢ
ܠܗܢܐ ܪܚܡ ܐܠܗܐ ܥܒܕܗ ܦܠܢ ܕܗܪܟܐ
ܩܐܡ ܘܣܝܡ ܐܝܕܐ ܐܠܗܝܬܐ ܡܩܒܠ
ܡܢ ܕܪܓܐ ܕܩܪܘܝܐ ܠܕܪܓܐ ܕܗܘܦܘܕܝܩܢܐ
ܥܠ ܫܡܐ ܕܡܕܒܚܐ ܕܩܕܝܫ ܡܪܝ ܦܠܢ
ܕܩܪܝܬܐ ܡܒܪܟܬܐ ܘܪܚܡܬ ܠܡܫܝܚܐ
ܦܠܢ ܘܗܘ ܐܝܬܘ ܡܫܬܥܒܕܐ ܠܐܝܫܐ
ܛܘܒܬܢܘܬܟ ܐܘ ܐܒܘܢ ܓܒܝܐ ܕܐܠܗܐ.
ܟܠܢ ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܚܠܦܘܗܝ ܠܘܬ
ܐܠܗܐ ܘܢܩܥܐ ܘܢܐܡܪ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ܆
ܩܘܪ. ܩܘܪ܆ ܩܘܪ ܀

ܦܝܣܩܘܦܐ ܡܒܪܟ ܠܗ ܥܠ ܒܘܪܟܐ
ܕܣܡܠܐ ܘܣܐܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܨܕܥܘܗܝ ܘܐܡܪ ܀
ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܡܘܗܒܬܐ
ܫܡܝܢܝܬܐ ܕܒܟܠܙܒܢ ܡܡܠܝܐ ܚܣܝܪܘܬܢ
ܘܡܐܣܝܐ ܟܘܪܗܢܢ ܘܥܨܒܐ ܡܚܘܬܢ ܒ
ܒܣܝܡܐ ܛܝܒܘܬܐ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܒܢܝܗ ܕܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ

Archidiaconus autem ducit eum manu dextera, & dicit.

Offerimus ſanctitati tuæ, Pater noſter. ſancte, & electe Dei, Domine *N*, hunc Dei amantem ſervum ipſius *N* qui hic adſtat, & impoſitionem manus divinę ex gradu Lectorum ad gradum Subdiaconorum accipit ad nomen (1) Altaris ſancti Domi *N*, oppidi benedicti, & Chriſtum amantis *N*, eſtque ſubditus Beatitudini tuæ, Pater noſter electe Dei: oramus omnes, & precamur Deum pro eo, clamemus igitur, & dicamus tribus vicibus. Kyrie eleiſon: Kyr. Kyr.

Epiſcopus ipſum flectere genu ſiniſtrum facit, & manum ſuam imponit ſuper tempora ejus dicens.

Gratia divina, & donum Cæleſte, quæ omni tempore implet defectum noſtrum, & curat infirmitatem noſtram & alligat vulnera noſtra benigne agens erga omnes ſanctæ Eccleſiæ Filios, eligit, & promovet hunc ſervum Dei a gradu lectoratus ad

(1) Seu titulum.

ad gradum hypodiaconorum in ſancta Eccleſia divi *N*, oppidi benedicti, & Chriſtum amantis *N*. Oremus, & deprecemur pro eo, ut Spiritus Sanctus illabens adveniat ſuper eum rogantes pro eo tribus vicibus. Dona ei Domine.

Diaconus. In pace Domino ſupplicemus.

Epiſcopus inclinatus manum ſuam circumfert ſuper caput illius.

Eja Domine eum dignum præſta vocatione hac hypodiaconatus, ut idoneus ſit per tuum erga homines amorem, quemadmodum convenit nomini tuo, qui cultum exerceat, & miniſterium in templo gloriæ tuæ, & miſericordiam inveniat coram te.

Extollit vocem.

Quoniam tu es Deus miſericors, & benignus, tibique convenit gloria, honor, & imperium, cum dilecto Filio tuo, & Spiritu tuo Sancto. Nunc.

Iterum inclinatus dicit.

Domine Deus virtutum ſanctarum, & Cæleſtium, qui nos

nos in partem vocaſti miniſterii hujus tui ſpiritualis, qui mentes hominum erudis, & corda perſcrutaris ac renes, exaudi nos propter multas miſerationes tuas, & purifica nos ab omni labe carnis, & ſpiritus, aufer, ut nebulas, peccata noſtra, & ut nubem, iniquitatem noſtram, reple nos benignitate tua, & gratia unigeniti Filii tui, atque operatione Spiritus tui ſanctiſſimi ſufficientes nos redde, ut ſimus miniſtri Teſtamenti tui novi, ut poſſimus, uti decet nomen tuum ſanctum, ſtare in conſpectu tuo ad Sacerdotio fungendum, & miniſtrandum tuis divinis myſteriis; neque permittas nos fieri participes peccatorum alienorum; quin & hæc noſtra dele, & concede Domine, ut nihil perverſe agamus, ſed da nobis ſcientiam ad eligendos eos, qui digni ſunt, ut tibi offerantur.

Et extollit vocem.

Et ſuſcipe hypodiaconum ſervum tuum iſtum, qui hic adſtat, & donum tuum Cæleſte præſtolatur, quoniam ſua-

ſuavis es, & multum miſericors in omnes, qui te invocant, & fortis eſt poteſtas tua, tuique Filii unigeniti, ac Spiritus tui Sanctiſſimi tibique conſubſtantialis. Nunc.

Et digitos ambarum manuum ſuarum, qui Pollicem ſequuntur, ad os Patenæ & Calicis circumagit, eoſque imponit ſuper ejus tempora (1). *Orans ſecreto*. Deus, qui a ſæculo es, qui reges unxiſti, & Prophetas ſuſcitaſti, atque ſanctificaſti; qui juſtos vocaſti; tu Domine hunc ſervum tuum voca per vocationem ſanctam in obſignatione hypodiaconorum; & elige eum, qui ſit bonus diſpenſator Eccleſiæ tuæ ſanctæ, concedens illi donum Spiritus tui Sancti; dona ei Domine, ut diligat decorem domus tuæ, & communionem myſteriorum tuorum, utque conſiſtat in porta templi tui ſancti ad accendendas lu-

ܘܪܚܡܢܐ ܐܢܬ ܘܡܣܓܝ ܚܢܢܐ ܠܟܠ ܡܢ ܕܩܪܐ ܠܟ
ܘܥܫܝܢܐ : ܫܘܠܛܢܟ ܘܕܒܪܟ ܝܚܝܕܝܐ
ܘܕܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܕܠܟ ܘܫܘܐ ܒܐܘܣܝܐ
ܠܟ ܘܫܘܐ ܒܐܘܣܝܐ ܗܫܐ ܘܒܟܠܙܒܢ
ܘܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ : ܗܫܐ ܀

ܘܡܫܒܚ ܟܗܢܐ ܕܪܝܫܗ ܘܐܡܪ ܠܗ
ܐܠܗܐ ܕܡܢ ܥܠܡܐ ܡܠܟܐ ܡܫܚܬ ܘܢܒܝܐ
ܐܩܝܡܬ ܘܩܕܫܬ ܘܙܕܝܩܐ ܩܪܝܬ ܐܢܬ ܡܪܝܐ
ܠܗܢܐ ܥܒܕܟ ܩܪܝ ܒܩܪܝܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܀

ܒܚܬܡܐ ܕܗܘ ܗܘ ܕܝܠܗ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܘܓܒܝܗܝ ܕܢܗܘܐ ܦܪܢܣܐ ܛܒܐ ܠܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ
ܘܝܗܒ ܠܗ ܡܘܗܒܬܐ ܕܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ
ܗܒ ܠܗ ܡܪܝܐ ܕܢܪܚܡ ܫܘܦܪܐ ܕܒܝܬܟ
ܘܫܘܬܦܘܬܐ ܕܐܪ̈ܙܝܟ ܘܢܩܘܡ ܥܠ ܬܪܥܐ
ܕܗܝܟܠܟ ܩܕܝܫܐ ܠܡܢܗܪܘ ܫܪ̈ܓܐ

(1) Ideſt, Epiſcopus converſus ad Altare, ſanctam Patenam inter digitos ſuos attollit, quos digitos in forma catenæ actos, imponit temporibus ordinandi, deinde illis apprehendit labium Calicis puri, eoſque iterum imponit temporibus ordinandi, interim miniſtri motantes flabella clamant: *Kyrie eleiſon*: quod ſi plures fuerint ordinandi, erga ſingulos prædicta agit, deinde ſuper omnes ſequentem recitat orationem. Ita habet expoſitio Arabica.

[illegible]

lucernas domus tuæ orationi ſacræ, quique conſcientia bona, religioſe, & impigre impleat officium, ad quod vocaſti eum.

Et converſus ad Altare extollit vocem dicens.

Et planta eum, velut olivam fructiferam, qui portet fructus juſtitiæ in Chriſto Jeſu Domino noſtro, quo cum tibi convenit gloria, honor, & imperium, cum Spiritu tuo Sanctiſſimo, bono, adorando, & vivifico, tibique coeſſentiali. Nunc.

Epiſcopus manum ſuam ponit ſuper myſteria, & ſuper caput illius dicens.

Pax vobiſcum.

Populus. Et cum Spiritu tuo.

Epiſcopus orat.

Deùs, qui inclytæ tribui Filiorum Levi Sacerdotium tradidit, & Pontificatum Aaroni ejuſque Filiis. Tu Domine tuo juſſu, tuaque voluntate elegiſti ſummos Sacerdotes & Levitas: Tu etiam Domine gratia tua, & ſcientia altiſſima elegiſti & conſtituiſti in Eccleſia tua Sancta gradus ſupremos, medios

dios & infimos Sacerdotii per hoc miniſterium Sacerdotii, ut eſſent in gloriam nominis tui ſancti, & in decorem, ac ædificationem exaltationemque Eccleſiæ S. cuſtodientes, & diligentes totum miniſterium domus tuæ ſanctæ, tuorumque myſteriorum ſanctorum, & ſancti tui habitaculi per hoſtias Sacerdotum: & Sacerdotes quidem ſuis tibi hoſtiis ſervierunt, Levitæ autem ſuis te ordinibus celebrarunt; ita iſti tibi miniſtrent, & cuſtodiant portam templi tui, & atrium ſancti tui habitaculi, ut & iſti etiam, Domine, promereantur gradum ſublimem, & honorabilem eorum, qui ipſos anteceſſerunt. Tu etiam Domine modo complacitus huic ſervo tuo concede, & ipſum dignum effice, qui tibi miniſtret, teque honoret in typo præclaro Levitarum; habeatque locum in domo tua, & ſemitam lucidam ad Altare tuum ſanctum; et tu Domine Deus demitte ſuper eum virtutem tuã; atque feratur ſuper eum Spiritus tuus Sanctus, & clemen-

ܗܘ ܪ̈ܚܡܝܟ ؛ ܘܒܗ ܬܬܢܝܚ ܨܒܝܢܟ ܕܫܘܡܠܝܐ

ܘܒܚܢܢܟ ܒܡܫܡܫܢܘܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ✻

ܘܡܫܡܠܝܐ ܠܫܘܡܠܝܐ ܘܓܡܪܐ ✻

ܘܢܣܩ ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ

ܘܠܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ ✻

ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ؛ ܩܠܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ ✻

ܢܩܘܡ ܟܠܢ ܒܨܠܘܬܐ ܩܕܡ ܗܘ ܝܕܥ

ܟܣܝܬܐ ؛ ܘܢܒܥܐ ܡܢܗ ܚܘܣܝܐ

ܒܬܢܚܬܐ ܕܠܒܘܬܢ ؛ ܢܒܥܐ ܡܢ ܐܒܐ ܟܣܝܐ

ܘܡܢ ܒܪܐ ܡܫܒܚܐ ܘܩܕܝܫܐ ؛ ܘܡܢ ܪܘܚܐ

ܦܪܩܠܛܐ ܙܝܢܐ ܕܠܒܫܘ ܬܠܡܝܕܐ ؛

ܚܠܦ ܥܒܕܟ ܡܪܝܐ ܕܓܒܝܬܝܗܝ ܡܢ

ܕܪܓܐ ܕܩܪܘܝܘܬܐ ؛ ܘܒܛܝܒܘܬܟ

ܫܢܝܬܝܗܝ ܠܕܪܓܐ ܕܗܘܦܘܕܝܩܢܘܬܐ ؛ ܗܢܐ

ܕܓܒܬ ܛܝܒܘܬܟ ܢܗܘܐ ܡܐܢܐ ܠܬܫܒܘܚܬܟ ؛

ܘܫܢܝܬܝܗܝ ܗܢܘ ܠܕܪܓܐ ܡܝܬܪܐ

ܕܬܫܡܫܬܟ ؛ ܟܐܢܘܬܟ ܓܒܬܟ ܝܘܡܢܐ

ܕܬܗܘܐ ܗܘܦܘܕܝܩܢܐ ؛ ܘܒܥܒ̈ܕܐ

ܕܟܐܢܘܬܐ ܬܣܩ ܠܕܪܓܐ ܪܡܐ ؛

ܚܠܦ ܥܒܕܟ ܡܪܝܐ ܕܓܒܝܬܝܗܝ ܘܩܪܒܬ

ܗܝܡܢܐ

mentia tua perfecta, tuaque voluntas in eo requieſcat; & per miſerationes tuas perficiatur, & conſummetur in miniſterio Spirituali.

Et converſus ad Altare dicit.

Et attollemus gloriam, & confeſſionem Patri, Filioque, ac Spiritui Sancto. Nunc.

Archidiaconus proclamat tono S. Ephrem.

Stemus omnes in oratione coram occultorum cognitore, & petamus ab eo veniam cum ſuſpirio cordium noſtrorum. Petamus a Patre abſcondito, & a Filio glorioſo, & ſancto, atque a Spiritu paraclito arma, quæ induerunt Diſcipuli. Pro ſervo tuo, Domine, quem elegiſti ex gradu Lectoratus, & gratia tua ad gradum moviſti Subdiaconatus. Hic, quem gratia tua elegit, ſit vas in laudem tuam, quoniam ad gradum præſtantem eum moviſti miniſterii tui. Tua juſtitia elegit te hodie, ut ſis Subdiaconus, & per opera juſtitiæ accedas ad excelſum gradum.

Pro

Pro præſidibus, Domine, Eccleſiæ tuæ, & pro Paſtore benedicto gregis tui, domno N, Religioſo noſtro, per tuas miſerationes ſuſcipe miniſterium noſtrum. Propitius eſto nobis, o amator hominum, & parce nobis Rex Chriſte, atque comple nobiſcum gratiam tuam in pietate, & ſanctitate.

Epiſcopus manum ſuam ponit ſuper myſteria, & ſuper caput ejus, & orat.

Domine Deus clemens, & benigne, Deus veritatis, & verax; Deus Abraham; Salvator Iſaac; confortator Jacob, & liberator timentium te, qui glorificas tuos Sacerdotes, exaltas Sancto tuos, qui ſunt pii, ac juſti, Prophetæ, & Apoſtoli, Martyres, & Sacerdotes veraces; etiam nunc, tu Domine in miſericordia tua & clementia viſita hunc ſervum tuum; illum admiſce electis tuis, adnumera cum timentibus te; & quemadmodum, Domine, tuæ voluntati complacuit, & hunc e gradu Lectoratus ſublimaſti, & elegiſti, atque ad gradum iſtum Subdiaconatus

ܗܟܢܐ ܡܪܝܐ ܕܒܓܠܝܘܬ ܐܦܐ ܢܫܡܫ
ܠܬܪܥܐ ܕܥܕܬܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܬܐ ܒܕܟܝܘܬܐ
ܘܒܩܕܝܫܘܬܐ܂ ܘܢܫܘܐ ܠܕܪܓܐ ܡܥܠܝܐ
ܪܡܐ ܀

ܘܡܬܦܢܐ ܠܡܕܒܚܐ ܘܐܡܪ ܀

ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܒܪ̈ܚܡܐ ܘܒܚܢܢܝܘܬܐ܂
ܕܝܚܝܕܝܐ ܕܝܠܝܕܐ ܒܪܐ ܕܝܠܟ ܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܘܒܡܥܒܕܢܘܬܗ ܕܪܘܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ܂ ܗܫܐ ܀

ܘܡܬܟܪܥ ܀

ܚܘܪ ܒܢ ܘܒܬܫܡܫܬܢ ܘܕܟܝܢ ܡܢ ܟܠ
ܛܘܠܫܝܢ ܘܫܕܪ ܠܗ ܡܢ ܫܡܝܐ ܛܝܒܘܬܐ
ܠܗܢܐ ܥܒܕܟ ܕܒܪܚܡܬܐ ܕܠܘܬ ܒܢܝ ܐܢܫܐ
ܕܢܫܘܐ ܗܘ ܕܒܠܐ ܡܘܡܐ ܢܩܘܡ ܕܠܐ
ܒܬܫܡܫܬܐ ܗܝ ܕܠܗ ܩܪܝܬܗ ܘܢܫܟܚ ܛܝܒܘܬܐ
ܘܪ̈ܚܡܐ ܩܕܡ ܐܦܝܟ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܗܢܘܢ
ܕܡܢ ܥܠܡ ܫܦܪܘ ܠܟ܂

ܘܡܩܝܡ ܠܗ ܘܡܪܝܡ ܩܠܗ ܘܐܡܪ ܀

ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܪܚܡܢܐ ܘܡܪܚܡܢܐ
ܐܝܬܝܟ܂ ܘܠܟ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܘܣܓܕܬܐ
ܘܫܘܒܚܐ

natus admoviſti, & dignum illum reddidiſti, ita illi concede Domine, ut revelata facie miniſtret portæ Eccleſiæ tuæ ſanctæ cum puritate, & ſanctitate, & promereatur gradum ſublimem.

Et converſus ad Altare dicit.

Per Gratiam, miſerationes, & benignitatem unigeniti Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti, & per operationem Spiritus Sancti. Nunc

Inclinatus.

Reſpice in nos, & ad miniſterium noſtrum, noſque emunda ab omnibus ſordibus, & de Cælo concede gratiam huic ſervo tuo, ut per tuum erga homines amorem dignus ſit, qui ſine culpæ reatu conſiſtat in miniſterio, ad quod ipſum vocaſti, & gratiam, atque miſericordiam inveniat in conſpectu tuo cum omnibus illis, qui a ſæculo tibi placuerunt.

Et illum erigit, ſuamque vocem attollens dicit.

Quia tu es Deus, qui vis miſerationes, & benignitatem, tibique convenit gloria, honor, & adoratio ab omni-

omnibus una cum unigenito Filio tuo, ac Spiritui tuo Sancto. Nunc.

Induit illum tunica ſua, & dicit.

Indue Domine hunc ſervum tuum Tunica Subdiaconatus ad laudem, & honorem Trinitatis ſanctæ, ad tranquillitatem, & ædificationem Eccleſiæ tuæ ſanctæ, & omnium Filiorum ejus. In nomine Patris ✠ *Amen*, & Filii ✠ *Amen*, & Spiritus ✠ Sancti in ſæcula ſæculorum *Amen*.

Epiſcopus imponit ſuper collum ejus orarium dicens.

Indue Domine hunc tuum ſervum orario Subdiaconatus ad laudem &c.

Et benedictionem accipit ab Epiſcopo, qui tradit illi vas aquæ, & orario involvit collum ejus, eumque tradit uni, qui ipſum per Eccleſiam circumducat, ordinate inſtituta proceſſione, ipſum apprehendens per orarium, & dicunt cantus, & hymnos tono remiſſo ſeu parvo, omnibus repetentibus poſt Præconem.

ܘܫܘܒܚܐ ܡܢ ܟܠ ܠܟ ܘܠܒܪܟ ܝܚܝܕܝܐ ܘܠܪܘܚܟ
ܘܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ ܀

ܡܠܒܫ ܠܗ ܟܘܬܝܢܗ ܘܐܡܪ ܀

ܐܠܒܫ ܡܪܝܐ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܟܘܬܝܢܐ
ܕܗܘܦܕܝܩܢܘܬܐ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܐܝܩܪܐ
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܠܫܝܢܐ ܘܠܒܢܝܢܐ
ܕܥܕܬܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܬܐ ܘܕܟܠܗܘܢ ܒܢܝ̈ܗ
ܒܫܡ ✠ ܐܒܐ. ܐܡܝܢ ✠ ܘܒܪܐ. ܐܡܝܢ
ܘܪܘܚܐ ✠ ܕܩܘܕܫܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܀
ܐܡܝܢ ܀

ܘܡܥܦܦ ܦܐܪܐ ܠܗ ܥܠ ܨܘܪܗ
ܐܘܪܪܐ ܕܡܢܗ ܟܕ ܐܡܪ ܀

ܐܠܒܫ ܡܪܝܐ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܐܘܪܪܐ
ܕܗܘܦܕܝܩܢܘܬܐ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܀ ܘܫܪܟܐ ܀

ܘܡܩܒܠ ܡܢ ܪܝܫ ܟܗ̈ܢܐ ܘܝܗܒ ܠܗ
ܡܐܢܐ ܕܡܝܐ ܘܡܥܛܦ ܠܗ ܐܘܪܪܐ ܥܠ ܨܘܪܗ
ܘܡܫܠܡ ܠܗ ܠܚܕ ܕܢܟܪܟܝܘܗܝ ܒܥܕܬܐ
ܒܛܟܣܐ ܕܙܝܚܐ ܟܕ ܐܚܝܕ ܒܐܘܪܪܗ ܘܐܡܪܝܢ ܩܝܢܬܐ
ܘܡܕܪ̈ܫܐ ܒܩܠܐ ܢܚܝܬܐ ܐܘ ܙܥܘܪܐ ܟܠܗܘܢ
ܒܬܪ ܡܟܪܙܢܐ ܀

Can- ܩܝܢܬܐ

ܠܚܘܝܕܐ. ܚܠܘܠܐ ܪܒܐ ܘܡܥܠܝܐ. ܥܒܕ ܚܬܢܐ
ܫܡܝܢܐ ܠܥܕܬܐ. ܩܕܝܫܬܐ ܗܝ ܡܗܝܡܢܬܐ .
ܘܩܪܐ ܘܙܡܢ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡ̈ܐ . ܕܢܐܬܘܢ
ܢܚܕܘܢ ܒܚܠܘܠܐ. ܕܥܒܕ ܚܬܢܐ ܠܟܠܬܗ ܥܕܬܐ .
ܥܕܬܐ ܕܡܟܪܗ̇ ܒܨܠܝܒܗ . ܬܪ̈ܥܣܪ ܟܬܘ̈ܒܐ
ܐܘܬܒ ܒܗ̇ . ܘܫܒܥܝܢ ܘܬܪ̈ܝܢ ܩܪ̈ܘܝܐ .
ܘܒܡܨܥܬܗ̇ ܐܩܝܡ ܐܢܘܢ . ܕܢܫܡܫܘܢ
ܠܐܠܗܘܬܗ . ܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ. ܗܘ
ܚܘܣ ܥܠ ܟܢܫܢ ܕܡܬܟܫܦܐ ܠܟ ܀

ܟܕ ܡܛܐ ܠܡܢܪܬܐ ܡܛܦܐ ܠܗ
ܘܡܢܗܪ ܠܗ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ : ܘܐܙܠܝܢ
ܠܬܪܥܐ ܕܥܕܬܐ ܘܐܚܕ ܠܗ ܘܦܬܚ ܠܗ ܬܠܬ
ܙܒ̈ܢܝܢ : ܘܗܦܟܝܢ ܀

ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܡܙܡܘܪ ܪܘܡܡܝܢܝ ܀

ܪܘܡܡܝܢܝ ܡܪܝܐ ܪܘܡܡܝܢܝ
ܐܡܪܐ . ܟܗܢܘܬܐ ܠܡܪܗ̇ . ܘܐܬܦܢܝ
ܡܪܢ ܘܐܡܪ ܠܗ ܕܟܠܗ ܕܪ̈ܓܐ ܕܪܘܡ
ܠܟ

Cantus, cui initium, ad unionem.

Convivium magnum, & excelſum fecit Sponſus Cæleſtis Eccleſiæ ſanctæ fideli. Et invitavit, ac vocavit omnes Populos, ut venirent, & gauderent convivio, quod fecit Sponſus Sponſæ ſuæ Eccleſiæ, quam per Crucem ſuam deſponſavit. Duodecim Scriptores, & 72. Lectores in ea collocavit, & in medio ejus ſtatuit illos, ut diebus, & noctibus divinitati ſuæ inſervirent. *All.* Parce congregationi noſtræ, quæ te depræcatur.

Cum autem pervenit ad candelabrum, extinguit illud, & ipſum accendit, tribus vicibus. Poſtea vadunt ad portam Eccleſiæ, eamque claudit, & aperit, tribus vicibus, & revertuntur. (1)

Archidiaconus dicit Pſalmum, Exalta me.

Exalta me Domine, exalta me; dixit Sacerdotium Domino ſuo: & converſus Do-

ARABICA EXPOSITIO.

(1) Ter fiat proceſſio in Eccleſia, & qualibet vice, extinguat ordinandus, & accendat candelabrum Eccleſiæ. Similiter & claudat, aperiatque portam ejus, & ſi æs campanum in ea adſit, hoc pulſet, deinde a proceſſione regrediuntur.

Dominus noſter, dixit ei, nullus eſt gradus excelſior tuo; neque in congregationibus *Domus* Gabrielis, neque in cœtibus *Domus* Michaelis, neque in ordinibus Seraphim eſt gradus excelſior tuo. Sacerdotes ſunt in gradu Angelorum, & Diaconi Seraphim, Subdiaconi autem, & Lectores ſunt inſtar vigilum, qui in miniſterium mittuntur.

Tum tradunt ei, ut legat ex actibus cap. 3.

Chariſſimi, hoc eſt, quod per Prophetam Joel dictum eſt, erit in diebus noviſſimis dicit Dominus, effundam ſpiritum meum *&c. uſque* · & magnificabant, atque laudabant Deum.

Archidiaconus proclamat tono S. Ephrem.

Stemus omnes in oratione, & ſupplicemus ei cum ſingultu, & vocibus ipſi gratis ad Dominum unanimes clamemus. Petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudabili & ſancto, atque a Spiritu Sanctitatis paraclito, arma, quæ induerunt fi- de-

[Syriac text: illegible]

deles. Erubeſcimus Domine, tibi ſupplices fundere preces; cum te placavimus, ad iracundiam te provocavimus, & cum nos pænituit, uno inſtanti, in altero mutata ſententia te incitavimus. Væ nobis, quia multiplicata eſt iniquitas noſtra, & en veluti fumus vaporem emittit: neque eſt, qui recogitet mente, & veritatem judicet ex corde. En ad portam tuam, medice miſericordiarum, pulſant ægri, & anguſtiati, clementia tua adſtet, & faſcias ac medicamina provideat noſtræ infirmitati. Colloca in regione noſtra gratiam tuam, dono tuo unumquemque exorna, tu es enim fons, qui medicinam vitæ propinat hominibus: non ſit nunc ira tua cauſa mortis noſtræ humanæ naturæ, reſpice in tuum gregem, quem virga tua terret quidem, ſed Crux tua tranquillum reddit. Sit vox orationis noſtræ clavis Theſauri tui abundantis, os noſtrum tibi ſit, Domine, thus plenum reconciliatione. Parce nobis amator hominum, & propitius eſto nobis Rex Chriſte, & perfice nobiſcum gratiam tuam in pietate, & ſanctitate.

Epi-

Epiſcopus orat.

Deus Clemens, & miſerator, qui ſanctorum orationes exaudis, & in ſupplicationibus juſtorum lætaris, atque petitiones piorum ſuſcipis, exaudi, per miſericordiam tuam, orationes noſtrum peccatorum, & annue petitionibus noſtris rectis, & complaceat tibi in nobis, & in opere manuum noſtrarum, & prædicationem ſuſcipe ſervi tui Diaconi Altaris tui ad tuæ vivificæ voluntatis reconciliationem, propitius eſto debitis noſtris, & dimitte inſipientias noſtras, per clementiam tuam. Pater.

Ter ſignat cum Cruce in fronte, voce dicens.

Promotus eſt in Eccleſia Sancta Dei.

Archidiaconus dicit.

N. Subdiaconus Altaris ſancti Eccleſiæ ſanctæ *N.*

Epiſcopus dicit.

N. Subdiaconus in Eccleſia ſancta Orthodoxorum, quæ prænominata eſt. In nomine Patris ✠ *Amen*, & Filii ✠ *Amen*, & Spiritus Sancti ✠ in ſæcula *Amen*. *Epi-*

ܘܗܦܟ ܪܝܫܐ ܠܡܕܒܚܐ
ܘܣܓܕ ܘܐܡܪ ܀
ܡܩܒܠܝܢܢ ܛܝܒܘܬܟ ܡܪܝܐ ܐܚܝܕ ܟܠ
ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܘܡܛܠ ܟܠܗܘܢ
ܡܫܒܚܝܢܢ ܘܡܫܒܚܝܢܢ ܠܫܡܟ ܩܕܝܫܐ
ܡܛܠ ܕܐܘܪܒܬ ܠܡܥܒܕ ܥܡܢ: ܘܐܫܦܥܬ
ܒܘܪܟܬܟ ܥܠ ܗܢܐ ܥܒܕܟ: ܘܡܬܟܫܦܝܢ
ܡܢܟ ܘܡܬܟܫܦܝܢ ܠܟ ܡܪܝܐ ܥܢܝܢ
ܡܛܠ ܣܘܓܐܐ ܕܪܚܡܝܟ ܘܬܨܒܐ
ܒܒܘܪܟܬܐ ܕܗܘܦܘܕܝܩܢܘܬܐ ܕܗܘܬ ܠܗ
ܒܝܕ ܪܚܡܬ ܐܢܫܘܬܟ ܘܗܒ ܠܗ ܕܢܓܡܘܪ
ܕܟܝܐܝܬ ܘܩܕܝܫܐܝܬ ܢܟܦܐܝܬ ܟܠܗ
ܬܫܡܫܬܗ ܀
ܘܡܪܝܡ ܩܠܗ ܀ ܘܢܩܒܠ ܡܦܣܝܢܘܬܟ ܒܝܕ
ܪ̈ܚܡܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܟ: ܕܥܡܗ
ܘܠܗ ܠܟ ܝܐܐ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ ܥܡ ܪܘܚܟ
ܩܕܝܫܐ ܛܒܐ ܘܣܓܝܕܐ: ܗܫܐ ܀
ܘܝܗܒ ܠܗ ܫܪܓܐ ܕܝܩܕܐ
ܘܐܡܪ ܗܘ ܕܡܬܡܢܐ ܬܠܬ
ܙܒܢܝܢ ܀ ܐܢܐ ܐܝܟ ܙܝܬܐ ܡܫܒܚܬܐ
ܒܒܝܬܗ

Epiſcopus converſus ad Altare inclinat ſe, & dicit.

Suſcipimus gratiam tuam, Domine omnipotens, in omnibus, & propter omnia: celebramus, & glorificamus nomen tuum ſanctum, quoniam magnifice nobiſcum egiſti, & benedictionem tuam ſuper hunc tuum ſervum demiſiſti; teque precamur, & rogamus, Domine, audi nos propter multitudinem miſerationum tuarum, & complaceat tibi in benedictione Subdiaconatus, quæ illi demiſſa eſt per tuum in homines amorem, & da ei, ut pure, ſancte, & caſte perficiat omne ſuum miniſterium.

Et extollit vocem ſuam.

Et tuam reconciliationem obtineat, per miſerationes unigeniti Filii tui, per quem, & cum quo tibi convenit gloria, & honor, una cum Spiritu tuo Sanctiſſimo, bono, & adorando. Nunc.

Epiſcopus dat illi candelam accenſam, & ordinandus ter dicit.

Ego ſicut oliva glorioſa in domo Dei ad pacem, & ædi-

ædificationem Eccleſiæ Sanctæ.

Et oſculatur altare, ac Epiſcopum, communionem myſteriorum percipit, ac pacem accipit. Epiſcopus obſignat.

Deus Deorum, & Dominus Dominantium, qui ſedet ſuper Cherubim, & intuetur abyſſos inferiores, ipſe nos reſpiciat in hoc inſtanti, oculo miſericordiæ, & clementiæ, & benedicat operi manuũ noſtrarum peccatricium: ac perficiat nobiſcum gratiam ſuam, dimittat debita noſtra, indulgeat inſipientiis noſtris, noſque dignos reddat, qui ſtemus coram ipſo omnibus diebus vitæ noſtræ ſine ullo reatu, & in noviſſima die procedamus obviam illi facie revelata, & cum fiducia ipſi grata, & admiſceamur Sanctis ejus, atque connumeremur cum juſtis ejus, thalamum ipſius ingrediamur, & gloriã canamus gratiæ ejus, nunc.

Explicit, & Deo laus, Amen.

ܒܒܢܝܢܗ ܕܐܠܗܐ ܠܟܗܢܐ ܘܒܢܝܢܐ ܕܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ✠

ܘܢܫܩ ܡܕܒܚܐ ܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܢܣܒ ܫܘܬܦܘܬܐ
ܘܡܫܡܠܐ ܠܗ ܪ̈ܐܙܐ ܘܢܣܒ ܠܗ ܫܠܡܐ. ܐܦܝܣܩܘܦܐ
ܡܫܡܠܝܢ ܚܬܡ ✠

ܐܠܗܐ ܕܐܠܗ̈ܐ ܘܡܪܐ ܕܡܪ̈ܘܬܐ ܗܘ ܕܝܬܒ
ܥܠ ܟܪ̈ܘܒܐ ܘܚܙܐ ܠܬܗ̈ܘܡܐ ܬܚܬܝ̈ܐ :
ܗܘ ܢܚܘܪ ܒܢ ܒܫܥܬܐ ܗܕܐ ܒܥܝܢܐ ܕܪ̈ܚܡܐ
ܘܚܢܢܐ ܘܢܒܪܟ ܠܥܒܕܐ ܕܐܝ̈ܕܝܢ ܚܛܝ̈ܬܐ :
ܘܢܫܡܠܐ ܥܡܢ ܛܝܒܘܬܗ ܘܢܫܒܘܩ ܚܘ̈ܒܝܢ
ܘܢܚܘܣ ܥܠ ܣ̈ܟܠܘܬܢ : ܘܢܫܘܐ ܠܢ ܕܢܩܘܡ
ܩܕܡܘܗܝ ܟܠܗܘܢ ܝܘ̈ܡܬܐ ܕܚܝ̈ܝܢ ܕܠܐ ܚܘܒܬܐ :
ܘܒܝܘܡܐ ܐܚܪܝܐ ܢܦܘܩ ܠܐܘܪܥܗ ܒܓܠܝܘܬ
ܐܦ̈ܐ ܘܒܦܪܗܣܝܐ ܕܫܦܝܪܐ ܠܗ
ܘܢܬܚܠܛ ܥܡ ܩܕ̈ܝܫܘܗܝ ܘܢܬܡܢܐ ܥܡ
ܙܕ̈ܝܩܘܗܝ ܘܢܥܘܠ ܠܓܢܘܢܗ ܘܢܫܒܚ
ܫܘܒܚܐ ܠܛܝܒܘܬܗ ܗܫܐ ✠

✠ ܫܠܡ ܘܠܐܠܗܐ ܫܘ̄ ܐܡܝܢ ✠

ITEM CHIROTONIA , SEU IMPOSITIO MANUS SUPER DIACONOS.

ܬܘܒ ܟܘܪܬܘܢܝܐ ܐܘܟܝܬ ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܥܠ ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܀

ܩܢܘܢܐ ܕܫܠܝ̈ܚܐ ܗܢܐ ܩܪܐ ܥܠܘܗܝ. ܘܙܕܩ ܠܗܘܢ
ܕܢܗܘܘܢ ܕܟܝܢ ܘܢܟܠܘܢ ܢܦܫܬ̈ܗܘܢ ܡܢ
ܪܚܡܬ ܟܣܦܐ : ܘܡܢ ܝܘܬܪ̈ܢܐ ܛܢܦܐ :
ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܡܦܠܓܝܢ ܒܦܘܡ ܠܫܢ̈ܝܢ ܘܠܐ
ܢܗܘܘܢ ܪܚܡܝܢ ܚܡܪܐ ܣܓܝܐܐ : ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ
ܒܨܝܪܝܢ ܡܢ ܥܣܪܝܢ ܘܚܕܐ ܫܢܝܐ :
ܩܢܘܢܐ : ܐܝܠܝܢ ܕܗܘܝܢ ܡܫܡ̈ܫܢܐ
ܢܫܬܡܥܘܢ ܕܨܒܝܢ ܕܢܙܕܘܓܘܢ ܡܬܝܕܥ
ܡܬܦܫܩܝܢ

E T *primo legit ſuper ipſum Canonem Apoſtolorum*. Oportet , ut ſint puri & animas ſuas contineant ab amore pecuniæ , & a lucris turpibus , neque ſint bilingues , neque ament multum vinum , nec ſint minores 21. annorum . (1)

Canon. Qui Diaconi fiunt , ſi ſcitur , quod matrimonium deſiderent , quia cælibes eſſe non ſuſtinent , nubant recte ; ne-

ARABICA EXPOSITIO HUJUS LOCI TALIS EXTAT IN CODICE .

(1) Senſus eſt , quod oporteat Diaconos mundos eſſe , & ab argenti concupiſcentia alienos , ne impliciti ſordidis lucris , negligant exercitia proprii ſpiritualis miniſterii ; non poteſt enim homo duobus Dominis ſervire , ut edicit Evangelium . Neque oportet eos bilingues eſſe , una ſcilicet lingua divina verba eloqui , & libros ſacros legere ; altera vero fundere impuros Satanæ ſermones , qui partim pravam excitant concupiſcentiam , aliqui verò odium & iram accendunt ; amaritudines invidiam murmurationem inducunt , alii provocant ad homicidia , adulteria ; ſcandala , & fornicationem , & quæ ſimilia , uti Jacobus Apoſtolus in ſua Epiſtola Canonica teſtatur , neque enim ex uno fonte poteſt fluere aqua dulcis , & amara ; ac a lingua prodeunt virtutes , & vitia , lingua enim eſt malum infrænabile, & ſi zelus amarus vos angat , & ſint in cordibus veſtris diſſenſiones , nolite mentiri veritati , quia non eſt hæc ſapientia deſcendens Deo , ſed animalis eſt , lex diabolica , ubi eſt invidia , & diſſenſio , ſapientia autem , quæ de ſurſum eſt , pura eſt , ſimplex neque inobediens . Ad hæc oportet Diaconos multo vino non eſſe ſervientes , nam Apoſtolus teſtatur , quod in Regnum Dei nequit introire mechus , homicida , Concubitor maſculorum , & vinolentus ; demum Diaconus minor 21 . anno eſſe non debet , quia tunc aſſequitur plenum judicium , & evadit in virum perfectum .

neque erit in eis, quod gradui eorum contemptum afferat, quia Epiſcopus poteſtatem ſuper hujuſcemodi res habet; Si autem non monuerint Epiſcopum de matrimonio, & gradum Sacerdotii ſuſceperint, & converſi matrimonium inierint, iſti ſuſpendantur a propriis gradibus.(1)

Canon. Diaconus non benedicit, neque benedictionem dat, ſed a Sacerdote mandatum accipit, ſcilicet ab Epiſcopo, vel Presbytero, eamque dat Populo, non ut Sacerdos, ſed ut Diaconus, Sacerdotibus enim non licet opus Diaconii implere, quando Diaconus adeſt. (2)

Canon. Non decet Diaconos oblationem dare Presbyteris, ſed maneant in ſua menſura, ſcientes ſe minores eſſe Preſbyte-

ARABICE EXPONITUR CANON PER HÆC VERBA.

(1) Ancyranus (10. juxta ordinem). Qui gradum Diaconorum appetunt, & continentiam ſervare nequeunt, ſed & matrimonium cupiunt, primum nubant, tum ſuſcipiant impoſitionem manus, & maneant in miniſterio proprii gradus, quia Epiſcopus id concedit eis; quod ſi Epiſcopum de matrimonio certiorem non fecerint, & ſusceperint manus impoſitionem, ſi poſtea matrimonium inierint, ſuſpendantur e miniſterio proprio propter fraudem in promiſſione caſtitatis.

(2) Arabica expoſitio Canonem Apoſtolis adtribuit, ſed quia expoſitio nihil continet, præter ſimplicem verſionem literalem, eam mitto.

[illegible]

byteris ; neque poteſtatem habent ſedendi inter Presbyteros ; hoc enim eſt extra canonem , & ordinem; quo ſi vero quis Canoni non obaudiat , ab officio Diaconatus ceſſet .

Primum electus ſtat ſubtus gradus , qui eſt ante Altare, habens caput apertum, & inclinatum donec conficiatur oblatio . Et ſtatim apprehendit eum Epiſcopus per manum dexteram, & aſcendere eum, genuque dexterum flectere jubet coram Altari. Ipſe autem dicit. Benedic Domine. *Epiſcopus vero ſignat eum Cruce in fronte tribus vicibus , & dicit .*

Dominus Deus benedicat tibi inter Diaconos Eccleſiæ Sanctæ , ad Altare Sancti N. Oppidi N. in nomine Patris ✠ *Amen.* & Filii ✠ *Amen.* & Spiritus Sancti in ſæculum *Amen.*

Et incipit . Gloria . *Diaconus. Pro Epiſcopus orat .*

Præſta nobis Domine Deus noſter, ut impleamus hoc purum

[illegible]

f

rum, ac myſticum miniſterium, & ſimus tibi templa ſancta, & in nobis habitet gratia tua divina; hunc autem ſervum tuum perfice, & conſumma in miniſterio iſto ſpirituali, ut & nos, & ipſe te glorificemus, & Patrem tuum.

Et dicunt. Gloria Deo. *Epiſcopus orat.*

Exorna, Domine, ſervum tuum abundantia tuorum divinorum chariſmatum, ut anima & corpore puris, lætus, & hilaris miniſtret in conſpectu tuo cunctis diebus vitæ ſuæ, & attollemus.

Et dicunt tonum, qui ſcriptus eſt in primo gradu; Archidiaconus thus offert, & dicit.

Stemus recte in oratione, & petitione coram Deo Deorum, coram Domino Dominantium, & coram Altari ipſius propitiatorio, & coram Sanctis myſteriis ſuper ipſum poſitis, & coram impoſitione manuum Servi Dei N. qui religioſe ſtat coram Patre noſtro Epiſcopo Pio Dei noſtri, per cujus manus perficitur. Per aromata, quæ ponuntur,

ܠܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܕܦܢܝܬܐ ܘܐܪ̈ܙܢܝܬܐ ܘܢܗܘܐ
ܠܟ ܗܝܟܠܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܘܬܫܪܐ ܒܢ ܛܝܒܘܬܟ
ܐܠܗܝܬܐ ܘܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܫܡܠܝܗܝ ܘܓܡܘܪܝܗܝ
ܒܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܕܐܦ ܚܢܢ ܘܗܘ
ܢܫܒܚܟ ܘܠܐܒܘܟ ܀
ܘܐܡܪܝܢ. ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܀
ܨܠܘܬܐ ܐܦܝܣܩ ܀ ܨܒܬ ܡܪܝܐ
ܠܥܒܕܐ ܕܝܠܟ ܒܣܘܓܐܐ ܕܡܘܗ̈ܒܬܟ
ܐܠܗ̈ܝܬܐ ؛ ܐܝܟܢܐ ܕܒܚܕܝܘܬܐ ܘܒܨܝܚܘܬܐ
ܒܕܟܝܘܬܐ ܕܢܦܫܐ ܘܦܓܪܐ ܢܫܡܫ
ܩܕܡܝܟ ܟܠܗܘܢ ܝܘܡܬܐ ܕܚܝ̈ܘܗܝ ܘܢܫܒܚ ؛
ܘܐܡܪܝܢ ܩܠܐ ܕܟܬܝܒ ܒܕܪܓܐ ܩܕܡܝܐ ؛
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܡܩܛܪ ܒܣܡܐ ܘܐܡܪ ؛
ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܒܨܠܘܬܐ ܘܒܒܥܘܬܐ
ܩܕܡ ܐܠܗ ܐܠܗ̈ܐ ؛ ܘܩܕܡ ܡܪܐ
ܡܪ̈ܘܬܐ ؛ ܘܩܕܡ ܡܕܒܚܗ ܡܚܣܝܢܐ ؛
ܘܩܕܡ ܐܪ̈ܙܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܣܝܡܝܢ ܥܠܘܗܝ ؛
ܘܩܕܡ ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܥܒܕܗ ܕܐܠܗܐ
ܦܠ ܕܩܐܡ ܢܟܦܐܝܬ ܩܕܡ ܐܒܘܢ ܐܦܝܣܩܘ
ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܢ ܕܗܘ ܕܒܐܝ̈ܕܘܗܝ ܡܫܬܡܠܝܐ
ܡܫܡ̈ܫܢܐ

[illegible]

Dominum exoramus.

Epiſcopus ſuavitates ponit, & dicit Proœmium.

Illi, qui in gratia ſua non invidet, ſed ſtatuit ſibi in Cælis Cælorum Eccleſias ſupernas, miniſtros ignis, & Spiritus, & glorificavit, & inſignivit eos decore ſplendoris primi, & ob ſuum in homines amorẽ confirmavit, & perfecit in Eccleſia ſua ſancta Diaconos qui in puritate ei miniſtrent in ſimilitudine eorum, qui intellectualiter miniſtrant Dominationi ejus, quoniam immenſa eſt gloria magnitudinis ejus; Oramus, & deprecamur bonitatem tuam, ut deſcendere facias ſuper nos, & ſuper hunc ſervum tuum gratiã tui Sancti Spiritus, ut ſicuti convenit Dominationi tuæ, miniſtremus coram magnitudine tua. Pater, & Fili, & Spiritus Sancte. Tibi gloria: nunc.

Ordo. Chriſte Deus noſter, qui clarificas miniſterium ſpirituale, qui exornas, & exaltas

tas ordines eccleſiaſticos; qui eos, qui honorant Altare tuum, & miniſtrant pure ac ſancte, Invitatos Regni feciſti, quoniam dixiſti, ubi ego ſum, ibi & miniſter meus erit, qui Stephanum Principem Diaconorum, & Protomartyrem oſtendiſti tuorum præceptorum executorem perfectum. Tuas miſerationes obſecramus, ut per preces illorum, & omnium tibi placentium, hunc quoque famulum tuum, qui ad ordinem Diaconatus acceſſit, Diaconum conſtituas, qui juxta voluntatem tuam gradiatur ſemitã mandatorum tuorum rectorum; Diaconum, qui die, ac nocte meditetur in lege dominationis tuæ; Diaconum, qui robur ſpirituale aſſidue protelet; Diaconum, qui puritatem animæ, & corporis ſuperlucretur; Diaconum, qui veram fidem predicet, Diaconum, qui congruenter curſum Evangelicum impleat; Diaconum mundum, & ſanctum; Diaconum in vera charitate confirmatum, quique ea plenus adpareat; Diaconum, qui gratiam Domini ſui in

[illegible]

ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܪܝܡܘܬܐ ܢܒܥ ܕܩܘܠܣܐ
ܠܥܠܡܝܢ : ܡܫܡܫܢܐ ܕܟܟܪܐ ܪܘܚܢܝܐ
ܕܠܗ ܐܬܗܝܡܢ ܡܥܦܦ ܦܐܝܐܝܬ
ܘܐܘܢܓܠܝܐܝܬ : ܡܫܡܫܢܐ ܕܠܡܕܒܚܐ
ܩܕ ܡܨܒܬ ܒܡܟܝܟܘܬܐ ܘܒܩܕܝܫܘܬܐ
ܡܪܘܪܡܬܐ : ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܫܝܐ ܒܗ
ܘܕܡܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܫܦܝܪܬܐ ܐܝܟ ܦܘܩܕܢܐ
ܫܠܝܚܝܐ : ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܝܐ ܕܢܛܪ ܠܒܗ
ܘܠܫܢܗ ܡܢ ܟܠ ܢܟܠܐ ܘܡܢ ܟܠ ܒܝܫܬܐ :
ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܝܐ ܕܣܢܐ ܡܫܡܠܝܬܐ
ܣܢܐ ܠܗ ܠܗܘܢ ܟܠ ܐܪܣܝܣ
ܡܣܟܠܬܐ : ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܝܐ ܘܡܗܝܡܢܐ
ܕܥܒܕܐ ܛܒܐ ܡܗܝܡܢܐܝܬ ܡܬܚܙܐ
ܒܗ ܘܡܥܦܦܐܝܬ : ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܝܐ
ܕܒܣܡܐ ܡܩܛܪ ܒܡܕܒܚܐ ܕܚܘܣܝܐ .
ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܝܐ ܕܨܘܡܐ ܕܟܝܐ ܘܨܠܘܬܐ
ܐܡܝܢܬܐ ܢܛܪ ܘܡܫܠܡ : ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܝܐ
ܘܡܙܡܪܢܐ ܐܠܗܝܐ ܕܒܩܠܐ ܚܠܝܬܐ
ܕܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܡܫܡܫ : ܡܫܡܫܢܐ
ܝܡܝܢܝܐ ܕܢܨܝܚ ܒܚܘܒܐ ܕܐܠܗܐ ܘܐܚܐ
ܘܐܟܣܢܝܐ

in ſæculum pſallat; Diaconum, qui ſollicitus ſit in Evangelicis doctrinis curandis; Diaconum, qui talentum Spirituale ſibi creditum, geminet ſplendide, & Evangelice; Diaconum, qui Sanctum Altare humilitate, & ſanctitate ſublimi ornet; Diaconum, qui juxta apoſtolicum mandatum exhibeat ſimilitudinem divinam pulcherrimam; Diaconumdexterum,qui ab omni malo, & ab omni dolo cor ſuum cuſtodiat, & linguam; Diaconum dexterum,qui perfecto odio inſectetur hæreſes pravas; Diaconum dexterum, & fidelem, in quo fideliter, & dupliciter adpareat opus bonum; Diaconum dexterum qui inSacerdotalibus altaribus thus propitiatorium adoleat; Diaconum dexterum, qui pura jejunia ſervet, & orationes perpetuas perſolvat; Diaconum dexterum, & cytharedum divinum, qui dulces cantus a Spiritu Sancto compoſitos, miniſtret; Diaconum dexterum,qui præfulgeat charitate erga Deum, Fratres, & peregrinos; Diaconum dexterum, qui quavis hora glo-

gloriam Deo attollat; Diaconum dexterum, qui ſemper laudes Domini eructet; Diaconum dexterum, qui omni tempore peragat, & impleat omnia illa bona, quæ Deo grata ſunt. Cum igitur hæc, quæ tuæ voluntati placent, commemoramus Domine, & nos & ipſe inſimul ad latus tuum dexterum conſtituamur, & attollemus.

Et dicunt, Ego Ego, *ut in ordine primo.*

Epiſcopus orationem thuris.

Multitudini miſerationum tuarum, o Domine, offerimus hunc aromatum ſuffitum pro Servo tuo, qui præparatus eſt ad Sancto Sacerdotio fungendum, ut per te ſanctificetur in domeſticitate tuorum divinorum myſteriorum, & cum fidelibus & prudentibus Patribus familias domus ſuſcipiat Chariſmata vocationis ſupernæ, & attollemus.

Archidiaconus proclamat.

Iterum, atque iterum perpetuo, & omni tempore Domino ſupplicemus. Pro ſuperna pace & ſalute animarum, corporumque noſtrorum Domino ſupplicemus. Pro Pat-

ܘܐܝܡܝܢܐ ܡܫܒܚܢܐ ܗܘ܆ ܡܫܡܫܢܐ
ܝܡܝܢܐ ܕܗܘ ܒܟܠܙܒܢ ܠܐܠܗܐ ܡܫܒܚ܆
ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܐ ܕܐܝܬܘܗܝ ܕܡܫܡܠܐ
ܐܡܝܢܐܝܬ ܡܟܠ܆ ܡܫܡܫܢܐ ܝܡܝܢܐ
ܘܛܒ̈ܬܐ ܡܢ ܟܠܗܝܢ ܐܝܠܝܢ ܕܫܦܪ̈ܢ ܩܕܡ
ܠܐܠܗܐ ܟܕ ܡܫܡܫܝܢ܆ ܘܗܢܝܢ ܠܨܒܝܢܟ
ܕܫܦܪ̈ܢ ܡܪܝ ܡܬܕܟܪܝܢܢ܆ ܘܚܢܢ
ܗܘܝܘ ܐܟܚܕܐ ܠܓܒܐ ܝܡܝܢܐ ܕܝܠܟ
ܢܩܘܡ ܘܢܫܒܚ܆

ܘܐܡܪܝܢ ܐܢܐ ܐܢܐ܆ ܒܛܟܣܐ ܩܕܡܝܐ܀
ܦܝܣܩܘܦܐ ܨܠܘܬܐ ܕܒܣܡܐ܀ ܠܣܘܓܐܐ
ܚܢܢܐ ܕܪ̈ܚܡܝܟ ܐܘ ܡܪܝܐ ܡܩܪܒܝܢܢ
ܠܟ ܒܣܡܐ ܗܢܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ܚܠܦ ܥܒܕܟ
ܘܐܬܛܝܒ ܠܟܗܢܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ܆ ܐܝܟܢܐ ܕܒܟ
ܢܬܩܕܫ ܒܒܝܬܝܘܬܐ ܕܐ̈ܪܙܐ ܐܠܗܝ̈ܐ ܘܥܡ
ܟ̈ܗܢܐ ܡܗ̈ܝܡܢܐ ܘܚܟ̈ܝܡܐ ܢܩܒܠ
ܡܘ̈ܗܒܬܐ ܕܩܪܝܬܐ ܕܠܥܠ ܘܢܫܒܚ܀
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܡܟܪܙ܀ ܬܘܒ ܘܬܘܒ
ܐܡܝܢܐܝܬ ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܡܪܝܐ ܢܬܟܫܦ܆
ܚܠܦ ܫܠܡܐ ܕܡܢ ܠܥܠ ܘܦܘܪܩܢܐ
ܕܢܦ̈ܫܬܢ

Patre noſtro Religioſo, & Gubernatore noſtro in Chriſto Domino N. Metropolita, & pro omni ejus Clero: Domino ſupplicemus.

Ephremiticus. Bone accipe noſtram deprecationem,& in nos omnes miſericordiam tuam effunde: Parce,& miſerere humilitatis noſtræ, Eccleſiæ, & omniumFiliorum ejus. Dextera tua plena miſericordia illabatur in eos, o clemens, qui parati ſunt hodie, ut accipiant a teSacerdotium. Dona amorem tuum, & veritatem tuam iis, qui ſunt intra portam domus ſanctitatis, & inhabitet in eis,Domine,gratia tua, ut in Diſcipulis in cœnaculo. Promiſſum, quod expectarunt Juſti,& deſiderarunt Sancti, illud idem concupiverunt Servi tui, ut impoſitionē manus ſuſcipiant.

De Fonte aquæ vivæ biberunt Juſti, & ſanctificati ſunt, & animæ Servorum tuorum iſtorum ſanctificentur per impoſitionem manus. Atque ſpes vitæ erit eis arma, & clypeus, & redemptio, Crux tua viva & ſancta; per hanc tranſibunt in regionem vitæ.

Alius. O Amator lucrorum, ne tædio afficiare in tribulationibus; quia Oratio tua ipſa te conſervabit in hoc ſæculo, & in illo futuro; Ne reputes otioſum tempus, in quo precaris; Theſaurus eſt in ſupernis repoſitus tibi in illo inſtanti, in quo oras. Furare, & eripe tibi horam de die, & ingredere, precare in ea coram Domino; Et ſi poſſibile eſt, o prudens, coram multis eam exhibe. Uſquequo lugebis ſuper divitiis, quæ hic remanent, uſquequo triſtitia erit tibi ſuper aurum, quod non conſervatur. Parce nobis hominum amator, & propitius eſto nobis Rex Chriſte, & perfice nobiſcum gratiam tuam in pietate, & ſanctitate.

Epiſcopus orat. Deus Sanctiſſime, qui requieſcis in Sanctis, & vis pœnitentes, Peccatoribus clemens ades, & in Juſtis lætaris, humiles amas & pauperibus miſereris, quique timentium te voluntatem facis, orationes exaudis, eoſque redimis, Tu Domine per miſerationes tuas exaudi orationem noſtram; per clementiam tuam ſuſcipe deprecatio-

ܨܠܘܬܢ ܩܕܡܝܟ : ܘܬܫܦܪ ܠܟ ܒܥܘܬܢ
ܚܠܦ ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܕܝܘܡܢܐ ܐܬܩܪܒ : ܘܩܒܠ
ܗܕܐ ܕܐܬܡܢܝ ܗܘܐ ܘܗܒ ܠܗ ܟܐܪܘܛܘܢܝܐ
ܗܘܐ ܕܢܣܒ ܡܢܟ : ܘܗܒ ܠܗ ܕܢܫܟܚ ܛܝܒܘܬܐ
ܐܠܗܝܬܐ ܥܡ ܣܝܡ ܐܝܕܐ : ܟܗܢܘܬܐ ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ
ܕܟܗܢܘܬܐ ܘܡܫܡܫܢܘܬܐ : ܩܒܠ ܟܪܘܙܘܬܗ
ܕܥܒܕܟ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܕܒܚܟ ܘܚܘܣ
ܠܚܘܒܝܢ ܘܠܚܛܗܝܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ *
ܘܐܡܪܝܢ : ܩܕܝܫܐ : ܘܡܗܝܡܢܝܢ :
ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܐܚܝܕ ܠܗ ܒܝܡܝܢܗ
ܘܐܡܪ * ܡܩܪܒܝܢܢ ܠܩܕܝܫܘܬܟ ܐܘ ܐܒܘܢ
ܚܣܝܐ ܕܐܠܗܐ ܡܪܝ ܦܠܢ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ
ܠܗܢܐ ܪܚܡ ܐܠܗܐ ܦܠܢ ܕܩܐܡ ܗܪܟܐ
ܕܢܩܒܠ ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܐܠܗܝܬܐ ܡܢ ܛܟܣܐ
ܕܗܘܦܘܕܝܩܘܢܘܬܐ ܠܛܟܣܐ ܕܡܫܡܫܢܐ
ܠܫܡܐ ܕܡܕܒܚܐ ܩܕܝܫܐ ܕܡܪܝ ܦܠܢ
ܕܡܕܝܢܬܐ ܦܠܢ : ܘܐܝܬܘܗܝ ܡܫܬܥܒܕܐ
ܠܛܘܒܢܘܬܟ ܐܒܘܢ : ܟܕ ܡܨܠܝܢܢ
ܘܒܥܝܢܢ ܟܠܢ ܡܢ ܐܠܗܐ ܥܠܘܗܝ ܢܩܥܐ
ܘܢܐܡܪ : ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܘܡܬܟܫܦܝܢ

cationem noſtram, & placeat tibi ſupplicatio noſtra pro Servo tuo iſto, qui hodie acceſſit,& hanc ſui chirotoniam accepit; da illi, ut a te obtineat gratiam divinam cum impoſitione manus Sacerdotalis in Diaconatum; ſuſcipe prædicationem Servi tui Diaconi Altaris tui, & propitius eſto noſtris debitis, & peccatis Domine Deus noſter.

Et dicunt, Triſagium, & Symbolum Fidei. Archidiaconus ducit eum manu dextera, & dicit.

Offerimus Sanctitati tuæ, o Pater noſter Religioſe Dei, Domine N. Metropolita, hunc amantem Dei N., qui hìc adſtat, ut impoſitionem manus divinæ accipiat, ex ordine Subdiaconatus ad ordinem Diaconorum, ad nomen Altaris Sancti Domini N. Oppidi N. eſtque Subditus Beatitudini veſtræ, Pater noſter; dum oramus, & ſupplicamus omnes Deo pro eo, clamemus & dicamus tribus vicibus Kyr. Kyr. Kyr.

Epiſ-

ܒܬܪ ܗܠܝܢ ܐܡܪ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܗܕܐ ܩܘܪܝܐ : ܩܘܪܝܐ : ܩܘܪܝܐ :
ܬܘܒܐ

Epiſcopus illum genu dexterum flectere jubet & manum ſuper caput ejus imponens dicit.

Gratia Divina, & Donum cœleſte, quæ omni tempore implet defectum noſtrum, curatque infirmitatem noſtram, & alligat vulnera noſtra, atque curam gerit ædificationis Sanctæ Eccleſiæ, vocat, & eligit hunc Servum Chriſti N. qui oblatus eſt, ut aſcendat ex gradu, & ordine Subdiaconatus, ad gradum Seraphicum Diaconorum, in Eccleſia Sancta Divi N. Oppidi N. & quidem judicium faciet & vindictã iis, qui ipſum obtulerunt. Oremus itaque, precemur, & ſupplicemus omnes inſimul, ut illapſus Spiritus Sancti veniat ſuper eum, & dicamus ter. Dona ei Domine.

Diaconus dicit. In pace Domino ſupplicemus.

Epiſcopus ſe inclinat.

Eja Domine, quæſo dignum illum præſta vocatione Diaconorum, ut promereatur

[illegible]

tur per tuum in homines amorem, uti convenit nomini tuo, tibi exhibere ſervitutem, tuoque Altari Sancto miniſtrare, & miſericordiam invenire in conſpectu tuo.

Et extollit vocem. Quia Deus miſericors, & miſerator es, cui congruit gloria, honor, & imperium una cum dilecto Filio tuo, ac Spiritu tuo Sancto. Nunc.

Et inclinat ſe. Domine Deus virtutum, qui poſuiſti nos in ſortem miniſterii hujus, qui mentes hominum ſapientia erudis, & corda ſcrutaris ac renes, exaudi nos ſecundum multitudinem miſerationum tuarum, & munda nos ab omni inquinamento carnis, & ſpiritus, aufer peccata noſtra, ut nubem, & ut nebulam iniquitatem noſtram: Reple nos tua virtute & gratia Unigeniti Filii tui, tuique Sanctiſſimi Spiritus operatione; & idoneos nos fac, qui ſimus miniſtri Teſtamenti novi, ut poſſimus, uti convenit nomini tuo S. ſtare coram te ad Sacerdotio fungendum, & miniſtrandum tuis divinis Sacramentis; neque permit-

tas

tas nos participes fieri peccatorum alienorum; ſed & noſtra dele, & dona nobis ut nihil faciamus in declinatione, ſeu prævaricatione, verum concede nobis ſcientiam ad eligendum eos, qui congrui ſunt ut offerantur tibi.

Et extollit vocem. Et ſuſcipe Diaconum, ac perfice hunc ſervum tuum, qui hic adſtat, & expectat donum tuum cœleſte, quoniam ſuavis es, & multum miſericors es erga omnes, qui invocant te, & fortis eſt poteſtas tua, tuique Filii ac Sanctiſſimi tui Spiritus. Nunc.

Et complanat manus ſuas, eaſque ponit ſuper myſteria: tum expandit brachia ſua, & conjungit tribus vicibus ſuper corpus, & ſuper ſanguinem, & volas ſuas extenſas ſuper Calicem tollit, eaſque ſuper caput ſuum reducit, quod ter facit, erigens manus, & expandens brachia ſurſum, eaque demittens tremula, oculos ſuos ipſe Epiſcopus ſurſum cum timore intendit; Poſtea verò imponit dexteram ſuam ſuper caput ejus, & diſco contegit manus, & caput Or-

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

dinandi; ipſe autem Epiſcopus interim manus ſuas abſconditas tenens, dexteram quidem ponat ſuper caput illius, & ſiniſtram circumagat, & ore ſuo orans quiete dicat orationem.

Deus, qui ædificas Eccleſiam tuam, illamque fundas; qui auges, & imples defectus ipſius, per manus Sanctorum tuorum, qui in omnibus generationibus ad illius gubernationem ordinati fuere. Tu Domine in hac hora aſpice Servum tuum, & demitte in eum gratiam Spiritus tui Sancti, reple eum tua fide, charitate, virtute, & ſanctitate; & quemadmodum gratiam dediſti Stephano, quem primum vocaſti ad hoc miniſterium, ita concede, ut ſuper hunc quoque Servum tuum veniat auxilium de cœlo; non enim per impoſitionem manuum noſtrarum peccatricium, ſed per operationem uberum tuarum miſericordiarum datur gratia iis, qui illa digni ſunt; Idcirco rogamus, & obſecramus te, libera nos a participatione peccatorum alienorum; quia Tu es, qui re-

retribuis unicuique homini juxta opera ſua. Tribue itaque nobis Domine, ut nihil agamus inordinate, ſed concede nobis ſcientiam ad eligendum eos, qui idonei ſunt, & ut admoveamus illos Altari tuo ſancto, ut irreprehenſibiliter miniſterium tuum expleant, ad profectum, & incrementum populi tui; neque ſint offendiculum Eccleſiæ tuæ, ut & ipſi liberentur a reatu æterno, nos autem evadamus retributionem timendam eorum, qui peccant in altaria tua.

Et converſus ad Altare extollit vocem ſuam ac dicit.

Ut puro corde ſtantes coram Altari tuo ſancto, inveniamus miſericordiam una cum hoc Servo tuo in die tuæ juſtæ retributionis, quia Deus miſericors, & benignus es, tibique convenit gloria, & honor, ac poteſtas una cum Unigenito Filio tuo, & Spiritu tuo Sancto, nunc.

Et manum ſuam ponit ſuper myſteria, tum ſuper caput ejus dicens, Pax vobis. *Populus.* & cum. *deinde dicit.*

Sanctus es Domine Deus, qui

[illegible]

ܕܒܩܘܕ̈ܫܐ ܥܡܪ ܐܢܬ ܘܒܩܘܕ̈ܫܐ ܢܝܚ
ܨܒܝܢܟ : ܘܡܢ ܡܫܡ̈ܫܢܐ ܩܕ̈ܝܫܐ
ܘܪ̈ܘܚܢܝܐ ܩܕܝܫܐܝܬ ܡܫܬܡܫܬ ܐܢܬ : ܗܘ
ܕܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ ܩܕ̈ܝܫܐ ܘܪ̈ܘܚܢܝܐ ܕܡܢ
ܛܝܒܘܬܟ ܘܡܪܚܡܢܘܬܟ ܐܬܝܗܒܘ ܠܓܢܣܐ
ܡܚܝܠܐ ܕܒ̈ܢܝܢܫܐ ܐܫܘܝܬ ܠܟܝܢܐ ܗܢܐ
ܙܥܘܪܐ ܕܐܢܫܘܬܢ ܕܢܗܘܐ ܫܘ̈ܬܦܐ ܠܗ̇ܝ ܬܫܡܫܬܐ
ܪܘܚܢܝܬܐ ܕܡ̈ܠܐܟܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܘܢܬܡܠܐ ܡܢ
ܩܕܝܫܘܬܟ ܘܣܒܪܟ ܘܚܘܒܟ ܘܗܝܡܢܘܬܟ
ܘܕܚܠܬܟ : ܘܐܝܟܢܐ ܕܡܢܗ ܕܐܬܝܗܒܬ ܛܝܒܘܬܐ
ܠܥܒܕ̈ܝܟ ܩܕ̈ܝܫܐ ܕܡܢ ܫܠܝ̈ܚܐ
ܕܝܠܟ ܐܬܩܪܒܘ ܘܐܬܓܒܝܘ ܡܫܡ̈ܫܢܐ
ܒܥܕ̈ܬܐ ܩܕ̈ܝܫܬܐ ܘܒܕܝܪ̈ܬܐ ܡܗܝܡ̈ܢܬܐ ܗܟܢܐ
ܢܨܒܐ ܐܠܗܐ ܡܪܝܐ ܒܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦܠܢ
ܘܬܗܒ ܠܗ ܥܘܕܪܢܐ ܘܛܝܒܘܬܐ ܡܢ ܫܡܝܐ
ܕܠܘ ܓܝܪ ܒܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܝܠܢ
ܚܛܝ̈ܐ ܘܡܚܝ̈ܠܐ : ܐܠܐ ܒܝܕ ܡܓܢܢܘܬܐ
ܕܪ̈ܚܡܝܟ ܐܠܗܝ̈ܐ ܡܬܝܗܒܐ ܛܝܒܘܬܐ
ܕܪܘܚܐ ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܐ ܠܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܐܫܘܝܬ ܐܢܘܢ ܕܢܬܚܫܒܘܢ ܫܘܝܢ
ܘܢܬܩܪܒܘܢ

qui in Sanctis habitas, & in Sanctis requieſcit voluntas tua, & a miniſtris Sanctis, & Spiritualibus ſancte coleris, qui myſteria iſta ſancta, & ſpiritualia, quæ a tua bonitate, & gratia conlata ſunt Generi humano imbecilli, præſtitiſti huic noſtræ humili humanæ naturæ, ut participes effecti hujus ſpiritualis Sanctorum Angelorum miniſterii, repleti eſſemus tui ſanctitate, ſpe, charitate; fide, atque religione. Et ſicuti gratia conceſſa fuit Servis tuis Sanctis, qui ab Apoſtolis tuis admoti ſunt, & electi Diaconi in ſanctis Eccleſiis, & in monaſteriis fidelibus; ita complaceat tibi Domine Deus in Servo tuo N. & concede ei auxilium, & gratiam de Cœlo tuo; non enim per impoſitionem manus noſtrum peccatorum & puſillorum, ſed per illapſum divinæ tuæ miſericordiæ confertur gratia Spiritus tui Sancti omnibus illis, quos idoneos feciſti, ut illa digni eſſent, quique accederent ad te. Cum nos Peccatores multas tuas miſerationes exora-

ramus, & obſecramus pro hoc tuo Servo; confirma illum in fide Orthodoxa, & funda in eo veritatem tuam, atque corroboretur in hoc myſtico miniſterio, ad quod ipſum idoneum dignumque feciſti: Et ſit, Domine, ſpeculum bonorum operum Populo tuo benedicto, & fideli, dum pure, juſte, caſte, ſancte, nitide, & caute conſiſtat coram te, & tuo ſancto Altari cunctis diebus vitæ ſuæ & miniſterium exhibeat perfectum & adcuratum, quod ipſi præparavit clementia miſerationum tuarum per hunc gradum, quem a tua gratia ſuſcepit; & da illi in hoc, & in futuro Sæculo; ut decore, & ſanctitate tua perficiat omnia congrua ad laudem tuam, atque ad ædificationem Populi tui fidelis, Domine, in omnibus, quæ dicit, agit, & operatur, ut ſit lux & Sal Eccleſiæ tuæ ſanctæ.

Et converſus ad Altare extollit vocem ſuam, ac dicit.

Per gratiam tuam, & per amo-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

amorem erga homines Unigeniti Filii tui, & per illapſum Spiritus tui Sanctiſſimi. nunc.

Archidiaconus prædicat Jacobiticum.

Stemus omnes in orationibus coram Deo, & petamus ab eo gratiam, & miſericordiam, ac veniam debitorum. Petamus a Patre abſcondito, & Filio laudando ipſius verbo, & a Spiritu Sancto, Deo uno, illi gloria. Oro ego, Domine, ut alienus non fiam a commercio tuo. Si iniquitas ejecit me, introducat me amor tuæ ſuavitatis. Peccatum inſidiatum eſt mihi, & ſine modo contritionem meã multiplicavit; Tu Sapiens faſciis alliga vulnus, quod me angit. Ego peccavi, Domine, & ego nunc ecce te deprecor; Suſcipe deprecationem meam, & dele Chirographum peccatorum, quæ feci. En vorago magna iniquitatis me abſorbet, & deglutit Domine noſter, da mihi manum tuam, & eripiar ex ea & in ea non peribo. Impius abſcondit mihi laqueos, & me fraudulenter venatus eſt; Domine bone contere laque-

queos ejus, & evadam ego. Paſtor bone egredere ad inquiſitionem ovis errantis, & non relinquas illam in manibus inimici, qui quærit vitam ejus. Parce, Deus Gregi tuo, qui te deprecatur, & ternis laudis vocibus gloriam afferat nomini tuo.

Epiſcopus. Deus per tuam miſericordiam exaudi orationem noſtram, & tua clementia ſuſcipe miniſterium noſtrum, & perfice ſtationem noſtram in conſpectu tuo, ac ſupplicationem noſtram pro hoc famulo tuo; Tibi complaceat Domine in nobis, & in Chirotonia hujus Servi tui; Et da illi, Domine, ut Verbum vitæ prædicet lingua ipſius Eccleſiæ Sanctæ & omnibus filiis ejus; Sitque Præco veritatis & juſtitiæ, & illuſtretur tuis divinis mandatis, per orationes Genitricis tuæ, & Sanctorum tuorum, Domine Deus noſter tibi gloria.

Et manum ſuam ponit ſuper myſteria, & ſuper Caput ejus dicens.

Sanctus, & glorioſus es Domine, qui feciſti Angelos tuos

ܕܐܢ̈ܝܒܗ ܒܟܗܐ ܕܪܥܝ ܢ̈ܝܣܘ̄ .
ܡܣܒܘܚ ܐܠܠܗ ܐܠܟܠܡܗ ܒܟܬܝܪ
ܘܡܩܒܘܠ ܐܟܝܪ ، ܘܐܠܟܡܐܠ ܐܒܕܝܐ
ܡܟܝܢ ܗܘ̄ ܐܠܡܣܝܚ
ܒܡܣܝܪ *
ܐܦܣܩܘ̄ܦ *
ܐܠܠܗ ܐܣܡܥ ܨܠܘܬܢܐ ܒܪ̈ܚܡܬܟ
ܘܩܒܠ ܐܠܚܕܡܗ ܒܚܢܢܟ ܘܐܟܡܠ ܐܠܡܩܐܡ
ܩܕܐܡܟ ܘܛܠܒܬܢܐ ܥܢ ܗܕܐ ܥܒܕܟ
ܥܒܕܟ ܗܘܐ ܘܐܪܬܟܝ ܦܝܢܐ ܝܐ ܪܒ ܘܦܝ
ܫܪܛܘܢܝܗ ܗܕܐ ܥܒܕܟ ܘܐܥܛܝܗ ܝܐ ܪܒ
ܐܢ ܝܟܪܙ ܒܟܠܡܗ ܐܠܚܝܐܗ ܒܠܣܐܢܗ
ܠܠܟܢܝܣܗ ܐܠܡܩܕܣܗ ܘܠܓܡܝܥ ܒܢܝܗܐ ، ܘܝܟܘܢ
ܟܐܪܙܐ ܠܠܚܩ ܘܐܠܥܕܠ ܘܝܬܢܝܪ
ܒܘܨܐܝܐܟ ܐܠܐܠܗܝܗ ܒܫܦܐܥܗ ܘܐܠܕܬܟ
ܘܩܕܝܣܝܟ ܝܐ ܪܒ ܐܠܗܢܐ ܠܟ
ܐܠܡܓܕ *
ܘܝܨܥ ܝܕܗ ܥܠܝ ܐܠܐܣܪܐܪ ܘܥܠܝ ܪܐܣܗ
ܘܝܩܘܠ *
ܩܕܘܣ ܘܡܡܓܕ ܐܢܬ ܝܐ ܪܒ ܐܠܕܝ ܥܡܠܬ
ܡܠܐܝܟܬܟ

ܡܠܐܟܝܟ ܪ̈ܘܚܐ ܘܡܫܡܫܢܝܟ ܢܘܪܐ ܝܩܕܐ :
ܗܘ ܕܐܠܦ̈ ܐܠܦܝܢ ܩܝܡܝܢ ܩܕܡܝܟ :
ܘܪ̈ܒܘ ܪ̈ܒܘܢ ܠܐܝܩܪ ܡܪܘܬܟ ܡܫܒܚܝܢ :
ܘܟܪ̈ܘܒܐ ܒܙܘܥܐ ܪܒܐ ܕܩ̈ܠܝܗܘܢ
ܠܡܬܘܡܝܘܬܟ ܡܒܪ̈ܟܝܢ ܘܣܪ̈ܦܐ ܒܪܬܝܬܐ
ܕܟܢ̈ܦܝܗܘܢ ܠܟܣܝܘܬܟ ܡܩܕܫܝܢ :
ܢܘܪܐ ܐܣܝܪܐ ܠܬܫܡܫܬܟ : ܘܪܘܚܐ
ܪܗܝܛܐ ܠܐܝܩܪܟ ܟܕ ܒܨܒܝܢܟ ܛܒܐ
ܘܒܪ̈ܚܡܝܟ ܡܬܘܡܝ̈ܐ ܗܠܝܢ ܕܡܢ ܫܘܪܝܐ
ܠܓܢܣܐ ܡܚܝܠܐ ܘܡܟܝܟܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܪܕܦܬ
ܐܢܬ ܡܪܝܐ : ܟܕ ܥܒܕܬ ܠܟ ܡܫܒ̈ܚܢܐ
ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܡܢ ܓܢܣܐ ܕܥܦܪ̈ܢܐ : ܢܘܕܐ
ܠܚ̈ܢܢܝܟ ܡܪܝܐ ܕܒܚܢܢܟ ܐܪܟܢܬ
ܠܘܬܢ ܐܝܟܢܐ ܕܬܫܬܡܫ
ܪܒܘܬܟ ܡܢ ܥܦܪ̈ܢܐ ܐܝܟ ܕܡܢ ܪ̈ܘܚܢܐ :
ܢܫܦܪ ܡܪܝܐ ܗܫܐ ܒܝܕ ܪ̈ܚܡܝܟ ܣܓܝ̈ܐܐ
ܗܒ ܠܢ ܫܘܒܩܢܐ ܕܡܢ ܠܘܬܟ :
ܘܬܫܡܫܬܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܗܒ ܠܥܒܕܟ
ܗܢܐ ܦܠܢ ܕܐܫܕ ܢܦܫܗ ܩܕܡܝܟ ܟܕ
ܣܟܐ ܠܚܢܢܟ ܕܢܩܒܠ ܡܢܟ ܢܗܝܪܐ ܦܐܝܐ
ܕܬܫܡܫܬܟ

tuos Spiritum, & miniſtros tuos ignem urentem; Coram quo ſtant mille millium; & myriades myriadum decorem dominatonis tuæ glorificant; Cherubim magno vocum ſuarum motu Æternitatem tuam benedicunt; & Seraphim tremore alarum ſuarum tuam abſconditam eſſentiam ſanctificant; ignis conſtrictus eſt in tuum miniſterium; & Spiritus velox eſt ad tuum decorem; Cum itaque bona voluntate tua per miſericordias tuas perpetuas, ab initio genus humanum infirmum & humile, tu Domine, proſecutus es, dum feciſti tibi glorificatores, & miniſtros ex genere terrenorum: Confitemur miſericordiæ tuæ, Domine, qui clemens te ad nos demiſiſti, ut magnitudo tua a Terrenis miniſtraretur, uti a Spiritualibus; placeat tibi, Domine, modo & per miſerationes tuas multas concede nobis remiſſionem, quæ a te eſt, ac miniſterium ſpirituale concede huic Servo tuo N. qui animam ſuam effudit coram te, expectans gratiam tuam, ut accipiat a te ſplendidum

ju-

jugum miniſterii tui ſpiritualis. Reple eum, Domine, virtute tua occulta; illabatur ſuper eum Spiritus tuus Sanctus; & ſuſcipiat per hanc manus impoſitionem donum bonum, ut ſit Diaconus myſteriorum tuorum ſpiritualiũ, & in ipſo clarificetur nomen tuum ſanctum, & decoretur Altare tuum propitiatorium; & per ipſum lætum, & hylarem Trinitati Sanctiſſimæ miniſterium exhibeatur, & in eo voluntas tuæ Divinitatis compleatur, tuiſque myſteriis miniſtret religioſe, atque nitide ſtet coram Altari tuo, ac te collaudet.

Et converſus ad Altare dicit. Et attollamus laudem nomini Trinitatis laudabilis. Pater.

Et inclinatus. Reſpice in nos, Domine, & in hoc miniſterium noſtrum; & munda nos ab omnibus ſordibus, cum de cœlo huic Servo tuo gratiam impertiris, ut dignus ſit per donum tuum, qui irreprehenſibiliter miniſtret tibi, & inveniat miſerationes, quæ a te ſunt, cum omnibus Sanctis, qui a ſæculo

ܢܝܪܐ ܕܬܫܡܫܬܟ ܪܘܚܢܝܬܐ ܡܠܝܘܗܝ ܡܪܝܐ
ܚܝܠܟ ܟܣܝܐ ܘܬܓܢ ܥܠܘܗܝ ܪܘܚܟ
ܩܕܝܫܐ : ܘܢܩܒܠ ܒܗ ܣܝܡ ܐܝܕܝܐ
ܡܘܗܒܬܐ ܛܒܬܐ ܕܢܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܕܐܪ̈ܙܝܟ
ܪ̈ܘܚܢܝܐ ܘܢܬܫܒܚ ܒܗ ܫܡܟ ܩܕܝܫܐ :
ܘܢܬܦܐܪ ܡܕܒܚܟ ܡܚܣܝܢܐ : ܘܒܗ ܚܕܝܐ ܘܦܨܝܚܐ
ܬܫܡܫܬܗ ܒܗ ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܘܬܫܬܡܠܐ ܒܗ ܨܒܝܢܐ ܕܐܠܗܘܬܟ ܘܢܫܡܫ
ܠܐܪ̈ܙܝܟ ܒܕܚܠܬܐ ܘܢܩܘܡ ܩܕܡ ܡܕܒܚܟ
ܒܕܟܝܘܬܐ ܘܢܫܒܚܟ ✱
ܘܡܥܢܐ ܠܡܕܒܚܐ ܘܐܡܪ ✱
ܘܢܥܠܐ ܫܘܒܚܐ ܠܫܡܐ
ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܡܫܒܚܬܐ : ܐܒܐ :
ܘܟܕ ܓܚܢ ✱ ܚܘܪ ܡܪܝܐ ܒܢ ܘܒܬܫܡܫܬܢ
ܗܕܐ : ܘܕܟܝܢ ܡܢ ܟܠ ܛܘ̈ܠܫܐ ܟܕ
ܡܢ ܫܡܝܐ ܝܗܒ ܐܢܬ ܛܝܒܘܬܐ ܠܥܒܕܐ
ܗܢܐ : ܐܝܟܢܐ ܕܢܫܘܐ ܒܗ
ܒܡܘܗܒܬܟ ܕܠܐ ܥܕܠܝܐ ܢܫܡܫܟ
ܘܢܫܟܚ ܪ̈ܚܡܐ ܕܡܢܟ ܥܡ
ܟܠܗܘܢ ܩ̈ܕܝܫܝܢ : ܕܡܢ ܥܠܡܝܢ

ܫܦܪܘ ܠܟ ✠ ܘܐܪܝܡ ܩܠܗ ✠

ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܕܪܚܡ ܒܪ̈ܚܡܐ ܘܪܚܡܬܢ

ܐܠܗܘܬܐ ܐܝܬܝܟ: ܘܠܟ ܝܐܐ ܫܘܒܚܐ ܘܐܝܩܪܐ

ܘܣܓܕܬܐ ܘܠܒܪܟ ܝܚܝܕܝܐ ܘܠܪܘܚܟ

ܕܩܘܕܫܐ : ܗܫܐ ✠

ܘܣܐܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܐܪ̈ܙܐ ܘܥܠ ܪܫܗ ܘܐܡܪ ✠

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܚܝܕ ܟܠ ܘܡܕܒܪ ܟܠ:

ܗܘ ܕܒܝܕ ܗܕܐ ܬܫܡܫܬܐ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ

ܨܒܝܬ ܠܡܨܒܬ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ: ܘܒܫܘܦܪܐ

ܡܝܬܪܐ ܪܘܡܡܬܗ̇: ܘܡܥܠܝܐ ܐܝܬ ܠܗ̇

ܒܝܕ ܡܘܗܒܬܟ ܩܕܝܫܬܐ: ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܒܛܝܒܘܬܟ

ܓܒܝܬ ܠܥܒܕܟ ܐܣܛܦܢܘܣ

ܒܝܕ ܣܝܡ ܐܝ̈ܕܐ ܗܘ ܕܡܠܐ ܗܘܐ ܛܝܒܘܬܐ

ܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܕܫ̈ܠܝܚܐ ܗܢܘܢ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ:

ܩܪܝܬܗ ܘܩܪܒܬܗ ܥܡ ܫܪܟܐ

ܕܚܒܪ̈ܘܗܝ ܐܢܬ ܗܫܐ ܡܪܝܐ ܒܛܝܒܘܬܟ

ܟܬܘܒ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܒܬܓܡܐ ܬܠܝܬܝܐ

ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܐܝܟܢܐ ܕܒܕܟܝܘܬܐ

ܘܒܩܕܝܫܘܬܐ ܢܫܡܠܐ ܟܠܗ̇ ܬܫܡܫܬܗ

ܕܒܝܬܟ ܘܕܡܕܒܚܟ ܩܕܝܫܐ ܘܢܬܠ ܟܣܐ

ܕܦܘܪܩܢܐ

lo tibi placuerunt:

Et extollit vocem ſuam.

Quoniam tu es Deus, qni vis miſericordiam, & benignitatem, tibique convenit gloria, honor, & adoratio, ac Filio tuo unico, & Spiritui tuo Sancto. Nunc.

Et manum ſuam ponit ſuper myſteria, & ſuper caput ejus dicens.

Domine Deus omnia tenens, & omnia gubernans, qui per hoc Diaconorum officium, Eccleſiam tuam Sanctam exornare voluiſti; & eximio decore illam exaltaſti, eamque ſublimas per ſanctum tuum donum, Tu Domine gratia tua elegiſti Servum tuum Stephanum, qui plenus erat gratia Spiritus Sancti, & per manus Sanctorum tuorum Apoſtolorum, ad hunc Diaconatus gradum illum vocaſti, & admoviſti cum reliquis ſuis Sociis, Tu, Domine per gratiam tuam hunc tuum ſervum adſcribe ordini tertio, qui eſt Diaconatus, ut, Domine, cum puritate, & ſanctitate impleat omne miniſterium Domus tuæ, & Altaris tui ſancti; ac tribuat Calicem

cem ſalutis populo tuo fideli; ſitque, Domine viſitator Orphanorum, & Viduarum confortator, ſit etiam mente pervigil, converſatione perfectus, & paratus, qui quotidie bona agat, tibi, Domine, præclarum exhibens cultum in rectitudine ambulans ac juſtitiam faciens, te ipſum confirmante ad ſtabililatem, & directionem univerſæ gubernationis Eccleſiæ Sanctæ.

Et convertitur ad Altare, ac dicit.

Per gratiam tuam, & per multas tuas miſerationes attollemus gloriam tuo ſancto nomini. Pater.

Et manum ſuam ponit ſuper myſteria & ſuper caput ejus dicens.

Domine Deus Univerſorum, qui bonitate ſcientiæ tuæ dediſti donum ſanctum illis, qui dudum obſignati fuere a magnitudine tua immenſa, & inneffabili ad miniſterium divinorum tuorum myſteriorum; Tu Domine hunc quoque ſervum tuum, in quo nunc complacuit ſibi gratia tua hodie, & ſuſcepit a te impoſitionem manus Diaco-

conatus , Tu , Domine , vitam ejus cuſtodi in omni puritate , & ſanctitate , ut teneat myſterium rectum fidei juxta cordis ſui puram ſententiam , & concede illi per miſericordias tuas , illud donum, quod contuliſti Stephano Protomartyri , & primo omnium Diaconorum , quem tu Domine vocaſti , & promoviſti primum ad opus miniſterii hujus. Et præſta, Domine , ut placeat tibi ſervus tuus iſte per gradum hunc Diaconatus hujus , quem tribuiſti ei hodie : Fac eum Domine perfectum in miniſterio tui ſancti Altaris , & connumera ipſum cum illis, qui recte coram te miniſtrarunt , & pulchrum ordinem animabus ſuis obtinuerunt .

Et converſus ad Altare dicit . Per gratiam , & miſericordias Trinitatis Altiſſimæ. Nunc .

Et ponit manum ſuam ſuper Caput ejus , & ſuper myſteria dicens .

Chriſte Deus Verbum, qui Sanctus es , & Redemptor omnium timentium te , Tu Domine , qui Beatis Apoſtolis tuis

tuis præcepiſti, & dixiſti, qui in vobis voluerit eſſe major, ſit vobis miniſter, Tu, inquam, Domine Omnipotens ſuper hunc quoque ſervum tuum N. quem dignum feciſti, qui reciperet a te impoſitionem manus Diaconatus, mitte gratiam tuam, & Donum Spiritus tui Sancti, & reple eum, Domine, ſpe, charitate, & fide: non enim per impoſitionem manus noſtrum peccatorum, ſed per operationem miſerationum tuarũ, Domine, divitum tribuitur gratia iis, qui eam promerentur; rogamus & obſecramus tuas miſericordias Deus præſta, ut Servus tuus iſte purus, ac mundus ab omni ſorde peccati conſiſtat in conſpectu tuo ſine ullo reatu, & in die timendi tui adventus obviam tibi lætus occurrat, & a te recipiat mercedem, & retributionem cum his, qui pure & ſancte miniſterium exhibuerunt Altari ſancto tuo.

Et converſus ad Altare dicit.

Quia Deus es multum miſe-

ſericors & clemens, tibique convenit gloria, honor, & adoratio. Pater.

Et erigit eum, ac ſignat Cruce in fronte ter dicens.

Obſignamus cruce triumphali ſervum Dei N. Diaconum ad Altare Sanctum Domini N. oppidi N. In nomine Patris ✠ *Amen*. Et Filii ✠ *Amen*. Et Spiritus ✠ Sancti in ſecula. *Amen*

Et induit illum tunica ſua dicens.

Indue Domine hunc tuum ſervum tunica iſta ſigno Apoſtolico, & ordine, ac gradu Diaconatus hujus, quem accepit a te: & a nobis, ac ab Eccleſia fuit electio ipſius ad hoc Altare Sanctum, ad laudem, honoremque Trinitatis Sanctæ; ad gaudium, exaltationem tranquillitatem, pacem, & ædificationem Eccleſiæ Sanctæ Domini Sancti *N.* Oppidi *N.* In nomine Patris ✠ *Amen*. Et Filii ✠ *Amen*. Et Spiritus ✠ Sancti, in ſecula. *Amen*.

Et orario ipſum induit dicens. Indue Domine hunc ſervum

vum tuum Orario Diaconatus ad Altare Sanctum Eccleſiæ Sanctæ Domini Sancti N. Oppidi N. In Nomine Patris ✠ *Amen*. Et Filii ✠ *Amen*. Et Spiritus ✠ Sancti, in Sæcula, *Amen*.

Archidiaconus dicit Pſalm. Exalta me.

Miniſtri Eccleſiæ contremiſcite, quia ignem vivum miniſtratis; & poteſtas vobis conlata ſublimior eſt Seraphim. E ſummis montibus Miniſtri clamabunt, Eccleſiæ contremiſcite; & dabunt laudem Domino, ſublimior eſt enim Seraphim. Hoc myſterium deſideravit Eſaias Propheta ſpiritus; & Seraphim Carbonem ignis ori Eſaiæ admovit.

Et tradunt ipſi, ut legat Apoſtolum ex Epiſtola prima ad Timotheum.

Paulus Apoſtolus Jeſu Chriſti *&c. uſque* in fide Jeſu Chriſti. Et ipſi.

Archidiaconus proclamat Ephræmiticam,

Stemus omnes in oratione, & ſupplicemus ei cum ſingultu; & in charitate ac fide clamemus ad Trinitatem. Pro

ſalute animarum noſtrarum; & opportuno auxilio ſervi tui, qui hic adſtat, & expectat a tua bonitate chariſma. Da illi chritatem, & ſcientiam, ut viam mandatorum tuorum percurrat, atque nitidum miniſterium exhibeat cunctis diebus vitæ ſuæ. Fides ejus exaltetur in ſimilitudinem Martyris Stephani, & vultus ejus inſtar Angelici obſtupefaciat omnes videntes. Revela menti ejus tuam gratiam, ut verba tua pure prædicet, & tuis vivificis myſteriis caſte miniſtret. Parce, Deus, populo tuo, & miſerere gregis tui, tuumque ſervum tuis Chariſmatis perfice, ac in mente ejus tua gratia inhabitet.

Epiſcopus orat.

Gloria tibi Domine noſter Jeſu Chriſte bone exauditor, & velox miſſe, Domine Deus, qui ubique audis, & ubique exaudis, miſerationibus tuis audi orationem noſtram, & perfice conſiſtentiam hanc noſtram coram te; Suſcipe etiam hanc Chirotoniam, quæ facta eſt ſuper hunc ſervum tuum

tuum N. & da ei, ut ſit tibi verus præco, & ſervus bonus, ac fidelis, ut prædicet lingua ejus verba tua viva, & divinam tuam doctrinam Eccleſiæ tuæ, & omnibus ejus filiis. Pater.

Et tradit illi thuribulum, quo circumeat Altare, Archidiacono & Miniſtris præcedentibus, atque cantus dibuscent; Sacerdotibus vero ſubſequentibus ipſum, & repetentibus poſt Miniſtros.

Tono duplici.

Præclarum eſt, quod fecit Deus Simonem Caput Apoſtolatus; cum interrogatus eſt Diſcipulus ille primus: quis ego ſum? Reſpondit, & dixit ei: Tu es Dominus meus, & Deus meus; Filius Dei, Filius Virginis. Beatus es Simon, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cœlis, & ſuper te ædifico ego Eccleſiam, & vectes, ſerræque Inferorum non prævaluerunt ei, neque prævalebunt. Allel. Alleluja.

Et ponit thuribulum, atque illi portandus datur liber Apoſtolorum, ipſumque circum-

ܘܡܚܕܪܝܢ ܠܗ ܒܥܕܬܐ܀ ܒܩܠܐ܀ ܥܠ ܫܬܐܣܬܐ
ܕܫܪܪܐ ܦܛܪܘܣ ܘܦܘܠܘܣ ܫܠܝܚܐ
ܓܒܝܐ ܃ ܣܝܡ ܘܡܫܪܪ ܒܢܝܢܗ ܕܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܟܠܬܗ ܕܒܪܐ ܃ ܘܪܥܡܐ ܒܓܘܗ
ܡܟܪܙܘܬܐ ܕܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܐ ܩܕܝܫܐ ܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܕܒܪܐ ܃ ܘܡܠܦܢܘܬܐ ܕܫܒܥܝܢ ܘܬܪܝܢ ܟܪܘܙܐ܃
ܘܩܒܝܥ ܒܗ ܨܠܝܒܐ ܕܢܘܗܪܐ ܃ ܐܝܟ ܥܡܘܕܐ
ܕܫܪܪܐ ܃ ܘܡܕܒܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܃ ܕܥܠܘܗܝ ܡܬܟܪܟ
ܦܓܪܗ ܗܘ ܗܘ ܃

ܘܣܐܡ ܠܟܬܒܐ ܘܡܢܝܦ ܠܐܢܦܘܪܐ
܀ ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܡܨܠܝܢ ܃ ܢܩܘܡ
ܒܕܚܠܬܐ ܃ ܢܩܘܡ ܒܕܟܝܘܬܐ ܃ ܘܢܚܘܪ
ܒܡܣܟܢܘܬܐ ܘܢܬܠ ܠܗ ܬܘܕܝܬܐ ܥܠ ܫܘܡܠܝܐ ܃
ܫܘܡܠܝܗ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܦܠܢ ܐܒܘܢ ܪܒܐ
ܕܝܠܗ ܕܥܠܘܗܝ ܦܠܢ ܡܫܡܫܢܐ ܃ ܘܥܠ
ܐܒܘܢ ܚܣܝܐ ܪܝܫܐ ܕܟܗܢܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܃
ܓܡܪ

cumducunt per Eccleſiam. (1)

Ton. duplici. Super fundamentum veritatis , Petrum , & Paulum Apoſtolos electos, ædificium Eccleſiæ Sanctæ Sponſæ Filii , poſitum & ſtabilitum eſt . Tonatque in medio ejus prædicatio duodecim Apoſtolorum Sanctorum Diſcipulorum filii , & doctrina lxxii. Præconum . Et in eo fixa eſt Crux lucis , velut columna veritatis ; & Altare ſanctitatis, ſuper quod circumfertur corpus ejus. Alleluja , Alleluja .

Et depoſito libro Apoſtoli , Anaphoram motitat . (2)

Stemus pulchre orantes , ſtemus in timore : ſtemus in puritate , & cum reverentia intueamur , atque reddamus ei gratias , pro conſummatione hujus Chirotoniæ Servi Dei N. Diaconi . Et pro Patre noſtro Religioſiſſimo Epiſcopo , cujus manibus perfecta

(a) Njmirum in hac ſecunda proceſſione , Diaconus deponit Thuribulum , & accipit ab Epiſcopo librum Epiſtolarum , & unus e Sacerdotibus illum per Stolam ducit , atque circumeunt in Eccleſia dicentes Cantum ſequentem .

(b) Tertia inſtituitur proceſſio , in qua depoſito libro Apoſtoli , accipit ab Epiſcopo Flabellum , ſeu Velum Calicis , idemque motitat ſuper ſancta myſteria , deinde idem peragit dum circumducitur per Eccleſiam , interim vero recitantur Cantus prædicti , cum autem regrediuntur , Epiſcopus Corpus Dominicum in Diſco portat , & convertitur ad Populum ex parte auſtrali , atque ab Archidiacono fit proclamatio ſequens.

ℓta eſt, oremus, ut producantur dies ejus in pietate, & juſtitia; & clamemus, ac dicamur, ter. *Kyrie.*

Et inclinatur ille, qui accipit impoſitionem manus, coram Altari; & Epiſcopus ponit manum ſuam ſuper caput ejus portans Diſcum corporis. (1)

Et Diaconi flabella motitant ſuper Diſcum; Epiſcopus autem orat.

Eja Domine, qui miniſterio Conditorum non eges, & creaturæ omnes ad nutum tibi miniſtrant, Tu Domine Deus per gratiam tuam concede, & per miſerationes tuas præſta huic ſervo tuo N. ut ſine macula tibi miniſtret, & ſine ulla reprehenſione tuum Sanctum Altare honoret, atque corpus & ſanguinem Unigeniti Filii tui dilecti circumferat in timore, & calicem Sanguinis tui Sancti bibendum det Gregi tuo, qui tuæ ſpei innixus expectat tremendi tui adventus diem; commiſceatur itaque, & numeretur cum Ovibus gregis tui,

(a) Manum ſcilicet dexteram Epiſcopus ponit ſuper caput ordinandi, & ſiniſtra manu dexteræ ſuperpoſita Diſcum corporis tenet.

ܘܡܫܡܫܢܘܬܟ ܥܡ ܟܪ̈ܘܒܐ ܒܪܬܝܬܐ ܢܩܘܡ :
ܘܥܡ ܣܪ̈ܦܐ ܒܕܚܠܬܐ ܢܫܡܫܟ ܡܪܝܐ :
ܘܢܝܩܪ ܠܐܪ̈ܙܐ ܡܫܒܚܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ ܕܐܠܗܘܬܟ
ܡܪܝܡܬܐ : ܘܢܪܝܡ ܫܘ̄ ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ
ܡܫܒܚܬܐ . ܗܫܐ :

ܘܡܗܦܟ ܦܝܢܟܐ ܠܡܕܒܚܐ ܘܣܐܡ
ܟܣܐ ܥܠ ܪܫܗ . ܪ̈ܝܫ ܟܗܢܐ ܡܨܠܐ ܀

ܩܕܝܫܐ ܘܡܫܒܚܐ ܘܛܒ̈ܬܐ ܟܠܗܝܢ ܥܒ̈ܕܐ
ܐܢܬ ܡܪܝܐ : ܘܡܢ ܡܫܡ̈ܫܢܝܟ ܩܕ̈ܝ
ܡܫܬܒܚ ܐܢܬ ܘܨܒܝܢܐ ܕܡܪܘܬܟ
ܡܫܬܡܠܐ : ܘܐܦ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܗܒ
ܠܗ ܒܛܝܒܘܬܟ ܘܒܪ̈ܚܡܝܟ ܡܬܘ̈ܡܝܐ
ܪܘܚܟ ܕܩܘܕ̄ ܪܘܚܐ ܕܚܟܡܬܐ ܘܕܣܘܟܠܐ
ܕܡ̈ܠܝܟ ܚ̈ܝܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ : ܐܝܟܢܐ
ܕܒܚܘܒܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܘܒܕܟܝܘܬܐ
ܠܬܫܡܫܬܟ ܠܐܪ̈ܙܐ ܡܫܒܚܐ ܘܩܕ̈ܝܫܐ ܕܐܠܗܘܬܟ
ܡܪܝܡܬܐ ܠܡܫܡܫܘܬܐ ܗܕܐ ܕܝܠܟ ܕܐܪ̈ܙܢܝܬܐ
ܘܐܠܗܝܬܐ : ܛܪ ܡܪܝܐ ܐܦ ܠܗ ܕܠܐ
ܡܘܡܐ ܘܕܠܐ ܚܘܒܐ ܡܢ ܟܠܗܝܢ
ܒ̈ܝܫܬܐ ܣܢ̈ܝܬܐ ܘܚܛ̈ܗܐ : ܘܫܘܝܗܝ
ܐܝܟܢܐ

tui, in tremore conſiſtat cum Cherubim, & cum Seraphim Domine in timore tibi miniſtret, atque honoret myſteria glorioſa, & ſancta tuæ Deitatis excelſæ: Et attollemus gloriam Trinitati laudabili. Nunc.

Et reducit Diſcum ad Altare, ponitque Calicem ſuper caput ejus, & Epiſcopus orat.

Sanctus, glorioſus, & omnia bona agens es Tu Domine; & a tuis ſanctis Miniſtris laudaris, tuæque Dominationis voluntas impletur; Tu quoque Domine huic ſervo tuo concede, per gratiam, & miſericordias tuas perpetuas, Spiritum tuum Sanctum, Spiritum Sapientiæ, & intelligentiæ verborum tuorum vivorum, & Sanctorum, ut cum caritate, fide recta, & puritate miniſterium tuum hoc myſticum, & divinum exhibeat glorioſis tuæ ſublimis Deitatis myſteriis ſanctis; cuſtodi etiam illum ſine macula, & reatu ab omnibus malis odibilibus, & peccatis, ipſumque dignum præſta, qui bonis moribus converſatione pulchra, & eximia per

per gratiam tuam promereatur gradum ſublimem, excelſum & præſtantem, tibique religioſe miniſtret, gratia tua ſpirituali repleatur, ejuſque intellectus illuſtretur tua divina doctrina, ac tuis vivis verbis, pietas tua in corde ipſius habitet cunctis diebus vitæ ejus; & attollemus gloriam Trinitati laudabili. Pater.

Et Calicem collocat ſuper Altare ac ponit dexteram manum ſuam ſuper caput ejus, & dicit tono ſuavi.

Ordinatus eſt in Eccleſia Sancta Dei. *Archidiaconus exclamat.* N. Diaconus ad Altare ſanctum Eccleſiæ ſanctæ loci N.

Epiſcopus. N. Diaconus ad Altare ſanctum Eccleſiæ ſanctæ loci N. Ortodoxorum, quod prænominatum eſt. In nomine Patris ✠ *Amen.* & Filii ✠ *Amen.* & Spiritus ✠ Sancti in vitam æternam Amen.

Diaconus Kyrie.

Epiſcopus converſus ad Altare orat inclinatus.

Gratias agimus tibi, Domine

ne

[illegible]

[illegible]

mine Omnipotens, laudamus & glorificamus nomen tuum ſanctum, quia magnifice nobiſcum egiſti, & donum tuum effudiſti ſuper hunc tuum ſervum. Tibi itaque ſupplices fundimus præces, Domine, exaudi nos propter multitudinem miſerationum tuarum, placeat tibi Chirotonia iſta, quæ facta eſt ſuper ſervum tuum Diaconum iſtum per adventum Sanctiſſimi tui Spiritus; Huic vocationi ſuperadde electionem, & ſanctitatem, & gratiam tuæ bonitatis, & elige ipſum, ac nos in bonum, illique tribue ut miniſtret tibi juxta talentum, quod accepit.

Et extollit vocem. Ut cum omnibus illis, qui fecerunt tuam voluntatem, recipiamus mercedem Miniſtrorum fidelium & ſapientum in altero o Cœlo adventu Domini noſtri, ac magni Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, cum quo tibi convenit gloria, honor, & poteſtas una cum Sanctiſſimo tuo Spiritu bono, & adorando, atque vivifico. Nunc.

Et dat oſculum Altari & Epiſ-

Epiſcopo , ſitque particeps ſanctorum myſteriorum ; tum Epiſcopus dicit .

Gratias agimus tibi, Domine noſter Jeſu Chriſte, in omnibus, & propter omnia, quæ feciſti, & impleviſti erga nos per tuum amorem, & multas tuas miſerationes; Nos igitur Domine laudamus, confitemur, benedicimus, & adoramus, gloriamur, & magnificamus tuum ſanctum ac excelſum nomen, quia multiplicaſti erga nos miſericordiam tuam viſitaſtiDomine paupertatem noſtram, & ad inanitionem te humiliaſti, ut noſtram tenuitatem magnificares, noſtram vilitatem exaltares, noſtram fragilitatem conſolidares, noſtram diſperſionem colligeres, noſtram immunditiem ſanctificares, noſtram paupertatem ditares, indigentiam noſtram impleres, inſipientias noſtras expiares, atque in nobis habitaret Sanctus tuus Spiritus. Rogamus ergo te nunc, Domine Deus, & præcamur in hoc inſtanti atque ſupplicamus tibi miſericordi, coram te enim ſtamus

ܘܠܘܬܟ ܚܝܪܝܢ ܀ ܟܕ ܫܐܠܝܢ ܡܢܟ
ܕܬܫܘܕ ܛܝܒܘܬܟ ܘܡܘܗܒܬܟ ܥܠ
ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦܠܢ ܐܝܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܥܢܝܢ
ܠܟ ܚܢܢܟ ܘܐܬܦܝܣ ܒܢ ܒܪܚܡܝܟ ܀
ܘܩܒܠ ܚܢܢܐܝܬ ܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܗܕܐ
ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܗܘܬ ܥܠ ܥܒܕܟ ܗܢܐ
ܒܝܕ ܡܥܒܕܢܘܬܐ ܕܪܘܚܟ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ ܀
ܘܗܒ ܠܗ ܕܒܕܚܠܬܐ ܘܒܕܟܝܘܬܐ ܘܒܩܕܝܫܘܬܐ
ܢܫܡܫ ܠܟ ܀ ܘܢܫܡܫ ܩܕܡ ܡܕܒܚܟ
ܩܕܝܫܐ ܀ ܘܢܩܒܠ ܡܢܟ ܥܘܕܪܢܐ ܘܫܘܒܩܢܐ
ܕܚܛܗܐ ܘܐܫܘܐ ܕܒܓܠܝܘܬ ܐܦܐ
ܥܡ ܦܪܗܣܝܐ ܕܦܐܝܐ ܠܒܢܝܐ
ܚܒܝܒܐ ܢܩܪܒ ܠܟ ܬܘܕܝܬܐ ܕܠܐ ܫܠܝܐ
ܟܕ ܡܫܒܚܝܢ ܘܡܨܠܝܢ ܘܐܡܪܝܢ ܐܒܘܢ
ܕܒܫܡܝܐ ܀

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܨܠܘܬܐ ܕܚܬܡܐ ܀

ܛܒܐ ܘܡܪܚܡܢܐ ܘܢܓܝܪ ܪܘܚܐ ܘܣܓܝ
ܛܝܒܘܬܐ ܘܫܪܝܪܐ ܀ ܗܘ ܕܝܕܥ
ܡܐ ܕܒܠܒܘܬܐ ܕܟܠ ܀ ܗܘ ܕܫܡܥ
ܨܠܘܬܐ ܕܥܒܕܝܟ ܕܟܢܝܫܝܢ ܒܫܡܟ ܀
ܐܬܪܥܝ

mus, & ad te ſuſpicimus a te petentes, ut effundas gratiam tuam, tuumque donum ſuper ſervum tuum hunc N. Eja Domine Deus exaudi nos propter clementiam tuam, & complaceat tibi in nobis pro tua miſericordia, & benignus ſuſcipe Chirotoniam hanc Diaconatus, quæ facta eſt ſuper hunc ſervum tuum per operationem Spiritus tui vivi, & ſancti; & concede illi, ut religioſe, pure, & ſancte tibi ſerviat, & miniſtret coram Altari tuo ſancto, & adjutoria a te accipiat, ac indulgentiam peccatorum; & præſta, ut revelata facie cum fiducia Filiis chariſſimis congrua, offeramus tibi confeſſionem inceſſabilem glorificantes, orantes, ac dicentes: Pater noſter, qui es in cœlis.

Epiſcopus dicit orationem obſignationis.

Bone miſericors, & longanimis & multæ gratiæ, ac veritatis, qui noſcis quæ ſunt in cordibus omnium, qui exaudis orationes ſervorum tuorum, qui in nomine tuo congregati ſunt; Paceat tibi mi-

ni-

niſterium adoratorum tuorũ, qui colla ſua coram te inclinata tenent, Eccleſiam tuam tuaq. monaſteria, quæ ubique locorum ſunt, paca; bella a finibus terræ ceſſare fac, terræ vero, ejuſque plantis, & fructibus benedicito; Gratia tua enutri Domine egenos, provide miſeris, divitibus benedic, errantes revoca, vinctos ſolve, Peccatoribus indulge, Sacerdotes mundos, & Diaconos caſtos effice, Regibus noſtris chriſtianis victoriam tribue, Defunctis Fidelibus requiem concede, & aſperge miſerationum tuarum rore oſſa dormientium, illorumque memento ſuper Altare tuum coeleſte, & nobis quoque Servis tuis præſta, ut ſtemus in conſpectu tuo ſine ullo reatu cunctis diebus vitæ noſtræ, tibique confiteamur, & nomen tuum ſanctum, & excelſum adoremus; nunc.

Et ipſum admonet de miniſterio proprio, & legit ſuper eum hanc admonitionem ipſi convenientem, & dicit.

Ante omnia noveris, Fili mi dilectiſſime, quod ex pul-

ܥܦܪܐ ܐܝܬ ܘܠܥܦܪܐ ܬܗܦܘܟ ܘܒܐܠܗܐ
ܐܬܝܬ ܐܢܬ ܠܥܠܡܐ ܘܒܐܠܗܐ ܬܦܘܩ
ܡܢܗ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܠܐ ܗܘܐ ܠܟ ܡܕܡ ܟܕ
ܥܠܬ ܠܥܠܡܐ. ܗܟܢܐ ܟܕ ܢܦܩ ܐܢܬ ܠܐ
ܢܦܩ ܠܟ ܡܕܡ. ܐܠܐ ܥܒܕܐ ܕܥܒܕ ܐܢܬ
ܠܟ ܐܢ ܛܒܐ ܐܘ ܒܝܫܐ. ܘܐܝܟܢܐ ܕܥܒܕ ܐܢܬ
ܒܥܠܡܐ ܗܢܐ ܗܟܢܐ ܡܬܦܪܥ ܠܟ ܒܥܠܡܐ
ܐܚܪܝܐ. ܐܝܟ ܡܠܬܗ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܕܐܡܪ. ܕܐܝܟܢܐ ܕܥܒܕܬܘܢ ܢܬܦܪܥ ܠܟܘܢ.
ܘܒܟܝܠܐ ܕܟܝܠܬܘܢ ܢܬܟܝܠ ܠܟܘܢ.
ܡܛܠ ܕܠܝܬ ܠܘܬ ܐܠܗܐ ܡܣܒ ܒܐܦܐ.
ܡܟܝܠ ܒܪܝ ܫܡܥ ܘܠܐ ܬܣܒܪ ܕܒܠܚܘܕ
ܩܐܡ ܐܢܬ ܩܕܡܝ ܚܛܝܐ ܐܠܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
ܕܝܕܥ ܟܣܝܬܐ ܘܓܠܝܬܐ ܘܩܕܡ ܡܠܐܟܘܗܝ ܩܕܝܫܐ.
ܘܟܠܡܕܡ ܕܡܡܠܠ ܐܢܬ ܘܪܢܐ ܐܢܬ ܒܠܒܟ
ܒܟܣܝܐ. ܩܕܡܘܗܝ ܡܬܓܠܐ ܢܗܝܪܐܝܬ. ܕܥ
ܒܪܝ ܕܠܐ ܐܝܬܝܟ ܝܘܡܢܐ ܐܝܟ ܕܐܬܡܠܝ
ܗܘܝܬ. ܡܛܠ ܕܐܬܡܠܝ ܡܕܡ ܗܘܝܬ ܘܝܘܡܢ
ܡܕܡ ܐܚܪܢ. ܐܬܡܠܝ ܒܪܢܫܐ ܦܫܝܛܐ
ܗܘܝܬ ܝܘܡܢܐ ܕܝܢ ܒܕܡܘܬ ܡܠܐܟܐ
ܗܘ

vere es, & in pulverem reverteris; Per Deum veniſti in mundum, & per Deum e mundo egredieris. Et ſicuti nihil habuiſti quando in Orbem intraſti, ita, cum egredieris, nihil tecum portabis, niſi opera, quæ facis, ſive bona fuerint, ſive mala; & ſicuti facies in hoc mundo, ita tibi retribuetur in ſæculo noviſſimo, juxta verbum Domini noſtri Jeſu Chriſti, qui ait, ſicuti feciſtis, retribuetur vobis, & qua menſura menſi fueritis, rementietur vobis, quia non eſt apud Deum acceptio perſonarum; Itaque Fili mi audi, & ne exiſtimes, quod ſolum conſiſtas coram me peccatore, ſed imo coram Deo, qui occulta, & manifeſta novit, & coram Angelis ejus ſanctis; Et quodcumque loqueris, & in corde tuo cogitas occulte, coram ipſo manifeſtabitur lucide; noveris Fili, quod hodie non ſis, qualis heri fueras, quia heri eras quid, & hodie es quid aliud; heri ſimplex homo eras, hodie autem in ſimilitudine Angelorum es; heri, *talis*, eras Filius

lius *talis*, hodie vero es miniſter Chriſti; heri ex humili eras progenie hominum, hodie factus es de choro Seraphim filiorum lucis; heri jugum portabas Peccatorum filiorum ſæculi, hodie ſuavi cœleſtium Filiorum lucis jugo ſubditus es; heri tranſitorii hujus ſæculi rerum, & negociorum ſervituti ſtudebas, hodie electus es ad ſervitutem, & miniſterium Sacramentorum Dei vivi, & ad converſandum in Altari ipſius ſancto, quoniam complacuit Deo, & te elegit in tribum hanc principem. Oportet ergo, te quietum eſſe, & manſuetum; convenit, ut ſerves quidquid tibi impoſitum eſt, ne tuo Socio iraſcaris, neque odium contineas in Filium generis tui, ut coram Deo offeratur tuum miniſterium. Cave a laqueis Satanæ, ne ſuis te illiciat inſidiis; longe a te fac intuitum malum, & ſermonem immundum; quia intuitus, & ſermo exoriuntur in corde, ſicuti ſemen in terra; fuge impuritatem, & concupiſcentiam corporis, quia deſiderium carnis mors eſt

ܡܢ ܝܘܬܪ̈ܢܐ ܘܡܢ ܪ̈ܘܚܐ ܕܛܢ̈ܦܐ: ܟܠܝܗ̇
ܠܢܦܫܟ ܘܒܨ̈ܒܘܬܐ ܕܥܠܡܐ ܗܢܐ ܠܐ ܬܚܒܘܫ:
ܥܡܠܗ̇܆ ܢܦܫܟ ܡܢ ܡܬܚܫܒ̈ܢܘܬܐ ܕܥܠܡܐ ܘܠܐ ܬܬܚܫܒ
ܢܦܫܟ ܒܝܨܝܦܘܬܐ ܕܚܝ̈ܐ ܕܥܬܝܕܝܢ: ܠܐ ܬܐܡܪ
ܒܠܒܟ ܕܡܢܐ ܕܬܐܟܘܠ: ܠܐ ܬܐܡܪ ܡܢ ܐܝܟܐ
ܐܟܘܠ ܘܡܢ ܐܝܟܐ ܐܫܬܐ ܘܡܢ ܐܝܟܐ
ܐܬܟܣܐ: ܐܠܐ ܐܪܡܝ ܨܦܬܟ ܥܠ ܡܪܟ ܘܗܘ
ܢܬܪܣܝܟ: ܘܠܐ ܢܬܠ ܠܥܠܡ ܙܘܥܐ
ܠܙܕ̈ܝܩܘܗܝ: ܦܘܡܟ ܟܠܝ ܡܢ ܡܐܟ̈ܘܠܬܐ
ܒܝ̈ܫܬܐ: ܘܠܐ ܬܡܠܐ ܟܪܣܟ ܡܢ ܚܡܪܐ
ܡܫܬܚܠܦܢܐ ܘܠܐ ܢܣܪܐ ܐܣܟܡܟ: ܫܡܥ
ܡܢܐ ܦܩܕ ܦܘܠܘܣ ܛܘܒܢܐ ܕܐܡܪ:
ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܢܗܘܘܢ ܕܟܝܢ: ܘܠܐ ܢܡܠܠܘܢ
ܒܬܪ̈ܬܝܢ ܠܫܢ̈ܝܢ: ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܢܣܒܝܢ ܒܐܦ̈ܐ
ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ ܪܚܡܝ ܠܚܡܪܐ ܣܓܝܐܐ: ܘܠܐ ܢܗܘܘܢ
ܪܚܡܝܢ ܝܘܬܪ̈ܢܐ ܛܢ̈ܦܐ: ܐܠܐ ܢܗܘܘܢ ܠܒܝܟܝܢ
ܐܪܙܐ ܕܗܝܡܢܘܬܐ ܘܕܣܒܪܐ ܘܢܗܘܘܢ ܕܠܐ ܡܘܡ:
ܗܘܝ ܒܪܝ ܐܡܝܢܐ ܒܬܫܡܫܬܐ: ܒܨܦܪܐ
ܘܒܪܡܫܐ ܘܒܦܠܓܗ ܕܠܠܝܐ: ܘܠܐ ܬܪܦܐ
ܪܥܝܢܟ ܡܢ ܐܓܘܢܐ ܕܝܠܟ: ܪܚܡ ܨܠܘܬܐ
ܐܡܝܢܬܐ:

eſt ſæva ; a lucribus immundis animam tuam cohibe , neque rebus hujus ſæculi implices animam tuam , ſed illam occupa in cura vitæ futuræ ; Ne dicas , unde edam , & unde bibam , & unde veſtiar , ſed jacta curam tuam ſuper Dominum tuum , & ipſe te enutriet , neque dabit in ſæculum commotionem juſtis ſuis . Os tuum cibis malis abſtine , neque ventrem tuum vino diſtendas , ne immutetur , & fœda ſit ſpecies tua ; Audi , quid mandavit Paulus beatus qui ait ; Diaconi ſint caſti , non ſint bilingues , non accipiant perſonas , neque multo vino inſervientes , non ſint amatores lucrorum ſordidorum , ſed accipiant ſacramentum fidei , & ſpei , ſint immaculati . Eſto , Fili mi , aſſiduus in miniſterio , mane , veſpere , & media nocte , neque mentem tuam relaxes ab agone tuo ; dilige orationem perpetu-

tuam , ſectare jejunium ſine dolo , accede ad Altare Dei pure , & ſancte , ſicuti elegit te , & admovit , ne recedas ab eo , & perdas mercedem tuam ; Teipſum diu noctuque dijudica , & noviſſima tua meditare , en enim finis ſtat ad portam; cogita finem tuum , & non cogitabis deſideria Sæculi nequam , & tranſeuntis. Vigila itaque , & ne obdormias , diligens eſto , nec te pertædeat , quia vigiles laudantur, & dormientes vituperantur . Vide , Fili , quod hodie ſtas coram me peccatore , & cras ſtabis coram glorioſo throno Chriſti Judicis vivorum , & mortuorum , qui rationem a Te requiret omnium quæ feciſti coram ipſo , neque quidquam obliviſcetur , ac tibi juſte retribuet, prout geſſiſti . Et nunc Fili audi omnia, quæ dixi tibi , & haſce admonitiones , quibus te monui , recogita , atque mente tene ; modo enim commendo Te Deo , & gratiæ ejus , mundus autem ſum a peccatis tuis .

Et

ܘܐܡܪ ܀ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܓܒܝܟ ܘܐܩܝܡܟ
ܒܛܟܣܐ ܗܢܐ ܩܕܝܫܐ ܗܘ ܢܫܡܠܐ ܥܡܟ
ܛܝܒܘܬܗ ܘܪ̈ܚܡܘܗܝ ܘܢܬܪܨܟ ܐܝܟ ܨܒܝܢܗ
ܘܢܫܘܝܟ ܒܡܪܚܡܢܘܬܗ ܕܠܐ ܡܬܡܫܚܢܐ
ܕܬܗܘܐ ܡܫܡܫܢܐ ܠܗ ܒܕܚܠܬܐ ܥܡ ܕܟܝܘܬܐ
ܘܩܕܝܫܘܬܐ ܘܢܥܒܕܟ ܡܫܡܫܢܐ ܓܒܝܐ
ܕܬܫܡܫܝܘܗܝ ܠܡܕܒܚܗ ܩܕܝܫܐ ܘܬܫܟܚ
ܥܘܕܪܢܐ ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܪ̈ܚܡܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܕܥܡܗ ܠܟ ܦܐܐ ܫܘܒܚܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܘܣܓܕܬܐ ܥܡ ܪܘܚܟ ܚܝܐ ܗܫܐ
ܘܠܥܠܡ ܀

Et dicit. Dominus Deus, qui te elegit & in hoc ſancto ordine ſtatuit, ipſe perficiat tecum gratiam, & miſericordiam ſuam, teque dirigat ſecundum voluntatem ſuam ac te dignum, per immenſam ſuam benignitatem, faciat, qui religioſe, pure, & ſancte illi miniſtres, teque reddat Diaconum electum, qui Altari ejus ſancto miniſtres, & auxilia obtineas per gratiam, & miſericordiam Unigeniti Domini noſtri Jeſu Chriſti; quocum tibi convenit gloria, honor, & adoratio, ac Spiritui tuo vivo nunc.

ITEM

ITEM CHIROTONIA

QUA PERFICITUR ARCHIDIACONUS.

ܬܘܒ ܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܕܡܫܬܡܠܐ ܒܗ : ܐܪܟܝܕܝܩܘܢܐ

ܩܢܘܢܐ ܀ ܠܐ ܢܗܘܐ ܙܥܘܪ ܡܢ ܥܣܪܝܢ ܘܬܪܬܝܢ ܫܢܝܢ ܒܥܠܐ ܕܚܕܐ ܐܢܬܬܐ

ܓܒܝܬܐ ܘܩܕܝܫܬܐ ܘܣܗܕܘܬܐ ܢܣܒ ܥܠܝܗܝܢ ܕܗܘܘ ܒܬܘܠܐ ܡܢ ܩܕܡ ܙܘܘܓܐ ܐܝܟ ܕܦܩܕ ܩܢܘܢܐ

ܕܫܠܝܚܐ : ܘܢܗܘܐ ܓܡܝܪ ܒܟܠܗܘܢ ܨܒܘܬܗ ܕܝܠܗ : ܫܩܝܠ ܨܘܡܐ ܘܨܠܘܬܐ : ܘܡܪܚܡܢ ܘܡܟܝܟ

ܘܪܚܡ ܐܟܣܢܝܐ ܘܪܚܝܩ ܡܢ ܪܡܘܬܐ ܘܡܢ ܡܓܚܟܢܘܬܐ ܘܢܗܘܐ ܗܪܓܗ ܘܡܬܢܝܢܗ ܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ ܀

ܩܕܡܝܬ ܡܬܟܢܫܝܢ ܒܢܝ ܥܕܬܐ ܘܒܢܝ ܡܪܥܝܬܐ ܘܝܗܒܝܢ ܟܬܒ ܐܝܕܐ ܕܨܒܝܢܗܘܢ ܗܝܕܝܢ

ܠܒܝܫܝܢ : ܟܗܢܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܗܘܦܕܝܩܢܐ ܘܩܪܘܝܐ ܒܢܚܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܥܐܠܝܢ ܠܒܝܬ ܓܙܐ

ܒܡܢܪܬܐ ܘܡܪܘܚܬܐ ܘܦܝܪܡܐ : ܘܩܝܡܝܢ ܩܕܡ ܬܪܥܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢܐ ܘܩܪܐ

ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܗܘܝܘ ܕܐܬܓܒܝ ܕܢܗܘܐ ܐܪܟܝܕܝܩܘܢܐ ܘܗܝܕܝܢ ܡܫܡܠܝܢ ܠܗ ܒܡܢܝܢܐ

ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܡܫܡܠܝܢܘܬܐ ܀

Canon. *Non ſit minor* 22. *ann. Vir unius mulieris electæ & ſanctæ, quibus teſtimonium reddatur, quod fuerint Virgines ante conjugium, ſicuti præcepit Canon Apoſtolorum. Sit etiam in omnibus rebus ſuis perfectus, deditus jejunio, & orationi, miſericors, humilis, hoſpitalis, a ſuperbia, & ludricis alienus ſit, ejuſque meditatio, & converſatio ſint libri ſancti.*

Primum conveniunt Filii Eccleſiæ & Filii gregis, & conſenſus ſui dant Chirographum. Tum ſuis ſanctis veſtibus induti Sacerdotes, Diaconi, Subdiaconi, Lectores ingrediuntur in Behgaza *cum luminaribus, Flabellis, & Thuribulis*

& unus quidem Sacerdos portat Evangelium, alius autem Sacerdos portat crucem, & is qui electus eſt in Archidiaconum ſtat coram Altari indutus ſacris Diaconatus veſtibus.

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ . ܫܘܒܚܐ ܠܐܒܐ ܀

ܡܫܡܫܢܐ . ܦܪܘܡܝܘܢ ܀

ܐܦܝܣܩܘܦܐ . ܐܘܫܛ ܠܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܢܡܠܐ
ܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܕܟܝܬܐ ܘܐܪܙܢܝܬܐ
ܘܢܗܘܐ ܠܟ ܗܝܟܠܐ ܩܕܝܫܐ ܘܢܬܒܛܝܢ ܒܢ
ܡܘܗܒܬܟ ܫܡܝܢܝܬܐ ܘܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܫܡܠܐ ܘܓܡܘܪ
ܒܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܪܘܚܢܝܬܐ ܕܐܦ ܚܢܢ ܘܗܘ
ܢܫܒܚܟ ܠܟ ܘܠܐܒܘܟ :

ܘܐܡܪܝܢ . ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ ܀

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ ܀ ܨܒܬ ܡܪܝܐ ܠܥܒܕܟ
ܒܣܘܓܐܐ ܕܡܘܗܒܬܟ ܐܠܗܝܬܐ : ܐܝܟܢܐ
ܕܒܚܕܘܬܐ ܘܒܪܘܙܐ ܘܒܕܟܝܘܬܐ ܕܢܦܫܐ
ܘܦܓܪܐ ܢܫܡܫ ܩܕܡܝܟ ܒܟܠܗܘܢ
ܝܘܡܬܐ ܕܚܝܘܗܝ : ܘܢܥܠܐ ܀

ܘܐܡܪܝܢ ܗܘ ܩܠܐ ܕܟܬܝܒ
ܒܛܟܣܐ ܩܕܡܝܐ : ܐܪܟܕܝܩܘܢ . ܢܩܘܡ
ܫܦܝܪ . ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܣܐܡ ܒܣܡܐ ܘܐܡܪ
ܛܟܣܐ ܗܢܐ ܀

Epiſcopus orat. Gloria Patri.

Diaconus Pro.

Epiſcopus.

Præſta nobis Domine Deus noſter, ut impleamus hoc miniſterium purum, & myſticum, ac ſimus tibi templa ſancta & maneat in nobis donum tuum cœleſte, ſervum autem hunc tuum perfice, & conſumma in hoc miniſterio ſpirituali, ut & nos & ipſe laudemus te, & Patrem tuum.

Et dicunt. Gloria Deo.

Epiſcopus orat. Exorna, Domine ſervum tuum abundantia donorum tuorum divinorum, ut cum lætitia, exultatione, & puritate animæ, & corporis miniſtret coram te cunctis diebus vitæ ſuæ. Et attollemus.

Et dicunt tonum *ſcriptum in primo ordine. Archidiaconus*; ſtemus recte. *Epiſcopus thus imponit, & dicit hunc ordinem.*

ܡܪܝܐ Do-

Dominus virtutum cœleſtium, & Rex totius gloriæ, qui fecit Angelos ſuos Spiritum, & miniſtros ſuos ignem urentem, eoſque jugo gloriæ ſuæ ſubdidit, ut ipſius dominationem laudarent, Divinitatem ſanctificarent, naturam abſconditam benedicerent, potentiam creatricem exaltarent, eſſentiam ſublimem glorificarent, virtutem cum confeſſione celebrarent; Et omnes quidem virtutes cnm tremore magno conſiſtunt apud Currum illum, in quo habitat ſplendidus ignis magnæ ejus gloriæ, atque aſſiduæ ſunt in his ſuis ſpiritualibus officiis per ordines cœleſtes, & excelſos ut ipſum collaudent ſine ceſſatione. Pari etiam modo, elegit ſibi, & ſtatuit ſibi Eccleſiam ſanctam, quam proprio præcioſo ſanguine redemit, & ſalvavit paſſione ſuæ perſonæ. (1)

(1) Phraſis Syriaca eſt. Exprimit autem, quod Chriſtus Deus propria paſſione Eccleſiam redemit, non vero quod Perſona divina vere paſſa ſit in ſenſu hæreticorum, quos Theopaſchitas vocant; Syri enim Maronitæ ab hac hæreſi toto diſtant cælo, cum firmiter credant duas in Chriſto naturas, divinam alteram impaſſibilem, humanam alteram, in qua Chriſtus Deus paſſus eſt pro nobis.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

& liberavit Filios ejus per Crucem ſuam ſanctam, ac in ea poſuit Sacerdotes, & Epiſcopos, Paſtores, Antiſtites, atque Diaconos, ut eſſent miniſtrantes ipſi in Eccleſia ſancta; in ſimilitudine novem chororum Angelorum, novem gradus elegit ſibi, & ſtatuit, atque in manibus ipſorum poſuit claves altitudinis, & profunditatis, ac myſteria; ipſiſque poteſtatem in omnia fecit, ut ligent, & ſolvant, mundent, & ſanctificent, & una cum Angelis ipſum collaudent in illo miniſterio Domus Gabrielis, ac Michaelis; ſintque in manibus eorum myſteria abſcondita deitatis ipſius; & unuſquiſque eorum in his gradibus Eccleſiaſticis per miniſterium ſibi traditum, jam lucratur; ſunt enim qui laudant; ſunt, qui benedicunt; ſunt, qui celebrant, & pſallunt tibi, Domine, & orant, glorificant, & adorant, & ſupplices fundunt præces. Et huic etiam, Domine, ſervo tuo, quem elegiſti, & ſuſcitaſti ex gradu Diaconorum, ac ipſum feciſti caput, Præceptorem, & Principem omni-

omnium graduum inferiorum, & conſtituiſti in gradu Servi tui Stephani Protodiaconi, huic, inquam, concede Chariſmata ſpiritualia, ut tibi placeat, ac miniſtret pure, & ſancte in hoc ſpirituali Officio, quod ipſi impoſuiſti; Nobis autem omnibus præſta remiſſionem debitorum, & veniam peccatorum per orationes Supernorum, & infernorum, ac Deiparæ, & omnium Sanctorum. Nunc.

Et dicunt vocem. Ego Ego.

Epiſcopus orat.

Deus, qui confirmavit Eccleſiam ſuam ſanctam donis divinis, ſuiſque gratiis divinis inſignivit Paſtores illius; ut & ipſi creſcerent, & darent ſingulis filiis ſpiritualibus, ſecundum convenientiam, & electionem gratiæ ipſius divinæ; Tu, Domine miſericors, demitte gratiam tuam ſuper hunc tuum ſervum, & elige eum, ut ſit princeps Diaconorum juxta ordinem Stephani primogeniti Martyrum; dita illum vera

tua

ܕܕܪ̈ܓܐ ܬܚܬܝ̈ܐ ܕܬܚܬܝܗܘܢ . ܘܐܩܝܡܬܝܗܝ
ܒܕܪܓܐ ܕܥܒܕܟ ܐܣܛܦܢܘܣ ܪܝܫ
ܡܫܡܫܢ̈ܐ ؛ ܐܦ ܠܗܢܐ ܐܡܪ ܐܢܐ ܗܒ ܠܗ ܡܘܗ̈ܒܬܐ
ܪ̈ܘܚܢܝܬܐ ܕܢܫܦܪ ܠܟ ܘܢܫܡܫܟ ܕܟܝܐܝܬ
ܘܩܕܝܫܐܝܬ ܒܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܪܘܚܢܝܬܐ
ܕܐܣܡܟܬ ܥܠܘܗܝ : ܠܢ ܕܝܢ ܠܟܠܢ ܗܒ
ܚܘܣܝܐ ܕܚܘ̈ܒܐ ܘܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗ̈ܐ
ܒܝܕ ܨܠܘܬܗܘܢ ܕܥܠܝ̈ܐ ܘܕܬܚܬܝ̈ܐ ܘܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܘܕܟܠܗܘܢ ܩܕܝ̈ܫܐ *
ܘܐܡܪܝܢ ܩܠܐ. ܐܢܐ ܐܢܐ *
ܡܨܠܐ ܡܪܢܐ *
ܐܠܗܐ ܗܘ ܕܫܪܪ ܠܥܕܬܗ
ܩܕܝܫܬܐ ܒܡܘܗ̈ܒܬܐ ܐܠܗܝ̈ܐ ܘܨܒܬ
ܠܪ̈ܥܘܬܗ ܒܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܕܝܠܗ :
ܐܝܟܢܐ ܕܐܦ ܗܢܘܢ ܢܪܒܘܢ ܘܢܬܠܘܢ
ܠܟܠܚܕ ܡܢ ܒܢ̈ܝܐ ܪ̈ܘܚܢܝܐ ܐܝܟ ܫܘܝܘܬܐ
ܘܓܒܝܘܬܐ ܕܛܝܒܘܬܗ ܐܠܗܝܬܐ : ܐܢܬ
ܡܪܝܐ ܡܪܚܡܢܐ ܫܕܪ ܛܝܒܘܬܟ ܥܠ
ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܘܓܒܝܗܝ ܕܢܗܘܐ ܪܫܐ ܐܝܟ
ܛܟܣܗ ܕܐܣܛܦܢܘܣ ܒܘܟܪܐ ܕܣܗ̈ܕܐ :
ܘܥܬܪܝܗܝ

ܐܚܟܡܝܗܝ ܒܚܟܡܬܟ ܘܬܪܘܨܝܗܝ ܠܡܕܒܪܢܘܬܐ
ܟܐܢܬܐ ܕܠܐ ܡܣܒ ܒܐܦܐ ܗܘܢܗ ܕܝܢ
ܐܢܗܪ ܒܙܠܝܩܝ ܢܘܗܪܟ ܘܗܒ ܠܗ
ܦܪܗܣܝܐ ܡܫܡܠܝܬܐ ܘܗܒ ܠܗ ܕܢܗܘܐ
ܡܬܡܟܢ ܒܦܘܩܕܢܝܟ ܐܝܡܡܐ ܘܠܠܝܐ
ܒܛܝܒܘܬܐ ܘܚܢܢ ܘܡܪܚܡܢܘܬܐ ܕܝܚܝܕܝܐ
ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܗܫܐ ܀

ܐܪܟܕܝܩܘܢ. ܡܙܡܘܪ ܪܘܡܡܘܢܝ ܀
ܡܫܡܫܢܐ ܕܥܕܬܐ ܙܘܥܘ ܕܢܘܪܐ ܚܝܐ
ܡܫܡܫܝܬܘܢ ܘܫܘܠܛܢܐ ܕܐܚܝܕܝܬܘܢ
ܡܥܠܝܐ ܗܘ ܡܢ ܕܣܪܦܐ ܀
ܡܢ ܪܝܫ ܛܘܪܐ ܢܩܥܘܢ ܡܫܡܫܢܐ
ܕܥܕܬܐ ܙܘܥܘ ܘܢܬܠܘܢ ܬܫܒܘܚܬܐ
ܠܡܪܝܐ ܡܥܠܝܐ ܗܘ ܡܢ ܕܣܪܦܐ ܀
ܡܫܝܚܐ ܕܝܗܒ ܟܗܢܘܬܐ ܘܫܘܠܛܢܐ
ܠܟܢܫܐ ܕܫܠܝܚܐ ܗܘ ܢܬܠ ܠܟ ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܘܕܪܓܐ
ܕܐܪܟܕܝܩܘܢܘܬܐ ܀
ܘܩܪܐ ܡܢ ܦܪܟܣܝܣ ܕܫܠܝܚܐ ܀
ܘܩܪܘ ܬܪܥܣܪ ܫܠܝܚܐ ܠܟܠܗ ܟܢܫܐ
ܕܬܠܡܝܕܐ ܘܐܡܪܘ ܠܗܘܢ ܠܐ ܫܦܝܪ
ܕܢܫܒܘܩ

tua ſapientia, & dirige eum ad juſtam diſpenſationem quæ ſit abſque acceptione perſonarum; ejus vero mentem illuſtra radiis tuis lucidis, & concede illi fiduciam perfectam, ac tribue ipſi, ut in præceptis tuis aſſiduus ſit die, ac nocte, per gratiam tuam, & Unigeniti filii tui, ac Spiritus tui Sancti. Nunc.

Archidiaconus Pſ. Exalta me. Miniſtri Eccleſię contremiſcite, quia ignẽ vivum adminiſtratis; & poteſtas, quam habetis, ſublimior eſt Seraphim.

Ex vertice Montium clamabunt; Miniſtri Eccleſiæ contremiſcite. Et dabunt gloriã Domino; ſublimior eſt Seraphim.

Chriſtus autem, qui dedit Sacerdotium, & poteſtatem cœtui Apoſtolorum, ipſe tibi dabit impoſitionem manus, & gradum Archidiaconatus.

Et legit ex Actibus Apoſtolorum.

Et vocaverunt duodecim Apoſtoli omnem turbam Diſcipulorum, & dixerunt eis: non eſt conveniens, ut relinquamus verbum Dei, & miniſtremus menſis *&c. uſq.* impoſue-

ſuerunt ſuper eos manus, & miſerunt eos. Et ipſi.

Epiſcopus illum dexterum genuflectere jubet, & manum ſuam capiti ejus ſuperimponit, & dicit inclinatus.

Domine Deus omnipotens, qui es largitor Chariſmatum divinorum, concede gratiam tuam magnam & ineffabilem, huic ſervo tuo, & præſta, ut inſtar Stephani principis refulgeat converſatione, ac moribus tibi placitis; Scientia ipſum prudentem effice; conſilio eum intelligentem ac præditum redde; humilitate, quæ miniſterio ejus ſpirituali congruat, ipſum exorna; charitate ab omni acceptione perſonarum aliena, eum illuſtra, per gratiam tuam, & Unigeniti Filii tui, & Spiritus tui ſancti.

Et extollit vocem.

Et ſuſcipe per tuum erga homines amorem, hunc ſervum tuum, quem gratia tua vocavit ad ordinem Stephaninum, quoniam ſuavis es, & multum miſericors, & tibi gloria.

Tum

ܘܣܐܡ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܥܠ ܚܕܝܗ
ܘܢܦܩܝܢ ܡܢ ܒܝܬ ܓܙܐ ܒܙܘܝܚܐ ܫܦܝܪܐ
ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܡܕܪ̈ܫܐ ܕܟܬܝܒܝܢ ܒܛܟܣܐ
ܕܡܫܡܫܢܐ ܕܩܕܡ ܘܥܐܠܝܢ ܠܡܕܒܚܐ ܀
ܐܪܟܕܝܩܘܢ ܡܟܪܙ ܐܦܪܝܡܝܬܐ ܀
ܢܩܘܡ ܟܠܢ ܒܨܠܘܬܐ ܘܢܒܥܐ ܥܡ
ܬܢܚܬܐ ܀ ܘܒܚܘܒܐ ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܢܩܥܐ
ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ ܀ ܢܒܥܐ ܡܢ ܐܒܐ ܟܣܝܐ ܀
ܕܫܕܪ ܠܒܪܗ ܠܦܘܪܩܢܢ ܀ ܘܠܒܫ ܦܓܪܐ
ܕܐܢܫܘܬܢ ܀ ܕܢܫܡܠܐ ܟܠ ܕܟܬܝܒܢ ܀
ܢܘܕܐ ܠܒܪܐ ܚܢܢܐ ܕܢܚܬ ܘܦܪܩܢ ܒܙܩܝܦܗ ܀
ܘܫܡܠܝ ܟܠܗܝܢ ܕܟܬܝܒܢ ܘܓܒܐ ܫܠܝ̈ܚܐ
ܠܣܒܪܬܗ ܀ ܣܓܕܝܢܢ ܘܡܫܒܚܝܢܢ
ܠܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܡܒܝܐܢܐ ܕܝܠܢ
ܕܡܠܠ ܒܦܘܡ ܢܒܝ̈ܐ ܘܥܡܪ ܒܫܠܝ̈ܚܐ ܀
ܒܗ ܐܙܕܗܝ ܗܘܐ ܡܘܫܐ ܘܒܗ ܐܠܝܐ
ܐܬܕܒܪ ܀ ܘܐܗܪܘܢ ܘܦܝܢܚܣ ܘܐܠܥܙܪ
ܒܗ

Tum ponit Evangelium ſuper pectus ejus, & egrediuntur ex Betgaza, *ſeu Sacrario, præclare inſtituta Proceſſione, dicentes Cantus, qui in antecedenti ordine Diaconorum ſcripti ſunt, & ingrediuntur ad Altare. Archidiaconus proclamat tono* S. *Ephræm.*

Stemus omnes in oratione, & ſupplicemus cum ſuſpirio, & in charitate, ac fide clamemus ad Trinitatem. Petamus a Patre abſcondito, qui miſit Filium ſuum ad noſtram ſalutem, & corpus induit (1) humanitatis noſtræ, ut impleret omnia, quæ ſcripta ſunt. Confiteamur Filio benigno, qui deſcendit, noſque ſua Cruce redemit, & implevit omnia, quæ ſcripta ſunt, ac Apoſtolos elegit ad ſuum Evangelium. Adoramus, & glorificamus Spiritum Sanctum conſolatorem noſtrum, qui locutus eſt per os Prophetarum, & habitavit in mente Apoſtolorum. Per ipſum reſplenduit Moyſes, & per ipſum Elias elevatus eſt; & Aaron, Phinees, ac Elea-

(1) Phraſis Syriaca ſignificat, quod Filius dei carnem aſſumſit & humanam naturam per unionem hypoſtaticam.

Eleazar per ipſum miniſtrarunt in Tabernaculo. Chriſtus, qui dedit poteſtatem Sacerdotii cœtui Apoſtolorum, ipſe tibi concedat manuum impoſitionem, & gradum Archidiaconatus. Hodie te elegit gratia, & vocavit Pietas, ut ſis Princeps, & Præceptor Diaconorum, ac Lectorum. Dominus, qui te ſelegit ex tuis Sociis, ut ſis ſuper eos imperans, extollat gradum miniſterii tui præ gradibus Diaconorum. Chriſtus te elegit in ſui honorem, & imperatorem te conſtituit in Eccleſia, & omnes Miniſtros tuos ſocios imperio tuo ſubdidit. Patri, qui te elegit, ſit confeſſio; & Filio ejus Jeſu laus, ac Spiritui Sancto laudatio, qui deſcendit ſuper te per manus impoſitionem. Parce, Deus, populo tuo, & miſerere Gregis tui, tuum autem ſervum perfice tuis Chariſmatis, & gratia tua maneat in ejus mente.

Epiſcopus orat.

Gloria tibi, qui occultus es ab omnibus, & abſconditus ab omnibus, & ex quolibet

libet loco audis, ac exaudis, qui lætaris in iis, qui revertuntur ad te, illorumque ſuſcipis pœnitentiam; Exaudi, Domine, per tuas miſerationes, orationes noſtras; & per clementiam tuam ſuſcipe præconium noſtrum; Lætare in noſtra conſiſtentia coram te, & ſuſcipe Chirotoniam hanc ſervi tui hujus N., quem ad tuum miniſterium elegiſti per gratiam tuam, & miſerationes divinitatis tuæ. Domine Deus noſter tibi gloria.

Epiſcopus manum ſuam imponit ſuper caput ejus, & ſuper myſteria dicens.

Deus, qui in omnibus ſanctus es, qui in omnibus rebus largitor es omnium donorum bonorum, qui omnia opera hominum cognoſcis, & omnes illorum ſemitas vides, qui omni tempore aurem tuam præbes invocanti te, & oſtium tuum apertum tenes pulſanti ipſum; & donum tuum expanſum habes ei, qui in vera fide tibi ſupplices fundit præces. Nos etiam Domine

mine Dominator noſter præcamur te, & obſecramus miſericordiam tuam pro ſervo tuo iſto quem elegiſti, quique ſtat coram te in hoc inſtanti, ipſum ſuſcipe per gratiam tuam, & concede illi, propter clementiam tuam, Spiritum Sanctum, & donum cœleſte, ac intelligentiam verborum tuorum divinorum, ſcientiam tuorum Sanctorum myſteriorum, conſtitutionem legum tuarum Apoſtolicarum, & Eccleſiaſticorum tuorum Canonum; ac Trinitatis notitiam, ut placeat tibi per impoſitionem manus Archidiaconatus; adnumera illum cœtibus divinis inſtar S. Stephani, qui fuit Princeps Martyrum, & primus Diaconorum per electionem Apoſtolorum tuorum Sanctorum; Præſta etiam ei Domine, ut pure, & caſte accedat ad diſpenſationem hanc diviuam, quæ ipſi credita eſt, & rectum judicium judicet, ac proferat in æquitate ſine ulla acceptione perſonarum, & cognoſcat, ac definiat juſte ea, quæ ſubſunt manibus

ܘܢܫܬܪܪ ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ ܘܒܕܘܒܪܐ ܫܦܝܪܐ ܕܠܐ ܡܘܡ
ܢܗܘܐ ܩܕܡܝܟ ܘܢܫܡܠܐ ܟܠܗ ܠܬܟܣܐ ܟܗܢܝܐ
ܒܬܫܡܫܬܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܟܕ ܗܘܐ ܗܘܐ ܦܩܘܕܐ
ܘܡܕܒܪܢܐ ܠܐܝܠܝܢ ܕܐܬܓܥܠܘ ܒܐܝܕܗ ܒܐܝ̈ܕܝ
ܟܕ ܡܢ ܡܟܝܟܘܬܐ ܕܝܠܝ ܬܫܡܫܬܝ ܘܟܠܡܕܡ
ܕܥܒܕ ܘܡܡܠܠ ܢܗܘܐ ܡܪܝܐ ܠܐܝܩܪܐ
ܘܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܫܡܟ ܡܝܩܪܐ ܒܟܠ ܥܡ
ܝܚܝܕܝܐ ܒܪܐ ܕܝܠܟ ܘܪܘܚܟ ܚܝܐ
ܘܩܕܝܫܐ ܗܫܐ *

ܘܡܬܦܢܐ ܠܘܬ ܡܕܒܚܐ ܘܐܡܪ *
ܗܘ ܕܠܗ ܘܠܟ ܫܘܒܚܐ ܘܣܓܕܬܐ ܘܬܘܕܝܬܐ
ܡܩܪܒܝܢܢ ܗܫܐ *

ܘܫܩܠ ܡܢܗ ܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܘܝܗܒ ܫܠܡܐ ܠܡܕܒܚܐ
ܘܠܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܦܢܐ ܠܕܘܟܬܗ .
ܘܣܐܡ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܢܦܘܪܐ
ܪܒܬܐ ܥܠ ܚܕܝܗ ܘܥܠ ܟܬܦܬܗ
ܡܢ ܩܕܡܝܬܐ ܠܒܣܬܪܗ . ܘܪܫܡ
ܠܗ܆ ܒܨܠܝܒܐ ܥܠ ܦܐܬܗ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ
ܘܐܡܪ * ܐܬܩܕܡ ܘܐܬܚܬܡ ܘܐܬܩܕܫ
ܦܠܢ

ipſius, confirmetur autem in fide orthodoxa, ac moribus præclaris ſine macula, & ſine reatu coram te conſiſtat, impleatque omnem ordinem Sacerdotalem in miniſterio Eccleſiæ ſanctæ, dum præceptor, & gubernator exiſtit eorum, quæ ipſius curæ commiſſa ſunt per humilitatis meæ miniſterium; quæcumque demum faciet, & loquetur, ſint Domine in honorem, & laudem nominis tui in omnibus honorandi cum Unigenito Filio tuo, ac Spiritu tuo vivo, & ſancto. Nunc.

Tum converſus ad Altare dicit.

Cui, ac tibi laudem, adorationem, & confeſſionem offerimus. Nunc.

Et aufert ab eo Evangelium, & dat pacem Altari, & Epiſcopo, & regreditur ad locum ſuum; & imponit Epiſcopus Anaphoram magnam ſuper pectus ejus, & ſuper humeros ejus ex anteriori parte ad poſteriorem, & ſignat eum in fronte ſigno Crucis ter dicens:

Promotus eſt, & ſignatus eſt

eſt, & perfectus eſt N. Archidiaconus, in ſancta Eccleſia Dei Sancti Domini N. Oppidi benedicti N. per gratiam divinam, & illapſum cœleſtem. In nomine Patris ✠ Amen. & Filii ✠ Amen. & Spiritus Sancti ✠ Myſterii Sanctæ Trinitatis ad pacem, & ædificationem, ac ſtabilitatem, ornamentum, decus, & honorem, ac exaltationem ſublimis tui nominis, Domine Deus, & Eccleſiæ ſanctæ Catholicæ, & Apoſtolicæ.

Et tradit ei ferendum pedum ipſius, & legit Ordinandus Evangelium ſuper Ambonem; quod ſi non fuerit Ambon, legit illud in foribus Altaris ex Evangelio Matt. 62. quod ſi fuerit dies feſtus S. Stephani, vel alius, ex Luca 35.

Poſt hæc autem ſeparavit Jeſus ex Diſcipulis ſuis alios 70. *&c. uſque*

Et audire, quæ auditis, & non audierunt.

Miniſtri proclamant Ephræmiticam.

Stemus omnes in oratione, & ſupplicemus cum ſingul-

ܗܟܢ ܐܪܟܕܝܩܘܢ܆ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܕܩܕܝܫ ܡܪܝ ܦܠܢ ܕܩܪܝܬܐ ܡܒܪܟܬܐ
ܦܠܢܝܬ܆ ܒܝܕ ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ
ܘܡܓܢܢܘܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ܆ ܒܫܡܐ ✠ ܕܐܒܐ
ܐܡܝܢ ✠ ܘܒܪܐ܆ ܐܡܝܢ ✠ ܘܪܘܚܐ
ܕܩܘܕܫܐ ܐܪܙܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܠܫܝܢܐ
ܘܠܒܢܝܢܐ ܘܫܘܪܪܐ ܘܠܬܘܩܢܐ ܘܠܫܘܒܚܐ ܘܠܐܝܩܪܐ
ܘܠܪܘܡܪܡܐ ܕܫܡܟ ܡܪܝܡܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ
ܘܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܘܫܠܝܚܝܬܐ ܀
ܘܡܫܠܡ ܠܗ ܡܘܪܢܝܬܗ ܘܩܪܐ
ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܥܠ ܒܐܡܐ܆ ܘܐܢ ܠܐ ܒܐܡܐ
ܩܪܐ ܠܗ ܒܬܪܥܗ ܕܡܕܒܚܐ܆ ܡܢ ܡܬܝ
ܣܒ܆ ܘܐܢ ܗܘܐ ܥܐܕܐ ܕܡܪܝ
ܐܣܛܦܢܘܣ܆ ܐܘ ܐܚܪܢܐ܆ ܠܘܩܐ ܠܗ ܀
ܒܬܪܟܢ ܦܪܫ ܝܫܘܥ ܡܢ ܬܠܡܝܕܘܗܝ
ܐܚܪܢܐ ܫܒܥܝܢ. ܘܫ. ܥܕܡܐ. ܘܠܡܫܡܥܘ
ܡܕܡ ܕܫܡܥܝܬܘܢ ܘܠܐ ܫܡܥܘ ܀
ܡܫܡܫܢܐ ܡܟܪܙܝܢ ܐܦܪܝܡܝܬܐ ܀
ܢܩܘܡ ܟܠܢ ܒܨܠܘܬܐ ܘܢܒܥܐ ܡܢ
ܒܚܝܠܬܐ܆ ܘܒܥܘܬܐ ܕܫܘܡܠܝܐ ܢܒܥܐ
ܚܕܚܕܐܝܬ

gultu, & cum dilectione fidei clamemus ad Trinitatem. Pro Redemptione animarum noſtrarum, & auxilio bono ſervi tui, qui hìc ſtat expectans donum gratiæ tuæ. Da illi charitatem, & ſcientiam ut incedat ſemitam mandatorum tuorum, ac miniſterium mundum exhibeat cunctis diebus vitæ ſuæ. Fides ejus exaltetur in ſimilitudinem Stephani martyris, atque vultus ejus inſtar Angelorum obſtupefaciat omnes videntes. Revela gratiam tuam intellectui ejus, ut prædicet nitide verba tua, & myſteriis tuis, quæ vitam dant, ſit miniſtrans pure. Parce Deus populo tuo, & miſerere gregis tui, tuumque ſervum perfice tuis Chariſmatis, & gratia tua in ejus habitet mente.

Tum tradit ei Evangelium portandum ſuper pectus ſuum, & accedunt, illique pacem dant, & demum particeps fit Sanctorum Myſteriorum.

Epiſcopus orat Completorium.

Gratias agimus tibi Domine

mine noſter (1) Jeſu Chriſte omnipotens in omnibus, & pro omnibus, glorificamus, & laudamus, & adoramus nomen tuum ſanctum propter miſericordiam tuam, quam feciſti infirmitati noſtræ; etiam nunc oramus te, & deprecamur miſericordiam tuam, complaceat tibi in nobis, & in Chirotonia iſta Archidiaconatus, quæ facta eſt ſuper ſervum tuum N. per adventum Spiritus tui Sanctiſſimi. Et adde huic vocationi electæ, & ſanctæ, Chariſmata gratiæ tuæ, & elige illum Domine, & concede ei, ut in timore, & puritate ac ſanctitate miniſtret Altari tuo ſancto, & inveniat auxilium a conſpectu tuo per miſerationes & gratiam Unigeniti Filii tui D. N. J. C. quocum tibi convenit gloria, & honor in ſæculum ſæculorum Amen.

Et admonet eum de moribus immaculatis ex gradu Diaconorum. Et tradet in manus.

(1) Arabice exponitur ſic rubrica antecedens; quod Evangelium portandum ei tradit ſuper pectus, Archidiaconus autem Evangelium pectore ſuſtinens ſtat in porta altaris; tum accedunt Filii Eccleſiæ, & dant illi pacem, & gratulantur ei, ipſe autem oſculatur manus Sacerdotis accedentis, cæteri vero oſculantur Sanctum Evangelium, & poſthæc ad communionem admittitur ipſe Archidiaconus ordinatus.

ܕܐܝܕܗ ܟܠܗܘܢ ܡܫ̈ܡܫܢܐ ܪ̈ܘܪܒܐ ܘܙܥܘܪ̈ܐ

ܐܟܚܕܐ ✻

ܫܠܡ ܕܪܓܐ ܕܐܪܟܕܝܩܘܢ ܡܝܩܪܐ

ܘܠܐܠܗܐ ܫܘ̄ ܠܥܠܡ ✻

nus ejus omnes miniſtros magnos , & parvos ſimul .

Explicit gradus Archidiaconatus Venerabilis; & Deo gloria perennis .

ITEM CHIROTONIA

QUA PERFICITUR PRÆSBITER.

ܬܘܒ ܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܕܡܫܬܡܠܐ ܒܗ ܩܫܝܫܐ

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Canon. *Quando quis debet ſuſcipere impoſitionem manus & gradum Presbyteratus, minor non ſit triginta annis, ſi fuerit dignus hoc gradu, ordinetur. Si autem non, differatur & expectet donec compleat, quia Dominus noſter an. 30. baptizatus eſt, Et tunc cœpit docere. Et ita præceperunt Patres Sancti qui convenerunt in Synodo Nicæna: ne quis ſuſcipiat impoſitionem manus, quando non eſt certus ei locus, neque Presbyter, neque Diaconus, quia in nomine loci, ſuper quem ſuſcipit impoſitionem manus, ejus nomen prædicari debet; cui vero non eſt determinatus locus, Eccleſia ſcilicet, aut monaſterium, aut domus Martyrum omnino non ſuſcipiat impoſitionem manus. Item ita præceperunt, & definierunt Patres Sancti congregati in Sancta Synodo Chalcedonenſi, quorum memoria in benedictione eſt; Etiam abſit ab abominationibus, bona amplectatur, rectis moribus & viis præditus. Neque ſit iracundus, aut litigioſus, neque extendens manus ſuas ad percutiendum nec multo vino deditus, ſed ſit quietus, benignus, humilitati & veritati ſerviat; bonum autem teſtimonium habeat a longinquis & vicinis, ita enim æquum eſt, uti præceperunt Patres Sancti; & ita dixit Paulus Apoſtolus, & ſocii ejus.*

,, Cum itaque Spiritus San-
,, ctus eum vult, & gratia
,, ipſum eligit, veniat ad Ec-
,, cleſiam indutus ordine (ſeu
,, ſacris indumentis) Diacono-
,, rum, & ſtet coram Altari
,, Sancto, & genua ſua amba
,, flectat manibus colligatis,

ܘܡܐ ܕܨܒܐ ܒܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܘܛܝܒܘܬܐ
ܓܒܬܗ ܢܐܬܐ ܠܥܕܬܐ ܟܕ ܠܒܝܫ ܬܟܣܐ
ܕܡܫܡܫܢܐ ܀ ܘܢܩܘܡ ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܀ ܘܢܒܪܟ ܥܠ ܬܪܬܝܗܝܢ ܒܘܪܟܘܗܝ
ܘܐܝܕܘܗܝ

ܘܐܬܐ ܢܘܩܡ ܩܕܡ ܚܕܝܗ ܘܗܝܕܝܢ
ܡܬܒܪܟ ܡܢ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܣܓܕ ܩܕܡܘܗܝ ܘܐܡܪ
ܒܪܟܡܪܝ : ܐܦܣܩ̄ ܪܫܡ ܠܗ ܒܨܠܝܒܐ
ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܠܐܦܘ̈ܗܝ ܘܐܡܪ ✠

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܢܒܪܟܟ ܒܩܫ̈ܝܫܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܕܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܦܠܢ ܕܦܠܢܝܬܐ ܡܕܝܢܬܐ ܦܠܢܝܬܐ
ܘܢܡܢܝܟ ܡܪܝܐ ܒܟܢܫܐ ܕܐܒܗ̈ܬܐ ܩܕ̈ܝܫܐ
ܕܢܛܪܘ ܦܘܩܕܢ̈ܝܗܘܢ ܘܐܫܬܘܝܘ
ܠܡܘܗܒܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ : ܒܫܡܐ ✠ ܕܐܒܐ
ܐܡܝܢ ✠ ܘܕܒܪܐ . ܐܡܝܢ . ܘܕܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ
ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ✠

ܫܘܒܚܐ ܡܫܡܫܢܐ ✠ ܨܠܘܬܐ . ܡܫܡܫ . ܣܛܘ .
ܨܠܘܬܐ ✠ ܣܡܘܟ ܡܪܝܐ ܒܝܡܝܢܟ
ܚܣܝܢܬܐ ܘܒܕܪܥܟ ܪܡܐ ܘܡܫܪܪܐ ܠܐܚܝܕ ܟܠ ܥܕܬܐ
ܕܝܠܟ ܩܕܝܫܬܐ ܗܝ ܕܩܢܝܬܗ ܒܕܡܟ
ܝܩܝܪܐ ܘܪܘܚܩ ܘܐܥܒܪ ܡܢܗ ܠܟܠܗܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܢܩܦܝܢ ܕܚ̈ܠܬܐ ܣܪ̈ܝܩܬܐ ܐܘ ܕܫܐܕܐ
ܠܗ̇ ܕܝܢ : ܘܗܒ ܠܗ ܕܢܣܟܐ ܠܟ ܘܒܟ ܢܣܒܪ
ܒܟ ܘܢܪܘܙ ܘܢܚܕܐ ܒܦܘܪܩܢܟ ܘܠܟ ܢܩܪܒ
ܠܟ ܐܡܪ̈ܐ ܡܫܝܚܝ̈ܐ : ܗܫܐ ✠

ܘܐܦܝܣ

„ ante pectus, tum benedicitur ab Epiſcopo, coram quo adorat dicens, *Benedic Domine*, Epiſcopus ter in fronte ipſum Cruce ſignat & dicit.

Dominus Deus benedicat te in Præsbyteris ſanctæ Eccleſiæ Sancti Domini N. Oppidi N., teque recenſeat Dominus cum Cœtibus Patrum Sanctorum, qui cuſtodierunt depoſita ſua, & promeruerunt donum cœleſte. In nomine Patris ✠. *Amen*. Et Filii ✠ *Amen*. Et Spiritus ✠ Sancti in ſæculum ſæculi. *Amen*.

Epiſcopus incohat. Gloria Patri. *Diaconus*: Pro: *Oratio*.

Suſtenta Domine tua forti dextera, & excelſo tuo brachio omnipotenti Eccleſiam tuam ſanctam, quam adquiſiviſti pretioſo tuo Sanguine, & pelle, ac remove ab illa omnes illos, qui colunt Religiones vanas ſeu diabolicas; illi vero, concede, ut expectet te, in te ſperet, exultet, & lætetur in ſalutari tuo, tibique offerat agnos chriſtianos. Nunc.

Et

Et dicunt: Laus Deo : *& tonum deſcriptum in primo ordine .*

Archidiaconus dicit .

Stemus recte in oratione, & petitione coram Deo Deorum , & coram Domino Dominorum , & coram Altari propitiatorio Salvatoris noſtri , & coram myſteriis glorioſis , & ſanctis ſuper ipſum poſitis , & coram hac manus impoſitione ſervi tui N. qui ſtat in conſpectu Dominationis tuæ , & coram Patre noſtro D. N. Epiſcopo noſtro , per quem perficitur . Per thura , quæ ponuntur , miſerationes Domini exoremus .

Epiſcopus ponit ſuavitates , & dicit Proœmium.

Illi Regi Regum , & Domino Dominorum , illi largitori donorum cœleſtium , & diſtributori gratiarum ineffabilium ; qui conſummavit Apoſtolos ſuos per ſuum Spiritum , & docuit Diſcipulos ſuos ſapientiam ſuam. Cui .

Ordo. Domine Dominus noſter gratia plene , & hominum amator , ad cujus glo-

ܘܐܡܪܝܢ܆ ܫܘܒܚܐ ܠܐܠܗܐ܆ ܘܩܠܐ ܕܟܬܝܒ
ܒܛܟܣܐ ܩܕܡܝܐ ܀ ܐܪܟܕܝܩܘܢ
ܐܡܪ ܀
ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܒܨܠܘܬܐ ܘܒܒܥܘܬܐ
ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܐܠܗܝܢ ܘܩܕܡ ܡܪܐ ܡܪܘܬܐ܆
ܘܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܡܚܣܝܢܐ ܕܦܪܘܩܢ ܘܩܕܡ
ܐܪ̈ܙܐ ܡܫܒܚܐ ܘܩܕܝܫܐ ܕܣܝܡܝܢ ܥܠܘܗܝ
ܘܩܕܡ ܗܢܐ ܣܝܡܐ ܕܐܝܕܐ ܕܥܒܕܐ ܗܢܐ
ܦܠܢ ܕܩܐܡ ܩܕܡ ܡܪܘܬܟ܆ ܘܩܕܡ ܐܒܘܢ
ܡܪܝ ܦܠܢ ܐܦܣܩܘܦܐ ܕܒܐܝܕܗ
ܡܫܬܡܠܝܐ܆ ܒܒܣ̈ܡܐ ܕܡܬܬܣܝܡܝܢ
ܪ̈ܚܡܐ ܕܡܪܝܐ ܢܒܥܐ܆
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܣܐܡ ܒܣ̈ܡܐ܆ ܘܐܡܪ ܦܪܘܡܝܘܢ ܀
ܠܗܘ ܡܠܟܐ ܕܡ̈ܠܟܐ ܘܡܪܐ ܕܡܪ̈ܘܬܐ
ܠܗܘ ܝܗܘܒܐ ܕܡܘ̈ܗܒܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ ܘܡܦܠܓܢܐ
ܕܛܝܒܘܬܐ ܠܐ ܡܬܡܠܠܢܝܬܐ܆ ܗܘ ܕܓܡܪ
ܠܫܠܝܚܘ̈ܗܝ ܒܪܘܚܗ ܘܐܠܦ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ
ܚܟܡܬܗ܆ ܕܝܠܗ ܀
ܬܘܕܝܬܐ. ܡܪܝܐ ܡܪܢ ܡܠܝ ܛܝܒܘܬܐ ܘܪܚܡ
ܐ̱ܢܫܐ܆ ܗܘ ܕܠܐ ܡܫܟܚܝܢ ܫܡܝ̈ܢܐ ܠܡܣܒܪ
ܫܘܒܚܗ

[illegible]

gloriam ſublimem honorandam non ſunt ſufficientia cuncta ſæcula, qui ab Angelis adoratur, & ab Archangelis glorificatur, & a Seraphim ſanctificatur, & a choris ſpiritualibus incorporeis in timore exaltatur, & propter multas miſerationes ſuas, quæ naturaliter ipſi inſunt, voluit laudibus ſpiritualibus, & cœleſtibus jucundis afficere naturam humanam, & ideo per Apoſtolos ſuos ſanctos ordines cœleſtes tradidit eis in terra, & figurarum earum, quas per Moyſen Principem Prophetarum [c] præſignavit; nunc per Filium ſuum dilectum veritatem credidit Simoni Principi Apoſtolorum, & per eum toti Sanctæ Eccleſiæ uſque ad conſummationem ſæculi. Tu Domine Deus per gratiam tuam, & multas tuas miſerationes ſuſcipe hanc primitiam, quæ hodie offertur magnitudini tuæ per parvitatem noſtram ex natura infirma, & debili humanitatis noſtræ, ſervum tuum hunc, quem nunc per vocationem ſanctam majeſtatis

tis tuæ vocaſti, ut ſit diſpenſator, (ſeu magiſter domus) myſteriorum tuorum divinorum, Sacer miniſter dexter, & gubernator bonus: Antiſtes ſpiritualis, & diſpenſator plenus caſtitate, ac doctor omni virtute eximius gregis tui rationalis; diſpenſator pervigil, & diligens, cui a Te concreditæ ſunt claves Regni cœleſtis, ut portas aperiat pœnitentiæ iis, qui ad te convertuntur; Diſpenſator, qui afferat myſteria Sacerdotii theſaurorum Domini, qui tuo juſſu liget reos, & tuo mandato ſolvat pœnitentes, qui accedunt ad veram reſipiſcentiam; diſpenſator ſtabilis, qui charitate tua confirmetur, ſcilicet, ſpe tua exornetur; Sacerdos purus, & Præsbyter nitore plenus, qui ornamentis Sanctitatis refulgeat, & puritate reſplendeat, & operetur in vinea tua intellectuali, prout convenit: Sacerdos præclaræ Religionis, qui ſeipſum det, ut ſit pervigil, & diligens ad bonorum exercitium: Sacer-

ܪܒܝܬܐ ܕܐܪ̈ܙܝܟ ܐܠܗܝ̈ܐ : ܡܫܡܫܢܐ
ܝܡܝܢܝܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܛܒܐ : ܟܘܡܪܐ ܪܘܚܢܝܐ
ܘܡܕܒܪܢܐ ܡܠܐ ܢܟܦܘܬܐ : ܘܡܠܦܢܐ ܡܝܬܪܐ
ܒܟܠܗ ܡܝܬܪܘܬܐ ܠܥܢܐ ܕܝܠܟ ܡܠܠܬܢܝܬܐ :
ܡܕܒܪܢܐ ܥܝܪܐ ܘܚܦܝܛܐ ܕܡܢܟ ܐܬܓܥܠܘ
ܠܗ ܩܠܝ̈ܕܐ ܕܡܠܟܘܬܐ ܫܡܝܢܝܬܐ ܕܢܦܬܚ
ܬܪ̈ܥܐ ܕܬܝܒܘܬܐ ܠܗܢܘܢ ܕܦܢܝܢ ܠܘܬܟ ܡܬܬܘܝܢ :
ܡܕܒܪܢܐ ܕܡܝܬܐ ܐܪ̈ܙܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܡܢ ܓܙ̈ܐ
ܕܡܪܝܐ ܕܒܦܘܩܕܢܟ ܢܐܣܘܪ ܚܝ̈ܒܐ ܘܒܦܘܩܕܢܟ
ܢܫܪܐ ܠܬܝ̈ܒܐ ܕܩܪܒܝܢ ܠܬܝܒܘܬܐ
ܫܪܝܪܬܐ : ܡܕܒܪܢܐ ܡܫܪܪܐ
ܕܒܚܘܒܟ ܢܫܬܪܪ ܐܘܟܝܬ
ܒܣܒܪܟ ܢܬܨܒܬ : ܟܗܢܐ ܕܟܝܐ ܘܩܫܝܫܐ
ܡܠܐ ܙܗܝܘܬܐ : ܕܒܨܒ̈ܬܐ ܕܩܕܝܫܘܬܐ
ܢܨܛܠܠ ܘܒܕܟܝܘܬܐ ܢܨܡܚ
ܘܢܦܠܘܚ ܒܟܪܡܟ ܡܠܝܠܐ
ܐܝܟ ܕܝܐܐ : ܟܗܢܐ
ܕܬܫܒܘܚܬܐ ܕܢܬܠ ܗܘ ܠܗ ܕܢܗܘܐ
ܥܝܪܐ ܘܚܦܝܛܐ ܠܡܥܒܕ ܛܒ̈ܬܐ :
ܟܗܢܐ ܡܫܒܚܐ ܘܟܠܗ
ܟܠܗ̇

[illegible]

cerdos laudabilis, qui talento Evangelico ſuperaddat unum in triginta & ſexaginta & centum. Sacerdos dexter, qui adcurate ſtudeat cuſtodiæ mandatorum tuorum divinorum. Tu itaque Domine aufer, & remove ab eo omnia deſideria immunda, quæ ad peccatum provocant per illecebras carnales, & confirma eum in divina tua charitate, & in beata tua ſpe, atque in puritate animæ, & corporis, in nitore ſpiritus ac in operibus præclaris; ad hæc illum conſerva, & confirma in orthodoxa fide, quæ commaculata non ſit per commixtionem hæreticam, aut per culpam morum immundorum; illumque dignum effice per gratiam tuam, qui cum fiducia bonorum operum omnis ſpeciei virtutis, & cum mentis humilitate accedat ad miniſterium tuorum divinorum myſteriorum, & cultum hunc Angelicum, in quem ipſi quoque tui ſancti Angeli proſpicere deſiderant; & obtineat redemptionem perfectam, ac ſa-

lu-

lutem plenam vitæ ſuæ, & expiationem debitorum, ac peccatorum veniam toti gregi tuo rationali, & ſacerdotali, qui concreditus eſt ipſi per gratiam & miſericordiam Unigeniti Filii tui D. N. J. C. quocum tibi convenit gloria, & honor unacum Spiritu tuo ſancto, ac vivo. Nunc.

Et dicunt ton. Sanctus, qui habitare fecit majeſtatem ſuam. *Vel:* Ego Ego. *Epiſcopus orationem thuris.*

Suſcipe Domine, benigne ſuffitum hunc aromatum, quem obtulimus coram te in hoc momento, & ſanctum Spiritum tuum emitte ſuper nos & ſuper ſervum tuum hunc, qui hic genuflexus expectat donum & Chariſmata, quæ a te ſunt, per orationes humilitatis noſtræ, & propter hæc, atque ſimilia gloriam referemus tibi Domine noſter Jeſu Chriſte Pontifex fidelis, & Patri tuo fonti omnium bonorum, atque Spiritui tuo Sancto Auctori omnium Chariſmatum, & Sanctificatori omnium Sanctorum. Nunc.

ܕܚܝܘܗܝ ܘܚܘܣܝܐ ܕܚܘ̈ܒܐ ܘܫܘܒܩܢܐ
ܕܚܛ̈ܗܐ ܠܟܠܗ ܡܪܥܝܬܐ ܕܝܠܟ ܡܡܠܠܬܐ
ܘܟܘܡܪܝܬܐ ؛ ܕܐܬܓܥܠܬ ܠܗ ܒܛܝܒܘܬܐ
ܘܪ̈ܚܡܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܐ ܕܝܠܟ ؛ ܡܪܢ
ܝܫܘܥ ܘܦܪܘܩܢ ܡܫܝܚܐ ܕܥܡܗ
ܠܟ ܝܐܐ ܫܘ̄ ܘܐܝܩܪܐ ܥܡ ܪܘܚܟ ܚܝܐ
ܘܩܕ̄ ؛ ܗܫܐ

ܘܐܡܪܝܢ ܩܠܐ ؛ ܩܕ̄ ܕܐܫܪܝ ܫܘܒܚܬܗ ؛
ܐܘ ܩܠܐ ؛ ܐܢܐ ܐܢܐ ✱ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܨܠܘܬܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ✱
ܩܒܠ ܡܪܝܐ ܒܛܝܒܘܬܟ ܠܒܣ̈ܡܐ ܗܢܐ
ܕܒܣ̈ܡܐ ܕܩܪܒܢ ܩܕܡܝܟ ܒܫܥܬܐ
ܗܕܐ ܘܫܕܪ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܥܠܝܢ
ܘܥܠ ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܕܒܪܟ ܗܪܟܐ ܘܡܣܟܐ
ܠܡܘܗܒܬܐ ܘܠܡܘ̈ܗܒܬܐ ܕܡܢܟ ܗܘ̈ܝܢ
ܒܨܠܘ̈ܬܐ ܕܡܟܝܟܘܬܢ ؛ ܘܡܛܠ ܐܦ̈ܝ ܗܠܝܢ
ܘܐܝܟ ܗܠܝܢ ܫܘ̄ ܢܣܩ ܠܟ ܡܪܝܐ ܕܝܠܢ
ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܪܒ ܟܘܡܪܐ ܡܗܝܡܢܐ ؛ ܘܠܐܒܘܟ
ܡܒܘܥܐ ܕܟܠܗܘܢ ܛ̈ܒܬܐ ܘܠܪܘܚܟ
ܩܕܝܫܐ ܥܠܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܡܘ̈ܗܒܬܐ ܘܡܩܕܫܢܐ
ܕܟܠܗܘܢ ܩܕ̈ܝܫܐ . ܗܫܐ ✱

Ar- ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ

Archidiaconus proclamat.

Iterum, atque iterum, continuo, & omni tempore Domino ſupplicemus. Domine pro redemptione, auxilio, ope, & remiſſione hujus ſervi tui N. qui hìc adſtat, & impoſitionem manus divinæ accipit, Dona ei Domine. Præcemur igitur, & oremus, & flagitemus, & ſupplicemus omnes ſimul in fide vera, & amore ſine fraude, in ſpe bona, & lætificante animas noſtras, ut diligens homines Dominus Deus ſuſcipiat eum ſine macula, & ſine reprehenſione, & concedat illi gradum in Eccleſia, & Sacerdotium perfectum, Domino ſupplicemus. Sanctam glorioſam, & immaculatam Dominam noſtram, beatam, & Perpetuo virginem, Dominam Mariam Dei Genitricem, cum pulchritudine decora & ſancta virginitatis ejus commemoramus. Johannem quoque Nuntium veritatis & præcurſorem, Stephanum caput Martyrum, & primum Diaconorum. Et Prophetas veraces, & Apoſto-

tolos divinos, & martyres victoria veſtitos, ut Dominus Deus precibus eorum illuſtribus, & orationibus ſanctis nos omnes beneficiis afficiat, & conſervet; Domino ſupplicemus.

Oremus omnes, Domine, & pro omnibus, & propter omnes, & pro ſervo tuo hoc, qui ſtat coram Dominatione tua, & attente aſpicit, ac expectat redemptionem tuam, & donum tuum divinum, & inhabitationem Spiritus tui Sancti, ut perpetuo habitet ſuper eum; Oremus, & precemur, ſupplicemus, & clamemus, dicamuſque ter. *Kyrie*. *Kyrie*. *Kyrie*.

Epiſcopus orat.

Gloria tibi, Deus bone, & miſericors, qui exaudis orationes, & ſuſcipis petitiones, ſupplicationeſque omnium illorum, qui cum fide, & charitate invocaverunt te, Domine, in omni loco, & in omni generatione. Nos quoque, Domine, ſervi tui peccatores, & pauperes nunc, ad illorum inſtar, invocamus te,

ܐܝܟܢܐ ܕܢܗܒ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܨܠܘܬܗܘܢ
ܡܫܒܚܬܐ ܘܒܒܥܘܬܗܘܢ ܩܕܝܫܬܐ ܟܠܢ ܢܛܝܒ
ܘܢܢܛܘܪ܆ ܠܡܪܝܐ ܢܬܟܫܦ ܀
ܟܠܢ ܡܪܝܐ ܘܚܠܦ ܟܠܢ
ܘܡܛܠ ܟܠܢ ܘܚܠܦ
ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܕܩܐܡ ܩܕܡ ܡܪܘܬܟ ܘܚܐܪ
ܘܡܣܟܐ ܠܦܘܪܩܢܟ ܘܠܡܘܗܒܬܟ
ܐܠܗܝܬܐ ܘܠܡܥܡܪܐ ܕܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܕܐܡܝܢܐܝܬ
ܬܫܪܐ ܥܠܘܗܝ ܢܨܠܐ ܘܢܒܥܐ
ܘܢܬܟܫܦ ܘܢܩܥܐ ܘܢܐܡܪ ܬܠܬ
ܩܘܪܝܶܐ܆ ܐܠܝܣܘܢ܆ ܩܘܪܝܶܐ܆
ܐܠܝܣܘܢ ܀
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ ܀
ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܐܠܗܐ ܛܒܐ ܘܡܪܚܡܢܐ
ܕܫܡܥ ܐܢܬ ܨܠܘܬܐ ܘܡܩܒܠ ܐܢܬ
ܒܥܘܬܐ ܘܬܟܫܦܬܐ ܕܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ ܩܪܘܟ ܡܪܝܐ ܒܟܠ
ܐܬܪ ܘܒܟܠ ܕܪ܆ ܘܐܦ ܚܢܢ ܡܪܝܐ
ܥܒܕܝܟ ܚܛܝܐ ܘܡܣܟܢܐ ܐܝܟܘܬܗܘܢ
ܩܪܝܢܢ ܠܟ ܘܒܥܝܢܢ ܡܢܟ ܡܕܡ ܕܝܠܟ
ܬܪܝܨܐ܆

&

[illegible]

& petimus a te, ſuſcipe orationes noſtras per miſericordiam tuam, audi ſupplicationes noſtras per clementiam tuam, aurem tuam inclina ad obſecrationem noſtram, placeat tibi ſuffitus thuris noſtri, & grata tibi ſit Chirotonia iſta hujus ſervi tui N. & perfice nobiſcum, & cum ipſo gratiam tuam, miſericordiam tuam, ac tuam clementiam. Nunc.

Et dicunt. Sanctus Deus. *&* Credimus. *Archidiaconus ducit eum per manum*, *& dicit*.

Offerimus ſanctitati tuæ, o Pater noſter ſancte, & electe Dei, Domine N. hunc Dei amantem N., qui hic adſtat, & impoſitionem manus divinæ accipit ex ordine Diaconorum, ad ordinem Præsbyterorum, ſuper Altare nominis Eccleſiæ Sanctæ, Sancti Domini N., Oppidi benedicti, & amantis Chriſti N. Eſt autem ſubjectus beatitati veſtræ. Pro eo clamemus, & dicamus ter. *Kyr*. Kyr. *Kyr*.

Epiſcopus illum utrumque genu flectere jubet, *& manum*

num ſuam imponens ſuper caput ejus dicit.

Gratia Divina, & Donum cœleſte Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ omni tempore implet defectum noſtrum, & ſanat infirmitatem noſtram, & alligat vulnera noſtra, & dimittit debita noſtra, & curam gerit omnium filiorum Eccleſiæ ſanctæ, vocat, & eligit, per divinam voluntatem, & juſſiones eccleſiaſticas, per electionem, quæ a Deo eſt, hunc ſervum Dei N. qui hìc adſtat, & ante Altare hoc ſanctum ſeipſum proſtravit oculis ſuis ad habitatorem cœli defixis, & corde ſuo ad illum ſuſpiria emittente, ac manibus ſuis ad Sacerdotii Dominum expanſis, expectat donum miſericordiæ quæ ex ipſo eſt; Et offert eum ex ordine Diaconorum, & elevat illum ad Ordinem Presbyterorum, dum is deſponſavit animam ſuam Altari ſancto Eccleſiæ ſanctæ Sancti Domini N. Oppidi N. Dum præcamur te, Domine Deus, per tribulationem eorum, qui ipſum obtu-

[illegible]

ܕܩܪܒܘܗܝ ܀ ܢܨܠܐ ܗܟܝܠ ܘܢܒܥܐ ܐܟܚܕܐ
ܥܠܘܗܝ ܐܝܟ ܕܬܫܪܐ ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ
ܥܠܘܗܝ ܘܢܒܥܐ ܥܠܘܗܝ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ
ܗܒ ܠܗ ܡܪܝܐ ܀

ܡܫܡܫ: ܒܫܝܢܐ ܠܡܪܝܐ ܢܒܥܐ ܀

ܐܦܝܣ ܡܬܪܟܢ ܀ ܐܝܢ ܡܪܝܐ
ܫܘܝܘܗܝ ܠܩܪܝܢܐ ܕܩܫܝܫܐ ܕܢܫܘܐ
ܐܝܟܢܐ ܕܒܪܚܡܬܟ ܕܠܘܬ ܒܢܝܢܫܐ
ܕܝܐܐ ܠܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܬܫܡܫܬܐ ܕܢܩܪܒ
ܠܟ ܘܠܡܕܒܚܟ ܩܕܝܫܐ ܢܫܡܫ
ܘܢܫܟܚ ܪܚܡܐ ܩܕܡܝܟ ܀

ܘܡܪܝܡ ܩܠܗ. ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܡܢܐ
ܐܝܬܝܟ ܘܠܟ ܫܘܒܚܐ ܘܐܘܚܕܢܐ ܥܡ
ܒܪܟ ܚܒܝܒܐ ܘܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܀ ܗܫܐ ܀

ܘܬܘܒ ܡܬܪܟܢ ܀ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܚܝܠܘܬܐ
ܗܘ ܕܫܘܬܦܢ ܠܡܢܬܐ ܕܬܫܡܫܬܐ
ܗܕܐ ܀ ܗܘ ܕܡܠܦ ܐܢܬ ܠܗܘܢܐ
ܕܒܢܝܢܫܐ ܀ ܘܒܨܐ ܐܢܬ ܠܒܘܬܐ ܘܟܘܠܝܬܐ ܀
ܫܡܥܝܢ ܡܪܝܐ ܡܛܠ ܣܘܓܐܐ ܕܪܚܡܝܟ
ܘܕܟܝܢ ܡܢ ܟܠܗ ܛܘܠܫܐ ܕܒܣܪܐ ܘܕܪܘܚܐ ܀
ܐܣܝܢ

obtulerunt. Oremus igitur, & petimus omnes inſimul pro illo, ut gratia divina inhabitet in eo, & clamemus pro eo ter, dona ei Domine.

Diaconus. In pace Domino ſupplicemus.

Epiſcopus Incl.

Eja Domine, dignum illum fac vocatione Presbyterorum, ut mereatur per tuum erga homines amorem, prout congruit nomini tuo Sancto, ſervitutem tibi exhibere, & miniſterio Altaris tui Sancti fungi, atque miſericordiam invenire in conſpectu tuo.

Et extollit vocem. Quia Deus miſericors es, tibique convenit gloria, & poteſtas unacum Filio tuo dilectiſſimo, ac Spiritu tuo Sancto. Nunc.

Iterum inclinatus. Domine Deus virtutum, qui nos in ſortem hujus miniſterii vocaſti, qui mentes hominum erudis, & corda ſcrutaris, ac renes, Audi nos propter multitudinem miſerationum tuarum, & ab omni labe carnis ac Spiritus nos emunda; peccata noſtra, uti nu-

rubem, auſer, & iniquitates noſtras, uti nebulam; Reple nos virtute tua, & gratia Unigeniti Filii tui, ac operatione Spiritus tui Sanctiſſimi; atque idoneos effice, qui ſimus miniſtri Teſtamenti novi, ut poſſimus, quemadmodum decet tuum ſanctum nomen, conſiſtere coram te, & Sacerdotio fungi, ac miniſterium exhibere tuis divinis myſteriis; Et ne permittas nos participes fieri peccatorum alienorum, ſedimo & noſtra dele, & concede nobis, Domine, ne quid faciamus ex affectu, aut declinatione, ſed tribue nobis ſcientiam, ut dignos eligamus, qui tibi præſententur.

Et extollit vocem dicens.

Et ſuſcipe Presbyterum, atque perfice hunc ſervum tuum, qui hic præſens adeſt, & expectat donum cœleſte, quoniam ſuavis es, & multum miſericors omnibus te invocantibus, & fortis eſt poteſtas tua, tuique unigeniti Filii, ac Spiritus tui Sanctiſſimi. Nunc.

Et palmas ſuas ponit ſuper Corpus Sanctum, & brachia

[illegible]

ܘܪܘܚ ܘܡܟܒܫ ܟܕ ܢܣܒ ܡܢ ܦܓܪܐ ؛
ܘܣܐܡ ܥܠ ܟܣܐ ؛ ܘܬܘܒ ܠܬܪܬܝܢ ܙܒܢܝܢ
ܡܢܝܕ ܥܠ ܦܓܪܐ ܘܢܣܒ ܒܥܘܒܗ
ܘܣܐܡ ܥܠ ܟܣܐ ؛ ܘܒܬܠܬܐ ܙܒܢܝܢ
ܦܫܛ ܓܦܘܗܝ ܘܪܘܚ ܘܡܢܝܕ ܥܠ ܟܣܐ ؛ ܘܗܝܕܝܢ
ܢܣܒ ܡܢ ܟܣܐ ܟܕ ܦܫܝܛܢ ܐܝܕܘܗܝ ܘܡܟܣܝܢ
ܒܦܝܢܐ ؛ ܘܡܬܦܢܐ ܠܘܬܗ ܕܡܬܬܣܝܡ
ܘܣܐܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܪܫܗ ؛ ܘܡܫܚ ؛
ܘܬܘܒ ܡܪܝܡ ܐܝܕܘܗܝ ܘܦܫܛ ܓܦܘܗܝ ܘܪܘܚ
ܘܡܢܝܕ ܘܡܚܬ ܥܠ ܪܫܗ ؛ ܘܟܕ ܠܬܠܬ
ܫܡܠܝܗ ؛ ܒܝܡܝܢܗ ܘܣܡܠܐ ܢܦܫ ܟܕܐ
ܘܟܠܐ ؛ ܟܕ ܡܟܣܐ ܐܦܘ̈ܗܝ ܒܦܝܢܐ ܕܝܠܗ ؛
ܘܡܥܒܪ ܣܡܠܗ ܥܠ ܨܘܪܗ ܦܪܨܘܦܗ
ܘܒܦܪܨܘܦܗ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ ܟܕ ܡܨܠܐ
ܒܫܬܝܩܐܝܬ ✱

ܐܠܗܐ ܗܘ ܪܒܐ ܘܬܡܝܗܐ ܗܘ
ܕܥܒܕ ܡܫܒ̈ܚܬܐ ܘܬܡܝ̈ܗܬܐ ܗܠܝܢ
ܕܠܝܬ ܠܗܝܢ ܡܢܝܢܐ ܗܘ ܪܒܐ ܒܚܝܠܐ ܘܠܐ
ܡܬܬܥܩܒܢܐ ܒܣܘܟܠܐ ؛ ܗܘ ܬܡܝܗܐ
ܒܬܪܥܝܬܗ

chia ſua expandit & conjungit, a corpore accipiens & ponit ſuper Calicem, & iterum altera vice tremulas manus fert ſuper Corpus, & palmis ſuis aſſumit, & ponit ſuper Calicem; tertia autem vice expandit brachia ſua, & ſuper Calicem motitat, & tunc aſſumit a Calice, palmas habens extenſas & coopertas tunica Sacerdotali; tum converſus ad Ordinandum, manum ſuam imponit capiti ejus, illudq. metitur, & iterum elevat manus ſuas, & expandit brachia, ac motitat, & demittit ſuper caput ejus, quod ubi ter peregit manum ſuam dexteram ponit ſuper caput illius; ſiniſtram vero hinc inde agit, faciem ejus penula, ſeu pluviali contegens, & ſiniſtram ſuam circumfert ſuper collum ejus, & ſuper illius faciem ter, & orat ſecreto.

Deus magne, & admirabilis, qui fecit glorioſa, & mirabilia, quorum non eſt numerus, qui virtute magnus eſt, & inſcrutabilis eſt intelligentia, admirabilis cogita-

gitatione præ hominibus; tu es Deus noſter, qui noſti occulta cordium, qui ſcrutaris renes, & penetras cogitationes, nihil enim eſt, quod abſconditum ſit ab oculis juſti judicii tui, tu ea, quæ futura ſunt, nota facis, Tu es, qui in omnibus generationibus eligis in miniſterium Sanctorum eos, qui tibi placent. Elige Domine, & hunc ſervum tuum ad Presbyteratum, & concede ei, ut moribus irreprehenſibilibus, ac fide indeclinabili recipiat donum magnum Spiritus tui Sancti, ut dignus fiat fungi Sacerdotio Evangelii regni tui, adſtare coram Sancto Altari tuo, offerre dona, & Sacrificia Spiritualia, renovare populum tuum per lavacrum regenerationis; omnibus exhibere ſe lampadem lucis Unigeniti Filii tui tibi coæterni, ordinare & ornare Sanctam Eccleſiam tuam, benefacere per impoſitionem manuum ſuarum; itaut profici-

[illegible]

ficiat verbum Evangelii tui, & glorificetur nomen tuum, ſicuti in univerſo orbe terrarum, ſic etiam in Eccleſia, quæ huic famulo tuo Commiſſa eſt.

Converſus ad Altare, vocem attollit.

Ut ipſe occurrens in ſecundo Adventu magni Domini, Dei, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, in ordine Præsbyterorum recipiat bonam adminiſtrati Officii mercedem ſecundum multitudinem gratiæ Unigeniti Filii tui, per quem, & cum quo tibi convenit gloria, & honor, & poteſtas cum Sancto tuo Spiritu. Nunc.

Epiſcopus dicit. Pax vobis. *Populus.* Et cum. *Et ponit ſuper myſteria & ſuper caput ejus ac dicit.*

Deus magne, & admirabilis per dona, & miracula glorioſa, quæ operaris, & facis, quorum non eſt numerus, qui es magnus virtute, & magnus ſapientia, ſtupendus in mirabilibus, & magnus, ac glorioſus in rebus ſtupendis, qui occultorum es cognitor, &

& cordis, ac renum Scrutator, atque hominum cogitationum penetrator; Tu etiam nunc Domine Deus, qui noſti occulta, & manifeſta hujus ſervi tui, & omnia, quæ fecit, & facit in conſpectu tuo, item & noſtra occulta, quoniam omnium vitam in menſura poſuiſti, Tu, inquam, Domine Deus, qui in omnibus generationibus elegiſti tibi ſanctos, & perfectos, ac facientes bona, eoſque conſtituiſti in miniſterium tuæ divinitatis, & Altaris tui Sancti; modo ergo Domine Deus, elige eum per gratiam tuam, & promove per miſericordiam tuam hunc tuum ſervum N., qui propter multam tuam benignitatem, ac donum divinæ tuæ gratiæ præſentatus eſt hodie ex ordine Diaconorum, ad gradum altum, & ſublimem Præsbyterorum. Tu, Domine, concede ei mores bonos & præſtantes, ut ſtet coram te ſine macula, & miniſtret coram Altari tuo ſine reatu; Concede etiam illi, ut dignus fiat, qui nitide

ܘܒܨܘܝܐ ܕܠܒܐ ܘܕܟܘܠܝ̈ܬܐ . ܘܦܚܨܐ
ܡܬܚܫܒ̈ܬܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ . ܘܐܦ ܗܫܐ ܡܪܝܐ
ܐܠܗܐ ܕܝܕܥ ܐܢܬ ܟܣܝ̈ܬܗ ܘܓܠܝ̈ܬܗ
ܕܥܒܕܐ ܗܢܐ ܘܟܠ ܕܥܒܕ ܘܥܒܕ
ܩܕܡܝܟ . ܘܐܦ ܟܣܝ̈ܬܐ ܕܝܠܢ ܕܟܠ
ܕܟܠܗ . ܡܛܠ ܕܚܝ̈ܐ ܕܟܠ ܒܟܝܠ
ܡܫܘܚܬܐ ܣܡܬ ܐܢܬ . ܐܢܬ ܡܪܝܐ
ܐܠܗܐ ܕܒܟܠ ܕܪ̈ܝܢ ܓܒܝܬ ܠܟ ܩ̈ܕܝ
ܫܐ ܘܓܡܝܪ̈ܐ ܘܥܒܕ̈ܝ ܛܒ̈ܬܐ ܘܐܩܝܡܬ ܐܢܘܢ
ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܐܠܗܘܬܟ ܘܕܡܕܒܚܟ ܩܕܝܫܐ .
ܘܐܦ ܗܫܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܓܒܝܘܗܝ ܒܛ
ܝܒܘܬܟ ܘܐܩܝܡܝܗܝ ܒܡܪܚܡܢܘܬܟ
ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦܠܢ ܗܘ ܕܒܚܢܢܟ ܣܓܝܐܐ
ܘܡܘܗܒܬܐ ܕܛܝܒܘܬܟ ܐܠܗܝܬܐ ܐܬܩܪܒ
ܝܘܡܢܐ ܡܢ ܕܪܓܐ ܕܡܫܡܫ̈ܢܐ
ܠܕܪܓܐ ܪܡܐ ܘܡܥܠܝܐ ܕܩܫܝ̈ܫܐ .
ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܗܒ ܠܗ ܕܘܒܪ̈ܐ ܫܦܝܪ̈ܐ
ܘܡܝܬܪ̈ܐ ܕܢܩܘܡ ܩܕܡܝܟ ܕܠܐ ܡܘܡ .
ܘܢܫܡܫ ܩܕܡ ܡܕܒܚܟ ܕܠܐ
ܚܘܒ̈ܐ . ܘܗܒ ܠܗ ܕܢܫܘܐ ܕܢܫܡܫ
ܕܟܝܘܬܐ

[illegible]

tide miniſterium exhibeat tuo ſancto Evangelio, & honoret thronum tuum ſanctum, tibique offerat Sacrificia perfecta, & dona ſpiritualia, atque renovet Populum fidelem per lavacrum ſpirituale regenerationis ſancti Baptiſmatis, omnibus opera lucis oſtendat; Et dignum ipſum redde, Domine, ut quæcunque facit, recte, & congrue peragat, Eccleſiam ſanctam præclaris ſuis operibus ornet, bona operetur, & juſtitiam exerceat pər donum hoc ſanctæ manus impoſitionis, quam a te accepit, ut cuſtodiat verbum tuum Evangelicum, & glorificetur nomen tuum ſanctum in Cœlo, & in terra, & ita, Domine, in Eccleſia ſancta, quæ commiſſa eſt ſervo tuo N., cuique ſeipſum is devovit, & ad nomen ejus Presbyter ordinatur; Et præſta illi, ut cum gaudio tibi obviam procedat in magno die adventus tui glorioſi cum Angelis tuis, in ordine præclaro Præsbyterorum, recipiatque a te mercedem æco-

æconomatus cum lucro talenti quod negotiatus eſt per miſerationes tuas perpetuas.

Et converſus ad Altare dicit.

Quoniam Deus miſericors es, & multæ miſericordiæ, & clemens, tibique gloriam, & confeſſionem referimus, & Patri tuo, ac Spiritui tuo vivo, & ſancto. Nunc.

Et ponit manum ſuam ſuper myſteria & ſuper caput ejus, dicens.

Domine Deus fortis, & Dominus Univerſorum, ad cujus dominationis honorem Chiliades Chiliadum, & myriades myriadum virtutum ſupernarum in timore, & tremore ſunt conjugatæ; atque cum magna commotione miniſtrant, glorificant, ſanctificant, & benedicunt, atque clamant ſine requie: Tu autem per gratiam tuam & multas tuas miſerationes homines terrenos & Peccatores ad tuum miniſterium conſtituiſti, & effeciſti, atque ſuſcitaſti ex eis Sacerdotes, & Principes Sacerdotum, qui populum tuum regerent, & ratio-

ܡܠܝܠܬܐ ܢܪܥܘܢ . ܘܐܦ ܗܫܐ ܡܪܝܐ
ܐܠܗܐ ܒܥܝܢܢ ܡܢܟ ܘܡܦܝܣܝܢܢ
ܠܪ̈ܚܡܝܟ ܣܓܝ̈ܐܐ ܕܬܚܘܪ ܥܠܝܢ ܒܥܝܢܐ
ܕܪ̈ܚܡܝܟ . ܘܬܫܪܪ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦܠܢ
ܕܐܪܟܢ ܨܘܪܗ ܩܕܡ ܡܕܒܚܟ ܩܕܝܫܐ
ܘܩܕܡ ܒܨܝܪܘܬܢ ܕܢܩܒܠ ܡܢ ܚܛܝ̈ܐ
ܣܝܡܬ ܐܝܕܐ ܗܕܐ ܕܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ .
ܕܢܫܡܠܐ ܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܡܠܐܟܝܬܐ .
ܘܢܫܘܐ ܕܢܫܡܫ ܡܠܦܢܘܬܟ ܫܪܝܪܬܐ
ܘܐܠܗܝܬܐ ܠܫܘܪܪܐ ܘܩܘܝܡܐ ܕܥܕܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ . ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܐܠܗܢ ܫܡܠܝ
ܠܗ ܒܗ ܒܟܗܢܘܬܐ ܗܕܐ ܘܣܝܡܬ
ܐܝܕܐ ܕܡܩܒܠ ܡܢܟ ܝܘܡܢ ܒܝܕ
ܡܢ ܚܛܝ̈ܐ ܕܝܠܢ ܘܡܫܪܝܘܬܐ
ܕܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ ܘܡܥܕܪܢܘܬܐ ܕܛܝܒܘܬܟ ܀
ܘܡܬܦܢܐ ܠܡܕܒܚܐ ܘܐܡܪ ܀
ܡܛܠ ܕܐܠܗܐ ܡܪܚܡܢܐ
ܡܘܗ̈ܒܬܐ ܘܥܬܝܪ ܒܪ̈ܚܡܐ ܐܢܬ ܀
ܘܠܟ ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ ܡܣܩܝܢܢ
ܘܠܝܚܝܕܝܐ ܒܪܐ ܕܝܠܟ ܘܠܪܘܚ
ܚܝܐ

rationales tuas oves paſcerent. Nunc etiam, Domine Deus, te precamur, atque multas tuas miſericordias obſecramus, ut oculo tuæ miſericordiæ reſpicias in nos & confirmes hunc tuum ſerſtum N. qui collum ſuum inclinavit coram Altari tuo ſancto, & coram humilitate noſtra, ut a nobis peccatoribus ſuſcipiat hanc Spiritus tui Sancti impoſitionem manus, ut adimpleat miniſterium hoc Angelicum, & promereatur miniſtrare doctrinam tuam veram, & divinam ad confirmationem, & ſtabilitatem Eccleſiæ Sanctæ. Tu, Domine Deus noſter, perfice illum per hoc Sacerdotium, & impoſitionem manus, quam hodie a Te accipit per nos peccatores, & inhabitationem Spiritus tui Sancti, & auxilium gratiæ tuæ.

Et converſus ad Altare dicit.

Quoniam Deus multorum donorum, & dives in miſericordia es; tibique gloriam, & confeſſionem attollimus, & Unigenito Filio

tuo,

tuo, ac Spiritui tuo vivo, ſancto, bono, adorando, vivifico, ac tibi conſubſtantiali. Nunc.

Et manum ſuam ponit ſuper caput ejus dicens.

Domine Deus, qui omnia voluntate tua contines, qui hominem creaſti, & impleviſti eum Spiritu flatus tui, & perfeciſti eum omnibus ſuis Propriis, intellectu, & ſapientia, & ſcientia divina, qui divina Chariſmata, & magnifica, & admiranda tribuiſti nobis, & conſtituiſti nos in Eccleſia tua ſancta Paſtores, Sacerdotes, & Doctores venerabiles, & Rectores, cum digni non eſſemus calcare limina portarum illius propter peccata, & ſcelera noſtra; & nunc, Domine Deus, oramus, & depræcamur te, ut mittas ſuper ſervum tuum hunc N. Spiritum tuum ſanctum, & per participationem illius promereatur gradum Præsbiteratus, ad quem, Domine, vocaſti eum & conſtituiſti ipſum coram Altari ſancto gloriæ tuæ, ut faciat voluntatem tuam bonam

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

nam & acceptam, faciens, & implens miniſteria pura totius ſanctæ Eccleſiæ, & offèrat Sacrificia bona, & holocauſta perfecta, & oblationes ſpirituales; & concede ei, Domine, ut in hoc gradu ſpirituali proſperetur in omnibus mandatis tuis, & cuſtodiat leges tuas ſequens omnem viam juſtitiæ, tibique, Domine, placeat in omnibus operibus ſuis, & actibus ſuis præſtantibus.

Et converſus ad Altare dicit.

Tibi, Domine largitor bonorum, & donorum præſtantium, & cœleſtium; gratias agens, & adorans, ac glorificans cunctis diebus vitæ ſuæ. Pater.

Diaconus proclamat hymnum Ephremiticum.

Stemus omnes in oratione coram cognitore ſecretorum, & petamus miſericordiam, & clementiam a Deo miſericorde.

Requievit Altiſſimus ſuper montem Synai, & demiſit manum ſuam ſuper Moyſen; & Moyſes eandem im-

impoſuit, Aaroni, & deducta eſt ad Joannem. Joannes poſuit manum ſuper Dominum noſtrum, & Dominus noſter eam rradidit Apoſtolis, & Apoſtoli benedicti poſuerunt eam ad omnes gradus Sacerdotii. Hunc gradum Sacerdotii poſuerunt nobis Apoſtoli Sancti, & ecce hodie in Eccleſia, per manus Patris noſtri perficitur. Sacerdotes, qui illum induerunt, mundi ſint, & Epiſcopi ſanctificentur, & Diaconi, ac Lectores accipiant remiſſionem debitorum ſuorum. Parce, Deus, Populo tuo, & miſerere Gregis tui, ac perfice ſervum tuum donis tuis, & gratia tua in mente ejus habitet.

Epiſcopus aperiat manus Electi, & extendat eas, atque unam alteri palmæ adjungat orans ac dicens.

Sanctus Deus Pater veritatis, a quo profluit hominibus ſanctitas, Tu, Domine, per miſericordiam tuam finxiſti ab initio Adamum, illumque formaſti in tui ſimilitudine, & omnibus pulchritudinibus eum ornaſti, &

ܚܝ̈ܐ܆ ܘܣܡܬܝܗܝ ܒܥܕܝܢ ܡܒܣܡܐ
ܒܦܘܩܕܢܐ ܕܢܗܘܐ ܟܢܪܐ ܕܙܡܪ ܫܘܒܚܟ
ܘܢܘܕܐ ܠܫܡܟ ܐܝܟ ܡ̈ܠܐܟܐ܆ ܘܐܠܒܫܬܝܗܝ
ܫܘܒܚܐ ܕܢܗܘܐ ܟܘܡܪܐ ܪܒܐ ܘܟܗܢܐ ܢܗܝܪܐ
ܠܬܫܡܫܬܐ ܕܐܠܗܘܬܟ ܘܡܫܡܫܢܐ
ܕܐܪ̈ܙܝܟ܆ ܘܟܕ ܒܥܒܪܐ ܕܥܠ
ܦܘܩܕܢܟ ܢܦܠ ܘܡܢ ܫܘܒܚܗ ܐܬܓܠܙ ܗܘܐ
ܘܡܢ ܬܫܡܫܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܐܬܢܘܟܪܝ ܗܘܐ܆
ܡܚܣܢ ܠܟܠܗܘܢ ܐܢܬ ܚܢܢܐ ܘܫܕܪܬ ܠܒܪܟ
ܚܒܝܒܐ ܨܠܡܐ ܕܐܝܬܘܬܟ
ܘܨܘܪܬܐ ܕܪܒܘܬܟ ܘܢܚܬ ܒܪܥܝܢܐ
ܛܒܐ ܘܛܥܡ ܡܘܬܐ ܚܠܦܘܗܝ
ܒܦܓܪܐ ܕܠܒܫ ܡܢ ܒܬܘܠܬܐ
ܘܦܪܩܗ ܡܢ ܣܟܠܘܬܗ ܘܐܦܢܝܗ ܠܐܬܪܗ
ܩܕܡܝܐ܂ ܘܒܕܡܐ ܘܡ̈ܝܐ
ܕܢܦܩܘ ܡܢ ܓܢܒܗ ܗܘܐ ܗܘܐ ܚܘܣܝܐ
ܠܟܠܗ ܥܠܡܐ ܘܟܕ ܐܣܬܠܩ
ܠܘܬܟ ܐܒܐ ܕܫܕܪܗ ܗܘܐ ܐܝ̈ܕܘܗܝ
ܕܟܝ̈ܬܐ ܘܩܕܝ̈ܫܬܐ ܠܬܠܡܝ̈ܕܘܗܝ ܩܕܝ̈ܫܐ
ܘܐܢܫܒ

& illi dediſti ſpiraculum vitæ, ac ipſum poſuiſti in Eden ſuaviſſimo, ut eſſet Cynara, quæ canat gloriam tuam, & confiteretur nomini tuo ad Angelorum inſtar, & illum induiſti gloria, ut eſſet ſummus Pontifex, ac nitidus Sacerdos miniſterii tuæ Deitatis, & miniſter Sacramentorum tuorum; Cum autem ob tranſgreſſionem præcepti tui prolapſus cecidiſſet, & propria gloria privatus a primo miniſterio alienus fuiſſet factus, propitius illi factus, o clementiſſime, Filium tuum dilectiſſimum imaginem tuæ eſſentiæ, & figuram tuæ majeſtatis miſiſti, qui bona voluntate deſcendens, mortem pro illo guſtavit in corpore, quod induit ex Virgine, & eum redemit ab ipſius ignorantia, eumque revocavit in primam patriam, & per ſanguinem, ac aquam, quæ ex ſuo latere profluxerunt, factus eſt propitiatio toti mundo; ubi autem ex monte olivarum aſcendit ad Te Patrem ſuum, qui ipſum miſeras, poſuit puras, ac ſanctas manus

nus ſuas ſuper ſanctos ſuos Diſcipulos & demiſit ſuper eos virtutem ſuam occultam unacum Sacerdotio, miſitque ſuum ſanctum Spiritum qui habitavit in eis, eoſque ſapientes effecit, & egreſſi docuerunt, & converterunt populos ad Deum, & docuerunt eos fidem veritatis, conſtitueruntque Sacerdotes, & Paſtores, & Miniſtros, novem gradus in medio Eccleſiæ, & Sacerdotium inſtituerunt juxta numerum novem Chororum Angelicorum, & ecce deducitur in quatuor finibus. Et nos etiam pauperes, & peccatores famuli tui, & opus manuum tuarum ſanctarum, qui a tuis ſanctis Apoſtolis accepimus poteſtatem Sacerdotii cum indigni eſſemus, rogamus te & obſecramus miſericordiam tuam pro ſervo tuo iſto N. qui expectat donum tuum magnum per impoſitionem manuum, quam accipit a nobis in hoc inſtanti, ut conferas illi Sacerdotium, & donum Spiritus tui Sancti.

[Syriac text]

Hìc Epiſcopus pollicem ſuum Chriſmate intingit, & ungit palmas Electi, Crucem ducens a pollice dextræ manus ad indicem ſiniſtræ, & a pollice ſiniſtræ ad indicem dextræ, & unctas palmas ambas jungit dicens.

Et unge eum ✠ de Sancto tuo vivo, & commiſce eum tuis divinis Sacramentis, & concede ordinem hunc Præsbyteratus huic ſervo tuo, eique tribue, ut ſine macula, ac ſine reatu conſiſtat cunctis diebus vitæ ſuæ, ore quidem ſuo tibi gloriam, & lingua ſua tibi confeſſionem referens amictus ſancto ſchemate altiſſimi gradus Sacerdotii, & commiſceatur cum Sacerdotibus puris, qui te placaverunt præclaris ſuis operibus, ac ſuis miniſteriis.

Et converſus ad Altare dicit.

Atque unanimes attollamus tibi gloriam, & confeſſionem pro tuis auxiliis, & gratiis, ac multitudine tuorum donorum; atque Filio tuo Unigenito Salvatori animarum noſtrarum; Et

Et Spiritui tuo Sancto ; inveniamuſque miſericordiam, & clementiam unacum omnibus illis , qui ab initio tibi placuerunt , & Dominationi tuæ grati fuerunt, Domine Deus noſter .

Et dicit .

Pater noſter , qui es in cœlis , ſanctificetur nomen tuum in ſervo tuo , veniat ad eum regnum tuum, fiat in ipſo voluntas tua , & per gratiam tuam ſtet coram Altari tuo , ejuſque oblationes ſuſcipiantur per miſerationes tuæ Deitatis , Corpus tuum diſtribuat tuis Ovibus , Sanguinem tuum miſceat tuo Gregi , per ipſum populo tuo propitiationem concede , & congregationi tuæ remiſſionem peccatorum ; ejuſque oblationes recipe inſtar Abelis ; tibique , ut Noe , placeat , in miniſterio tuo conſiſtat , ut Melchiſedec ; Sacerdotium per eum honoretur , ut per Simonem , & Joannem ; ac purum tibi exhibeat miniſterium cunctis diebus vitæ ſuæ . Nunc .

Inclinatus dicit . Reſpice in

ܘܥܠ ܬܫܡܫܬܢ܆ ܘܕܟܝܢ ܡܢ ܟܠܗܘܢ
ܟܘܬ̈ܡܐ ܗܒ ܡܢ ܫܡܝܐ ܛܝܒܘ ܐܝܟ
ܠܡܫܡܫܢܘܬܐ ܟܘܢܐ ܕܟܗܢܘܬܟ܆ ܐܡܝܢ ܕܢܫܡܫ
ܟܗ ܡܫܡܫܢܘܬܟ ܘܠܐ ܥܕܠܐ ܠܟܘ̈ܢ ܟܠ
ܘܢܫܟܚ ܪ̈ܚܡܐ ܩܕܡܝܟ ܥܡ ܟܠܗܘܢ
ܐܝܠܝܢ ܕܡܢ ܥܠܡ ܫܦܪܘ ܠܟ ✱
ܘܡܩܝܡ ܠܗ܆ ܘܡܪܝܡ ܩܠܗ ܘܐܡܪ ✱
ܡܛܠ ܕܐܢܬܗܘ ܪܚܡ ܪ̈ܚܡܐ܆ ܘܡܪܚܡܢܘܬܐ
ܝܐܝܐ ܠܟ ܫܘܒܚܐ܆ ܘܐܝܩܪܐ ܘܣܓܕܬܐ
ܘܐܦ ܠܒܪܟ ܚܒܝܒܐ ܡܢ ܟܠ ܥܡ ܒܪܟ
ܚܒܝܒܐ ܘܪܘܚܟ ܩܕܝܫܐ܆ ܗܫܐ ✱
ܘܚܬܡ ܠܗ ܒܨܠܝܒܐ ܘܐܡܪ ✱
ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܚܝܠܬܢܐ ܚܘܪ ܡܢ ܫܡܝܐ
ܘܚܙܝ ܘܣܥܘܪܝܗ ܠܓܦܬܐ ܗܕܐ ܘܢܨܒܬܐ
ܕܢܨܒܬ ܝܡܝܢܟ ܘܥܠ ܒܪܢܫܐ
ܕܐܚܝܠܬ ܠܟ ܐܒܐ ✠ ܘܒܪܐ ✠ ܘܪܘܚܐ ✠
ܕܩܘܕܫܐ܆ ܗܫܐ ✱
ܘܣܐܡ ܐܝܕܗ ܥܠ ܪܫܗ ܘܐܡܪ ✱
ܐܬܬܣܝܡ ܒܥܕܬܐ ܕܐܠܗܐ ✱
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܡܟܪܙ ✱ ܦܠܢ ܩܫܝܫܐ ܠܡܕܒܚܐ
ܩܕܝܫܐ

in nos Domine, & in miniſterium noſtrum, & munda nos ab omnibus ſordibus, e cœlo gratiam tribue huic ſervo tuo, ut per donum tuum mereatur ſine culpa Sacerdotio tibi fungi, & invenire gratiam in conſpectu tuo, cum omnibus illis, qui a ſæculo tibi placuerunt.

Erigit eum, & alta voce dicit.

Quia tu es, qui vis miſericordiam, & benignitatem, tibique convenit gloria, & honor, & adoratio ab omnibus; & Filio tuo dilectiſſimo, ac Spiritui Sancto tuo. Nunc.

Et Cruce eum ſignat dicens.

Domine Deus fortis reſpice de cœlo, intuere, & viſita vitem hanc, & plantam, quam plantavit dextera tua, & Filium hominis, quem confirmaſti tibi, Pater ✠ & Fili ✠ ac Spiritus Sancte ✠. Nunc.

Et ponit manum ſuper caput ejus, ac dicit.

Ordinatus eſt in Eccleſia Dei.

Archidiaconus proclamat.

N. Præsbyter ad Altare ſan-

ſanctum Eccleſiæ ſanctæ Oppidi N.

Epiſcopus . N. Præsbyter ad Altare ſanctum Eccleſiæ ſanctæ Oppidi Orthodoxorum , quod prænominatum eſt , in nomine Patris ✠ *Amen* . & Filii ✠ *Amen* . & Spiritus ✠ Sancti in ſæcula . *Amen* .

In qualibet autem invocatione in fronte Electi ducit Signum Crucis, & inclinatus dicit .

Gratias agimus tibi Domine Omnipotens pro omnibus , & propter omnia , & laudamus , & glorificamus nomen tuum ſanctum , quia magnificaſti facere nobiſcum , & donum tuum requievit ſuper hunc ſervum tuum ; Rogamus te , & deprecamur , Domine , exaudi nos propter multitudinem miſerationum tuarum , & complaceat tibi in hac Chirotonia Præsbyteratus , quæ facta eſt ſuper hunc ſervum tuum per adventum Spiritus tui Sanctiſſimi , & adde vocationi huic plaſmatis tui ſanctitatem , & gratiam bonitatis tuæ ; & elige

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ܘܐܡܪ ✱
[illegible]
[illegible]
[illegible]
ܘܐܡܪ ✱
[illegible]
[illegible]
[illegible]

ge nos, & eum ad bonum, & concede negotiari tibi talentum, quod accepit.

Et elata voce dicit.

Ut cum omnibus illis, qui a ſæculo placuerunt voluntati tuæ, accipiat mercedem Diſpenſatorum Fidelium, & Sapientum in adventu ſecundo de Cœlo Domini noſtri, Dei magni, & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti; cum quo tibi convenit gloria, honor, & poteſtas una cum Spiritu tuo Sanctiſſimo, bono, adorando, vivifico, ac tibi conſubſtantiali. Nunc. (1)

Et induit illum Cingulo, eoque lumbos ipſius præcingit dicens.

Præcinge, Domine, hunc Servum tuum N. Præsbyterum cingulo puritatis, & ſanctitatis. *Amen.*

Et Amictum ponit ſuper caput ejus, & dicit.

Indue, Domine, Servum tuum hunc N. galeam ſalutis ad Altare Sancti Domini N. Oppidi benedicti N. In

(1) Exſtat in margine Arabica manu deſcripta hæc rubrica: quod Epiſcopus & ordinandus hoc loco manus ſuas abluere debeant, quæ Cœremonia in codice præſcribitur facienda poſt lectionem Evangelij.

In nomine Patris. ✠ *Amen.* & Filii ✠ *Amen.* & Spiritus Sancti ✠ in ſæcula. *Amen.*

Et orario involvit collum ejus dicens. Indue Domine ſervum tuum hunc Præsbyterum Orario Sacerdotii ad Altare ſanctum ſancti Domini N. in nomine Patris ✠ *Amen.* & Filii. ✠ *Amen.* & Spiritus Sancti ✠ in ſæcula. *Amen.*

Et Stola, ſeu Planeta, ſeu Pluviali, ſeu Caſula (1) *induit eum dicens.*

Indue, Domine, hunc tuum ſervum N. ordine præclaro, & decenti, indumento iſto honorabili Sacerdotii ad laudem, honorem, decus, & exaltationem Trinitatis Sanctæ, & conſubſtantialis; & ad tranquillitatem, ac ædificationem Sanctæ Eccleſiæ Sancti Domini N. Oppidi N. In nomine Patris ✠. *Amen.* Et Filii ✠ *Amen.* Et Spiritus ✠ Sancti in ſæcula. *Amen.*

Epiſcopus manum ſuam imponit Capiti ejus dicens.

Impo-

(1) Id enim exprimit hoc loco vox Syriaca, & adnotatio ſeu expoſitio Arabica inſerta in textu; ſed de Sacris indumentis Syrorum ſuo loco dicemus.

[illegible]

Imponimus veſtem hanc ſacerdotalem N. Præsbytero in Eccleſia ſancta Sancti Domini N. in qua impoſitum eſt ſignaculum Apoſtolicum, & Ortodoxum, ad laudem, & honorem Trinitatis ſanctæ ad pacem, & ædificationem, confirmationem, ac exaltationem ſanctæ Dei Eccleſiæ, ad Commemorationem Dominæ Mariæ Genitricis Dei, & ad memoriam Apoſtolorum Sanctorum, & Prophetarum veracium, ac Martyrum illuſtrium, & victorum. Nunc.

Pſalm. *Laus illi Paſtori.*

Laus illi, qui conſtituit Altaria, & Oblationes; & pro iis inſtituit Sacerdotes ad ſui honorem. Laudate Dominum, qui pro iis inſtituit; Laudate eum in firmamento, Sacerdotes ad propitiationem. Laus illi Paſtori, qui Gregem ſuum ornavit Sacerdotibus & Epiſcopis, & Altaribus, & Oblationibus.

Apoſtolus ex Epiſtola 1. *ad Corinth.* Fratres mei, poſuit Deus in Eccleſia ſua primùm Apoſtolos; poſt hos, Pro-

Prophetas; poſt hos, Doctores; poſt hos, Operatores virtutum; poſt hos dona curationis; & auxiliatores, & Rectores, & genera linguarum.

Ex Epiſt. I. ad Timoth. Fidelis eſt ſermo: Si quis Præsbyteratum deſiderat, opus bonum deſiderat: Hæc doce, & præcipe.

Ex Epiſt. ad Titum. Propter hoc reliqui te in Creta, ut ea, quæ deficiunt, ordines, & conſtituas Præsbyteros per ſingulas Civitates ut præcepi tibi *&c. uſq.* in doctrina ſua ſana, & redarguere eos, qui contradicunt.

Item ex Ep. 1. ad Timoth. In his meditare, & in his converſare, ut manifeſtum ſit omni homini, quod proficis, nec ſpernas donum, quod eſt in te, quod datum eſt tibi per prophetiam, & per impoſitionem manus Præsbyterii. Attende tibi ipſi, & doctrinæ tuæ, & in his permane: Cum enim hæc feceris, teipſum vivificabis, & eos, qui te audiunt. Et ipſi.

ܒܬܪܗܘܢ ܡܠܦܢܐ ، ܒܬܪܗܘܢ ܥܒ̈ܕܝ ܚܝܠܐ
ܒܬܪܗܘܢ ܡܘܗܒܬܐ ܕܐܣܝܘܬܐ ܘܡܥܕܪܢܘܬܐ ،
ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ، ܘܙܢܝ̈ܐ ܕܠܫܢ̈ܐ ✱

ܘܬܘܒ ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܠܘܬ ܛܝܡܬܐܘܣ ،
ܡܗܝܡܢܐ ܗܝ ܡܠܬܐ ܕܐܢ ܐܢܫ
ܪܓܝܓ ܩܫܝܫܘܬܐ ܥܒܕܐ ܛܒܐ ܪܓܝܓ ، ܗܠܝܢ
ܐܠܦ ܘܦܩܘܕ ܐܢܝܢ ✱

ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܕܠܘܬ ܛܛܘܣ ✱
ܡܛܠ ܗܕܐ ܫܒܩܬܟ ܒܩܪܛܐ ܕܬܬܪܨ ܡܕܡ ܕܚܣܝܪ ܘܬܩܝܡ
ܩܫܝ̈ܫܐ ܒܟܠ ܡܕܝܢܐ ܐܝܟ ܕܐܢܐ ܦܩܕܬܟ
ܥܕܡܐ ܠܡܒܥܐ ܒܝܘܠܦܢܐ ܚܠܝܡܐ
ܘܠܡܟܣܘ ܠܐܝܠܝܢ ܕܩܝܡܝܢ ܠܘܩܒܠܗ ✱

ܘܬܘܒ ܡܢ ܐܓܪܬܐ ܩܕܡܝܬܐ ܕܠܘܬ
ܛܝܡܬܐܘܣ ✱

ܒܗܠܝܢ ܗܘܝ ܗܓܐ ܘܒܗܝܢ ܗܘܝ ܕܬܬܝܕܥ
ܬܘܣܦܬܟ ܠܟܠ ܐܢܫ ܘܠܐ ܬܒܣܐ
ܒܡܘܗܒܬܐ ܕܐܝܬ ܠܟ ، ܗܝ ܕܐܬܝܗܒܬ ܠܟ
ܒܢܒܝܘܬܐ ܘܒܣܝܡ ܐܝܕܐ ܕܩܫܝܫܘܬܐ ،
ܐܙܕܗܪ ܒܢܦܫܟ ܘܒܝܘܠܦܢܟ ܘܩܘܝ
ܒܗܘܢ ، ܟܕ ܗܠܝܢ ܓܝܪ ܥܒܕ ܐܢܬ
ܠܢܦܫܟ ܐܚܐ ܘܠܐܝܠܝܢ ܕܫܡܥܝܢ ܠܟ ، ܐܦ ܗܢܘܢ ✱

ܦܘܩܕܢܐ * ܟܗ̈ܢܝܟ ܢܠܒܫܘܢ ܙܕܝܩܘܬܐ
ܘܙܕܝ̈ܩܝܟ ܫܘܒܚܐ ܗܠܠܘܝܐ *
ܩܪܝܢܐ . ܢܩܪܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܢ
ܝܘܚܢܢ *
[illegible]

Reſponſorium. Sacerdotes tui induantur juſtitiam, & juſti tui gloriam. All.

Epiſcopus legat Evangelium Johan.

Cum autem dimiſſi fuiſſent; dixit Jeſus Simoni Cephæ, Simon Barjona amas me pluſquam iſti *&c. uſque*. Sequere me. Et Pax.

Archidiaconus prædicat Lytaniam.

Chriſte Deus omnium noſtrum, qui elegit in medio Eccleſiæ ſuæ ſanctæ Sacerdotes reſplendentes, & veraces, qui Sacerdotio fungerentur in puritate, & unanimes ſanctificarent Corpus & Sanguinem ipſius ad propitiationem debitorum, & remiſſionem peccatorum. Præcamur.

Chriſte, qui cognoſcit occulta, & ſcrutatur cor, & renes, qui elegit & obtulit hodie hunc ſervum ſuum N. quem vocavit, & promovit ad ordinem perfectum Præsbyteratus. Adoramus.

Chriſte. Qui a Cherubim benedicitur, & a Seraphim ſanctificatur, & ab An-

Angelis laudatur, a Vigilibus celebratur, a Spiritualibus exaltatur. Præcamur.

Chriſte. In cujus conſpectu adſtant millia millium, & ad cujus Majeſtatis miniſterium trementes conjugatæ ſunt myriades myriadum, atque conſtituit ſibi in ſancta Eccleſia Sacerdotes caſtos de genere noſtro, qui annunciarent Evangelium ipſius populis redemptis per Crucem ſuam: ſupplicamus.

Chriſte. Cujus verbo vivifico & gratia divina juſſi ſunt ſervi tui, ut diligenter invigilarent, & parati eſſent ad hoc miniſterium, ad quod oblati ſunt, & electi. Præcamur.

Chriſte. Parce, & miſerere omnium noſtrum ſecundum miſericordiam tuam, & gratiam tuam; paſce, & guberna nos ſecundum miſerationem tuam, & perfice conſiſtentiam noſtram coram te pro ſervo tuo N. Præsbytero, & placeat tibi impoſitio manus, quam hodie accepit; atque trina voce, qua ſibi complacet tua Divinitas, mereamur dicere tri-

ܩܘܪܝ : ܩܘܪܝ : ܩܘܪܝܐ ✱

ܟܗܢܐ ܡܨܠܐ ✱ ܝܗܘܒܐ ܕܛܒ̈ܬܐ

ܘܡܘܗܒܢܐ ܕܡܘܗ̈ܒܬܐ ܗܒ ܠܢ

ܒܛܝܒܘܬܟ ܘܐܫܘܐ ܠܢ ܒܪ̈ܚܡܝܟ

ܕܢܫܡܥ ܣܒܪܬܟ ܘܢܣܬܟܠ ܡ̈ܠܝܟ

ܚ̈ܝܐ ܘܢܛܪ ܘܢܥܒܕ ܦܘܩܕ̈ܢܝܟ ܘܩܒܠ

ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܥܒܕܟ ܘܢܫܦܪܢ ܠܟ ܨܠܘ̈ܬܐ

ܕܣܓܘ̈ܕܝܟ : ܘܬܩܒܠ ܬܫܡܫܬܐ

ܕܚܛ̈ܝܐ ܘܫܡܠܝ ܥܡܢ .

ܪ̈ܚܡܝܟ : ܐܒܐ ✱

ܘܝܗܒ ܠܗ ܦܝܪܡܐ ܘܣܐܡ ܒܗ

ܒܣ̈ܡܐ ܘܡܚܕܪܝܢ ܠܗ ܘܡܛܥܢܝܢ

ܠܗ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܥܠ ܚܕܝܗ ܘܣܝܡܝܢ

ܒܦܝܢܟܐ ܦܓܪܐ ܚܝܐ ܘܡܬܥܒܕ ܙܘܚܐ ✱

ܒܩܠܐ ܦܫܝܛܐ ✱ ܥܠ ܦܣܬ ܐܝ̈ܕܝ ܒܪܐ

ܒܢܝܐ ܥܕܬܐ : ܘܥܠ ܛܟ̈ܣܐ ܕܬܪܥܣܪ

ܫܠܝ̈ܚܐ

tribus vicibus: Kyr. Kyr. Kir.

Epiſcopus orat.

Largitor bonorum, & Dator munerum, da nobis per gratiam tuam, & præſta nobis per miſerationes tuas, ut audiamus Evangelium tuum, & intelligamus verba tua vivifica, & cuſtodiamus ac faciamus tua mandata; atque ſuſcipe prædicationem ſervi tui, tibique placeant orationes Adoratorum tuorum, & acceptum tibi ſit miniſterium noſtrum peccatorum, tuaſque miſerationes nobiſcum perfice; Pater.

Et tradit illi thuribulum, ac ponit aromata, & circumducunt eum, illique portandum ad pectus datur Evangelium, & ponunt in Diſco Corpus vivum, ac proceſſio inſtituitur. (a)

tono ſimplici.

Super volam manuum Filii ædificata eſt Eccleſia, & ſuper ordines duodecim Apoſtolorum electorum poſita

(a) Arabice exponitur, quod omnes inſtituta in Eccleſia proceſſione egredi debeant, & poſt omnes ſacerdotes Ordinatus a duobus ducitur per duo oratia, ac illi Epiſcopus tradit thuribulum, ut populum incenſet. In altera vero proceſſione aufert ab eo thuribulum illique ad pectus portandum dat librum Evangeliorum. In tertia demum collocat corpus dominicum in Calice vel in patena, illud que ſuper caput ejus ponit, atque tegit velo magno, quod ambabus manibus teneat cum ſumma diligentia, & duo quidem miniſtri flabella ſuper ipſum motitant, reliqui vero pſallunt.

ſita . Dominus autem noſter dedit illi virtutem , & poteſtatem conterendi omnia idola erroris . Conflavit ei arma veritatis , Crucem vivam , & impreſſionem Chriſmatis , cujus virtute Sacerdotes ſanctificantur . All. iterum Alleluja . Domine noſter ſuſcipe per tuas miſerationes noſtram proceſſionem , exaudi orationem noſtram , & miſerere nobis Salvator Mundi . Aſcendit Moyſes in Montem Sinai , & vidit ibi tabernaculum DomusDei, & ſplendorem ex eo contractum induit , & deduxit ſecum typos , & ſimilitudines iſtas , quas viderat in illa Primogenitorum Eccleſia . Et Tabernaculum temporis attulit & evexit , ut ſcriptum eſt , & ſanctificatum eſt a Domino , & in medium ejus ingreſſus habitavit . All. iterum Allel. Domine noſter per miſerationes tuas ſuſcipe miniſterium noſtrum , exaudi orationem noſtram , & miſerere nobis Salvator Mundi .

Sanctus es o Amator hominum .

San-

ܩܕܝܫܐ . ܐܠܗܐ ܕܫܕܪ ܠܒܪܗ .
ܘܡܟܪ ܠܗ ܠܥܕܬܐ ܗܘ̄ ܕܢܬܩܕܫ ܒܗ .
ܩܕܝܫܐ . ܚܝܠܬܢܐ ܕܒܗ ܐܬܦܢܝܬ ܀
ܗ̇ܝ ܡܪܥܝܬܐ ܡܢ ܦܬܟܪ̈ܐ ܕܣܪܝܩܘܬܐ .
ܩܕܝܫܐ : ܠܐ ܡܝܘܬܐ ܕܒܡܘܬܗ .
ܦܪܩܗ̇ ܠܥܕܬܐ ܡܢ ܐܝܕܝܗ ܕܡܘܬܐ
ܡܒܠܥܢܐ . ܕܐܙܕܩܦܬ . ܦܪܘܩܢ ܥܠ ܓܓܘܠܬܐ ܀
ܘܥܕܬܟ ܒܕܡܟ ܐܬܦܪܩܬ ܡܢ ܛܥܝܘܬܐ .
ܘܗܐ ܝܘܡܢܐ : ܒܢ̈ܝܗ̇ ܦܪ̈ܝܩܝܢ
ܒܨܠܝܒܟ . ܡܢ ܒܝܫܐ ܘܚܝ̈ܠܘܬܗ
ܕܡܩܪܒ ܠܩܘܒܠܗܘܢ . ܘܡܙܝܚܝܢ ܠܗ .
ܦܓܪܟ ܘܕܡܟ ܩܕܝܫܐ . ܘܫܩܠܝܢ ܠܗ
ܘܡܬܚܣܝܢ ܒܗ ܡܢ ܚܘ̈ܒܝܗܘܢ .
ܘܩܥܝܢ ܘܐܡܪܝܢ . ܒܪܝܟ ܕܡܟܪ ܠܥܕܬܐ
ܗܘ̄ . ܘܥܒܕܗ̇ ܟܠܬܐ ܡܫܒܚܬܐ
ܘܚܬܡܗ̇ ܒܕܡܗ . ܘܗܐ ܡܩܪܒܐ
ܠܗ . ܕܫܦܝܪ̈ܐ ܩܘܪ̈ܒܢܐ ܘܚܒ̈ܝܒܐ .
ܘܙܡܪܐ ܫܘ̄ ܗ̇ܝ ܘܒ̈ܢܝܗ̇ ܠܥܠܡܝܢ
ܥܠܡܝܢ ܀

ܣܝܡ̄ ܐܦܣܩ ܐܝܕܗ ܥܠ ܪܫܗ ܕܡܬܢܣܒ
ܕܡܫܡܫܢܐ

Sanctus: Deus, qui miſit Filium ſuum. Et deſponſavit ſibi Eccleſiam Sanctitatis, ut in ipſa celebraretur. Sanctus: Fortis, per quem converſus eſt: Grex iſte ab Idolis vanitatis. Sanctus: Immortalis. Qui morte ſua redemit Eccleſiam de manu mortis devorantis. Qui crucifixus es: Salvator noſter ſuper Golgotham. Et Eccleſia tua liberata eſt per tuum Sanguinem ab errore: En hodie: Filii ejus Cruce tua redempti ſunt; a Malo, & ejus virtutibus, qui pugnat cum ipſis. Et cum pompa circumferunt: Corpus tuum, & Sanguinem tuum ſanctum; Ac ipſum tollunt, & expiationem ſuorum debitorum per ipſum obtinent. Et clamant, ac dicunt: Benedictus, qui deſponſavit Eccleſiam ſanctam, eamque fecit Sponſam glorioſam, & proprio Sanguine ſignavit. Et en illi offert: Dona grata, & dilecta. Et canit gloriam ipſa cum filiis ſuis uſque in ſæculum.

Epiſcopus imponit manum ſuam ſuper caput ejus ſub diſ-

diſcto corporis, & orat.

Eja, Domine Deus, a te petimus, & clementiam tuam exoramus, demitte gratiam tuam, benedictionem tuam, & dexteram tuæ Divinitatis, ac miſerationes tuas, & clementiam tuam, ſanctitatem tuam, & majeſtatis tuæ virtutem abſconditam, quæ deſcendit ſuper Montem Sinai, & illuſtratus eſt ea Moyſes Propheta, ipſa deſcendat, & requieſcat cum dextera mea peccatrice ſuper caput hujus ſervi tui, qui a Te accepit hodie gradum magnum & glorioſum, ac ſublimem Sacerdotii: Tu, Domine, concede illi verbum veræ fidei, & aperitionem oris in ſcientia tua, & puritatem, ac ſanctitatem, atque conſiſtentiam ſine reatu coram miniſterio Sacramentorum tuorum ſanctorum, ad confirmationem, & exaltationem, ac ædificationem Eccleſiæ ſanctæ; & ad laudem, honoremque nominis adorandi, & glorioſi Divinatis tuæ; Et ad miniſterium, ac ornamentum ſancti Altaris tui, & ad aſſiſten-

ܒܟܘܪܣܝܐ ܐܝܩܪܐ ܕܪܒܘܬܐ ܘܒܦܪܗܣܝܐ
ܘܒܣܘܟܝܐ ܕܒܗ ܡܐܬܝܬܐ ܕܝܠܟ
ܘܠܗܘܢ ܕܡܢ ܠܥܠܡ ܫܦܪܘ ܠܟ ܒܦܝܣܐ
ܘܒܒܥܘܬܐ ܕܝܠܕܬ ܐܠܗܐ
ܡܪܝܡ : ܘܕܟܠܗܘܢ ܩܕ̈ܝܫܐ : ܐܡܝܢ ✱
ܘܣܐܡ ܨܠܝܒܐ ܥܠ ܪܫܗ ܘܐܡܪ ✱
ܡܒܪܟ ܐܢܬ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܥܠ ܟܠ :
ܗܘ ܕܒܡܘܗܒܬܐ ܡܫܚܠܦܬܐ ܡܨܒܬ
ܐܢܬ ܘܡܪܘܡܡ ܐܢܬ ܠܥܕܬܟ ܩܕܝܫܬܐ :
ܗܘ ܕܓܒܝܬ ܠܟ ܡܢ ܥܠܡܐ ܒܕܝܬܩܐ
ܩܕܡܝܬܐ ܘܥܬܝܩܬܐ ܫܒܥܝܢ ܟܗ̈ܢܐ
ܘܡܠܝܬ ܐܢܬ ܐܢܘܢ ܪܘܚܐ ܕܢܒܝܘܬܐ
ܘܒܗܝ ܗܕܐ ܕܝܬܩܐ ܚܕܬܐ ܕܡܫܝܚܟ
ܣܡܬ ܠܗ ܡܪܝܐ ܒܥܕܬܟ ܠܘܩܕܡ
ܫܠܝ̈ܚܐ . ܒܬܪܗܘܢ ܢܒܝ̈ܐ : ܒܬܪܗܘܢ
ܡܠܦ̈ܢܐ ܘܡܕܒܪ̈ܢܐ : ܘܥܒܕ̈ܝ ܚܝܠܐ
ܘܐܦܣܩܘܦ̈ܐ ܘܟܗ̈ܢܐ ܕܟ̈ܝܐ ܠܬܫܡܫܬܐ
ܕܡܕܒܚܟ ܩܕܝܫܐ : ܘܐܦ ܗܫܐ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ
ܫܡܠܐ ܥܡܢ ܛܝܒܘܬܟ ܘܡܘܗܒܬܟ
ܘܥܡ ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦܠܢ ܩܫܝܫܐ
ܘܫܒܩ

ſtendum throno glorioſo Majeſtatis tuæ, cum veneris ad judicandum vivos, ac mortuos, cum fiducia, & ſpe: & ad unionem cum Sanctis tuis, qui a ſæculo placuerunt tibi, per interceſſionem, & præcem Deiparæ Mariæ, & omnium Sanctorum. *Amen.*

Et imponit Crucem ſuper caput ejus, dicens.

Benedictus es Domine Deus, qui es ſuper omnia, qui per dona varia ornas, & exaltas Eccleſiam tuam ſanctam; qui elegiſti tibi de mundo in Teſtamento priori, & veteri ſeptuaginta Sacerdotes, & impleviſti eos ſpiritu prophetiæ; & per hoc Teſtamentum novum Chriſti tui poſuiſti, Domine, in Eccleſia tua primùm Apoſtolos, deinde Prophetas, poſtea Doctores, & Rectores, & facientes virtutes, & Epiſcopos, ac Sacerdotes mundos ad miniſterium Altaris tui ſancti: Et nunc etiam, Domine Deus, comple nobiſcum gratiam tuam, & donum tuum, & cum ſervo tuo iſto N. Præsbytero,

ro, & tribue ei, Domine Deus, ex parte tua cum Chirotonia iſta, quam accepit a te hodie per illapſum Spiritus Sancti, eum dignum efficiens miſericordia tua Sacerdotio ſungi, & offerre tibi oblationes puras cum votis, & primitiis, & incenſis bonis, & odoribus jucundis tibi gratis, & tuæ Dominationis voluntati acceptis; Et concede ei, Domine gratiam verbi, & aperitionem oris cum ſcientia, ut corripiat, & moneat, & arguat omnes illos, qui erraverunt a veritate, orans, & intercedens, & deprecans pro omnibus Fidelibus veris, & filiis ſanctæ Eccleſiæ, viſitans Orphanos, & ſuſtentans Viduas, ac reducens errantes; Confortator, & ſuſtentator ſit Peregrinorum, Cuſtos mandatorum tuorum divinorum, & Apoſtolicorum, tibi, tuæque voluntati adhærens cunctis diebus vitæ ſuæ; peragat autem, & opere compleat in conſpectu tuo omnia illa, quæ convenientia ſunt, & juſta; Nobis verò præſta per tuas

[illegible]

perpetuas miſerationes , ut gaudeamus , & lætemur cum ipſo in Regno cœleſti per orationes , & interceſſiones ejus , quæ Mundo genuit lucem , & omnium Electorum tuorum , ac eorum, qui voluntatem tuam faciunt .

Epiſcopus manu ſua illum apprehendit , & admovet Altari , ut hoc oſculetur , & ipſum Epiſcopum , qui pacem eidem tribuit , jubetque omnes eundem ſalutare , tum imponit illi , ut thus adoleat , & ordinem communem perſolvat .

Proœmium . Illi , qui Sacerdotes exornat , & Pontifices perficit ; Illi , qui elegit ſibi Sacerdotes terrenos , eoſque præfecit Ærario Regni ſui , & tradidit eis claves theſauri ſui , ut Egenis diſtribuerent opes ipſius . Bono .

Ordo . Domine noſter Jeſu Chriſte principium Deificationis illorum , qui deificantur , & Deificator , ac Sanctificator eorum , qui perfecte Sacerdotio funguntur; qui in vita præſenti , & futura perpetua eos , qui deifice

ſice & recte Sacerdotale ministerium tibi exhibuerunt, Sacerdotali modo illos conſecras, utpote qui fons vitæ es, & largitor donorum beatificorum; Tibi itaque, & coram Te ſupplices fundimus præces in hoc instanti, cum peragimus memoriam eorum, qui Sacerdotale ministerium, exhibuerunt tuis divinis Sacramentis, quique ſecundum vitæ constitutum terminum a ministerio hujuſce vitæ tranſierunt, & defuncti ſunt; ut, quemadmodum congruit iis, quorum mors prætioſa eſt in oculis tuis, eos ſuſcipias, atque illorum animas diſpone cum Cœtibus ſanctis tuorum ſanctorum Angelorum, eoſque exhibe inſuperabiles a poteſtatibus generi noſtro adverſariis. Complaceat igitur tibi, Domine, & ſicuti maximo illos honore condecoraſti in vita hac, modo quoque adpareant propter gloriam tui Sacerdotii ornati ſtola illa, qua amiciuntur Pii, qui a ſæculo ſunt; Et quando veneris ad laborum retributionem faciendam

[illegible]

[illegible]

dam, da, & concede illis retributionem beatam, & claritatem talentorum Evangelicorum, illos a confuſione quam hæreditant ſuperbi, libera, eoſque ſub umbra Petri, & Pauli, qui pium tibi exhibuerunt Sacerdotium, protege, & cum omnibus filiis lucis in Eccleſia Primogenitorum Cœleſtium compareant; a Cruciatibus gehennæ eos ſalva propter gratiam Sacramentorum tuorum, illos, qui tibi Sacerdotale officium miniſtrarunt, & ſpiritualitate, ac theoria, quæ in ipſis myſteriis continentur, illos inquam ſuaviter da perfrui, cum Prophetis exultantes, cum Apoſtolis glorificantes & cum Myſtis orthodoxis immortalem, & inceſſabilem gloriam offerentes tibi Principi Pontificum confeſſionis noſtræ, Jeſu Chriſte, ac Patri tuo.

Et ſtatim Epiſcopus carbonem ſacri Corporis in Calice intingit, & porrigit illi, eumque jubet communionem tribuere Populo, dicens.

Gratias agimus tibi, Domine

Domine noſter Jeſu Chriſte, Deus omnipotens, & omnium Dominator, & confitemur tibi pro omnibus, & propter omnes gratias tuas, & abundantiam tuorum erga nos donorum; Cumque nos ſervi tui peccatores adoramus, glorificamus, & benedicimus nomen tuum ſanctum, quod dona confert iis, qui ipſum diligunt, demitte, Domine, gratiam tuam ſuper hunc ſervum tuum, quem elegiſti & promoviſti tua clementia, & pro quo nos omnes præcamur, ac ſupplices fundimus præces; Sacerdotium ejus perfice ob noſtram coram te conſiſtentiam, complaceat tibi in ipſo, & in Chirotonia, quæ facta eſt ſuper eum a manibus noſtris peccatricibus, lætentur Superi, & turbæ inferiores, ac Eccleſia cum filiis ſuis in perfectione Sacerdotii ipſius, & in illapſu Spiritus Sancti, qui deſcendit ſuper ipſum. Eja, Domine Deus, ſplendeat ſervus tuus iſte inſtar Moyſis Prophetæ, & inſtar Aaronis Sacerdotis, ac inſtar Phinees, & Eleazar,

zar, & omnium illorum, qui tibi pure, ac ſancte miniſtrarunt: Etiam ſuperadde Domine Deus, huic vocationi electæ dona Spiritus, & remiſſionem debitorum, atque indulgentiam peccatorum; & nos una cum ipſo participes fac abundantiæ doni tuæ, & miſericordiæ tuæ; concede etiam illi, Domine, ut ſuperlucretur talento, quod accepit a te hodie, & adquirat progreſſus plurimos, quo placeat tibi cum Sacerdotibus benedictis, qui ſancte, & caſte tibi miniſtrarunt; & cum omnibus Prophetis, ac Apoſtolis, Piis, & Juſtis ingrediatur thalamum tuum, ac lætetur in Regno tuo, nos autem attollamus tibi gloriam, & confeſſionem cunctis diebus vitæ noſtræ; & Patri tuo.

Et convertitur ad Altare; ac dicunt. Pater noſter, qui es in cœlis. *Diaconus.* Et ipſi Deo gloria. *Epiſcopus orat.*

Deus Deorum, Pater, qui miſiſti Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, qui ſedes in cœlo, & reſpicis in terram, & commovetur. Converte-re

re ad nos per tuam miſericordiam, & reſpice in nos oculo clementiæ tuæ, atque nos per gratiam tuam adjuva, neque nos inducas in tentationem, ſed libera nos a malo, quia tuum eſt Regnum, & virtus, & gloria in ſæculum ſæculorum. *Amen.*

Et converſus ad Populum dicit: Pax vobiſcum.

Populus: Et cum ſpiritu tuo.

Et orat.

Deus, qui non deſeris eos, qui te in veritate invocant; Bone, qui non claudis portam tuam Peccatoribus, qui ipſam in vera fide pulſant; Miſericors, cujus miſerationes expanſæ ſunt ſuper eos, qui cum ſincera charitate accedunt ad te, Tu, Domine, aperi orationi noſtræ oſtium tuum, per tuas miſerationes, & per tuam clementiam exaudi præces noſtras, ac per gratiam tuam ſuſcipe depræcationem noſtram, & propter tuam benignitatem annue petitionibus noſtris, & complaceat tibi in nobis, & in hoc miniſterio noſtro, a te enim petimus, Domine Deus, te obſe-

ܘܬܣܡܘܟ ܟܪܝܗܘܬܢ ܘܬܬܪܘܨ ܟܦܝܦܘܬܢ .
ܘܬܥܕܪܝܗ̇ ܠܡܟܝܟܘܬܢ ܘܬܥܬܪ ܠܐܒܝܕܘܬܢ
ܘܬܚܣܐ ܚܘ̈ܒܝܢ ܘܬܫܒܘܩ ܚܛ̈ܗܝܢ
ܘܣܟܠܘܬܢ ܘܬܛܪܢ ܠܢ ܒܨܠܝܒܟ ܙܟܝܐ :
ܘܒܕܪܥܟ ܪܡܐ ܡܢ ܢܟ̈ܠܘܗܝ ܕܐܟܠܩܪܨܐ
ܘܡܢ ܒܝܫܘܬܗ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܘܣܢܝܐ
ܠܢ ܒܡܪܚܡܢܘܬܟ ܕܢܗܘܐ ܡܫܘܘܝܐ
ܠܐܠܗܘܬܟ ܒܕܘܒܪ̈ܝܢ ܫܦܝܪ̈ܐ ܕܢܫܦܪ
ܠܟ ܬܫܡܫܬܐ ܛܒܬܐ ܒܟܠܗܘܢ ܝܘ̈ܡܬܐ
ܕܚܝ̈ܝܢ . ܘܒܝܘܡܐ ܪܒܐ ܕܡܐܬܝܬܟ
ܕܕܚܝܠܬܐ ܘܡܪܬܝܬܐ . ܚܕܝܐ ܢܦܘܩ ܠܐܘܪܥܟ
ܒܚܕܘܬܐ : ܘܪܘܙܐ ܠܦܘܓܥܟ ܘܒܓܘ ܟܢܘܫܬܐ
ܕܩܕ̈ܝܫܝܟ ܢܬܚܠܛ ܘܢܬܡܢܐ :
ܘܢܬܡܢܐ ܥܡ ܓܘ̈ܕܐ ܘܛܓܡ̈ܐ ܕܡܪܥܝܬܟ :
ܘܢܥܘܠ ܥܡܟ ܠܓܢܘܢܟ
ܘܢܫܒܚ ܫܘ̈ ܠܛܝܒܘܬܟ ܐܒܐ
ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܩܕܝܫܐ ܗܫܐ
ܘܒܟܠܙܒܢ ܠܥܠܡ
ܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ ܀

ܘܡܪܝܡ

obſecramus, ut imbecillitatem noſtram ſuſtentes, curvitatem noſtram dirigas, puſillanimitatem noſtram adjuves, paupertatem noſtram dites, inopiæ noſtræ provideas, perditioni noſtræ benignus conſulas; debita noſtra dimittas, peccata noſtra remittas & ignorantias noſtras; atque triumphali tua Cruce, tuoque brachio excelſo nos cuſtodias ab inſidiis, & nequitia Adverſarii, & inimici; ac per tuam miſericordiam nos dignos reddas, qui noſtris rectis moribus placeamus Divinitati tuæ, atque tibi exhibeamus ſervitutem bonam cunctis diebus vitæ noſtræ, & in die magna adventus tui timendi, ac tremendi læti tibi obviam procedamus, & exultantes occurramus tibi, ac Cœtibus Sanctorum tuorum commixti numeremur cum Choris, & ordinibus Gregis tui, & tecum in tuum thalamum introeuntes, gloriam canamus gratiæ tuæ. Pater, & Fili, & Spiritus Sancte nunc, & omni tempore, & in ſæculum ſæculorum. *Amen*.

Et

Et inſtruit eum de gradu ac miniſterio ipſius, monetq. ne communicet uxori ſuæ per ſeptem dies, quibus diebus Sacrificium quotidie offerat cum Sacerdote ſapiente, donec rite inſtruatur in proprio miniſterio, atque legit ſuper illum hanc monitionem, quæ omnibus Præsbyteris congruit.

Ante omnia oportet, Fili mi, te noſſe, quod ex pulvere es, & in pulverem reverteris; & ſicuti intraſti in hunc Mundum, quin quidquam tecum eſſet, ſic egredieris ab illo nihil tecum habens, niſi quod feceris ſive bonum, ſive malum; & qualis eſt tua negociatio, talis & erit retributio; quia in igne judicat Dominus, & igne etiam ſcrutabitur opera, & actiones omnium hominum. Frater, ergo, noſter audi, & intellige, quod non conſiſtas coram me peccatore, verum ſtas in conſpectu Dei omnium qui novit occulta, & ſcrutatur profunda, qui ſedet in ſublimi Cœlo, & intuetur abyſſos inferiores. Noveris, itaque, & recogita, qualem gradum hodie ſuſcepiſti,

[illegible]

[illegible]

ſti, & quale depoſitum tibi creditum ſit a Deo in hoc tempore; adora, confitere, & gratias age Deo, qui te Angelum fecit, cum antea homo eſſes, & victorem te exibuit, cum antea eſſes delinguens, Teque in ſancta Eccleſia fidelem Æconomum conſtituit, & promeruiſti mediator fieri in tabernaculo Divinitatis, atque Paſtorem te ſtatuit Ovium ſuarum rationalium, tibique credita ſunt talenta utilia, quorum fructus eſt vita æterna; perveniſti autem ad magnum donum, quod Angeli videre concupierunt; ac ſublimatus es ad miniſterium ſanctorum myſteriorum, quæ abſcondita fuerunt a generationibus, & tribubus, a Patribus, Prophetis, & Prædicatoribus, atque Præſignatoribus, neque ſuffecerunt labores eorum ad carbonem vivum Corporis, & Sanguinis Chriſti Dei noſtri, & Salvatoris noſtri, qui per manus tuas dividitur, & per palmas tuas circumfertur, & digitis tuis corporalibus apprehenditur. Confitere Deo propter hoc do-

donum, quod tibi collatum eſt; Ecqua Confeſſio, ſeu retributio ſufficiens erit vel exiguo pugillo divitiarum, quas Deus terrenis Adæ filiis confert; Et propterea congruum eſt, frater noſter, ut præpares mentem tuam, & animam, corpuſque tuum ad ſuſcipiendum id, quod tibi impoſitum eſt ab illo, per cujus manus hanc honorabilem veſtem induiſti. Primum autem eſto cogitans illa Chriſti in Evangelio verba: *Ego ſum oſtium, & via ardua, quæ ducit ad vitam æternam; ac per me incedunt illi, qui vitam deſiderant; qui voluerit animam ſuam vivificare, illam perdat propter me*. Quod ſi verò hunc ſermonem ſuſcipiunt Sæculares ſine contentione, quanto magis æquum eſt, ut nos, qui ſumus Sacerdotes, & magiſtri domus, ipſum ſuſcipiamus, & per ipſum lucremur in multis duplicibus. Fili, igitur, mi convenit tibi, ut ſis quietus, ſuavis, humilis, ut Divinitas in Te manſionem faciat; Tibi elige humilitatem præ omnibus ho-

[illegible]

hominibus , ut ſis hæres in terra vitæ , ut dictum eſt ; Beati humiles , quoniam ipſi poſſidebunt terram ; dilige continentiam , & caſtitatem, quia quicumque emundat animam ſuam , ſimilis erit Angelis Dei ; Frater eſto jejunanti ſincero , & ſocius orationi a negligentia remotæ ; Animam tuam longe fac a deſideriis hujus ſæculi tranſeuntis , quæ nec manent, neque proficiunt, ut negocium tuum ſit amor divinus , quia quicumque plenus eſt charitate , legem implevit ; Præpara animam tuam ad miniſterium domus Dei , & Sacerdotale obſequium præſta Altari ejus ſancto , quod tibi creditum eſt; Sitq. converſatio tua recta ; certa , ut ſis ſine macula, quia officium, quod tenes , ab Altiſſimo eſt: Tu enim mediator es Dei , & hominum , & per manus tuas iſtis tribuitur expiatio debitorum , & qui fuerit in hoc mediationis officio , oportet , ut is ſit inſtar igneorum ſanctorum , qui afferunt myſteria abſcondita , & inſtar Prophetarum, qui

qui portarunt revelationes. Cave ab inſidiis Adverſarii, & ne ſit cogitatio tua in divitiis hujus mundi, ſed ſit meditatio tua in fine tuo, quia finis uniuſcujuſque hominis in ejus oſtio ſtat: Colliga manus tuas fide, per quam meruiſti accipere hunc gradum, quæque fides eſt Patrum noſtrorum ſanctorum; per quam induiſti Spiritum Sanctum per baptiſmum & per hanc manus impoſitionem; & ne illam mutes, neque declinas ab ea nec ad dexteram, nec ad ſiniſtram; quod ſi autem Adverſarius te alliciat, & ab ea recedens ipſam commutabis, ac ad aliam fidem declinaveris, eris privatus Sacerdotio, & Præsbyteratus exſors, eritque tua portio cum illo, qui accepit unum talentum, & effodit, ac abſcondit illud in terra; Si verò cuſtodieris hoc depoſitum, & curam ſedulam geres fidei, nec eam mutabis, aut ab ea deficies, deſcendet benedictio cœleſtis ſuper caput tuum, & gratia divina ſuper cor tuum; & portio tua, ac

[illegible]

ac hæreditas tua erit cum illo, qui accepit quinque talenta, & alia quinque ſuperlucratus eſt, dignuſq. eris, qui conſiſtas cum cœtu illo dextero unacum omnibus Patribus Sanctis, qui cuſtodierunt ſuum depoſitum. Itaque, Fili mi, poſtquam hæc omnia auribus tuis excepiſti, & corde tuo tenuiſti, en trado tibi Sacerdotium, & miniſterium Altaris, ac adoptionem filiorum novorum per baptiſmnm ſanctum, & ecce commendo te Deo, & gratiæ ejus, quæ deſcendit ſuper te hodie, ut ipſa te ducat per viam vitæ; & ego quidem immunis ſum a tuis peccatis, ac Deo laus nunc & ſemper. (*a*)

ITEM

(a) Hæc admonitio Arabice e regione expoſita legitur, & in fine interpretationis Arabica rubrica extat, qua jubetur Epiſcopus capillos capitis ordinati tondere, Coronam in ejus capite deſignare, & faſcia cœrulei coloris caput illius tegere.

ITEM CHIROTONIA

QUA PERFICITUR PERIODEUTA, SCILICET VISITATOR.

[illegible]

[illegible]

Primum legat ſuper eum Canonem poſt Scrutinium, & examen, quod inſtituit ſuper ipſum, a pluribus inquirens de illius merito ad hunc gradum; teſtimonium autem illi reddere debent omnes filii gregis Hyparchiæ, quod dignus ſit, jejunii, & orationis ſtudioſus, humilis ſit, & mitis, doctor, animam ſuam contineat ab inutilibus, & ſordidis lucris, caſtus ſit & ingenuus, vir unius uxoris

ris caſtæ, & ingenuæ, filios habeat ſubditos, & bene morigeros, quibus teſtimonium reddatur, quod caſti ſint & ipſi, jejunantes, orantes, & humiles, ac ſeipſos ingenuos exhibentes, cum nemine contendentes, neminem inhonorantes, quod ſi talis non ſit ipſe, & illi, quin & digni non ſint, qui Eccleſiam colligant, impediatur ne ſit magiſter & doctor, quo dignus ſit talis eſſe ante ſuam ordinationem & poſt ſuam perfectionem: Sitque perfectius in his proprietatibus, & in aliis pluribus eorum, quæ dicta ſunt; alioquin tam ipſe quam ipſum præſentans ad hoc miniſterium cœci ſunt.

ܘܒܬܪܥܘܩܒܐ ܗܠܝܢ ܐܢ ܡܫܬܟܚ
ܕܫܘܐ ܗܘ ܕܓܒܝܗ ܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ܥܐܠ
ܠܒܝܬ ܓܙܐ ܘܡܪܟܢ ܪܫܗ ܩܕܡ ܪܥܝܐ
ܘܐܡܪ܀ ܒܪܟ ܡܪܝ܀ ܟܕ ܦܟܝܟܢ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܥܠ
ܚܕܝܗ ܘܓܠܐ ܪܫܗ ܘܠܒܝܫ ܐܣܟܡܗ
ܘܠܗܘ܆ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܒܪܟ ܠܗ ܕܠܐ ܚܬܡܐ ܟܕ
ܐܡܪ܀ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܝܡܝܢܗ ܢܒܪܟܝܟ
ܘܢܫܘܝܟ ܠܕܪܓܐ ܗܢܐ ܪܡܐ
ܕܟܗܢܘܬܐ܀

ܘܝܗܒ ܠܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܨܠܝܒܐ ܒܝܡܝܢܗ
ܘܩܢܝܢ ܕܡܘܪܘܢ ܒܣܡܠܗ ܘܪܡܐ
ܒܨܘܪܗ ܬܪܝܢ ܐܘܪ̈ܪܝܢ ܘܢܓܕܝܢ
ܠܗ ܗܢܘܢ ܬܪܝܢ ܦܪ̈ܝܕܘܛܐ ܘܢܦܩܝܢ
ܠܗ

Et poſt haſce diſquiſitiones, ſiquidem dignus repertus fuerit, quem elegit Spiritus Sanctus, ingredietur in Betgazam, *atque caput ſuum inclinabit coram Paſtorem, ac dicit,* Benedic Domine mi, *manus habens junctas ad pectus ſuum, & caput detectum, indutus veſtimenta ordinis ſui; Epiſcopus autem illum genuflectere jubet ſine obſignatione dicens.*

Dominus Deus dextera ſua tibi benedicat, & hoc alto Sacerdotii gradu dignum præſtet.

Et tradit illi Epiſcopus Crucem in dextera ejus, & ampullam Chriſmatis in ſiniſtra ipſius, ac iniicit ad collum ejus duo oraria, per quæ duo Periodeutæ ipſum du-

ducunt, & egrediuntur e Secretario pulchro, & decenti ordine deferentes Evangelium, Apoſtolum, thuribulum, & flabella, & egrediuntur dicentes: tono ſimplici.

Super volam manuum Filii ædificata eſt Eccleſia, & ſuper Ordines duodecim Apoſtolorum glorioſorum poſita eſt. Dominus noſter dedit illi virtutem, & poteſtatem, ut conterat omnes religiones Dæmonum. Adnexuit illi arma veritatis Crucem vivam, & impreſſionem Chriſmatis, cujus conſignatione Sacerdotes obſignantur. All. iterum All. Domine noſter per tuas miſerationes ſuſcipe depræcationem noſtram, audi orationem noſtram, & miſerere nobis Salvator mundi.

Cum perveniunt ad Altare majus ingrediuntur omnes, & remanet ipſe ſolus extra portam Altaris, & benedicitur ab Epiſcopo, & Crucis ſigno ſignatur ab eo dicente.

Dominus benedicat tibi inter Periodeutas Eccleſiæ ſanctæ

[Syriac text]

ctæ Sancti Domini N. Oppidi benedicti N. In nomine Patris ✠. *Amen*. Et Filii ✠ *Amen*. Et Spiritus ✠ Sancti in ſæcula. *Amen*.

Et clauduntur portæ Eccleſiæ, ac auſertur ab illo Crux, quæ ponitur ſuper Altare; & unus ex Periodeutis portans Evangelium ſtat ad ipſius dexteram, & alter portans ampullam Chriſmatis ſtat ad illius ſiniſtram. Epiſcopus incohat, ac dicit.

Præſta nobis Chriſte Deus noſter, ut myſticum hoc miniſterium hujus ſacerdotalis officii impleamus; & abundantia donorum tuorum cœleſtium ac divinorum repleamur; atque attollamus.

Et dicunt. Gloria Deo. *Epiſcopus orat.*

Confirma, Domine mi, Eccleſiam tuam ſanctam ſuper Petram immobilem Fidei Orthodoxæ, & per te corroboretur, ac a te accipiat auxilia perfecta, & chariſmata Divina, quibus illuſtrentur filii ejus ad purum miniſterium exhibendum in Altari tuo ſancto; & glorificemus te cum cœtibus ſuper-

pernis immaterialibus. Pater.

Et dicunt: Miſerere mei: *qui ſcriptus eſt in ordine primo. Archidiaconus dicit.*

Stemus recte in oratione, & petitione coram Deo Deorum, & coram Domino Dominorum, & coram Rege Regum, & coram Altari propitiatorio Salvatoris noſtri, & coram myſteriis glorioſis, ac ſanctis ſuper ipſum poſitis, & coram hac impoſitione manus ſervi tui N., & coram Patre noſtro electo Domino N. per cujus manus perficitur. Per thura, quæ imponuntur, miſericordiam Domini exoramus.

Epiſcopus ponit ſuavitates, & dicit Proœmium.

Illi miſericordi, & multæ gratiæ, qui genus humanum ex nihilo, ut eſſet, adduxit, cum ipſum creavit, & ornavit; & iterum, cum prolapſum eſſet & cecidiſſet, ſalvavit, ac ſuſcitavit, & dignum fecit, quod ad ſublimem dignitatem donorum ipſius divinorum accederet. Te, Domiue clementia ac miſericordia plene, obſecramus, & præcamur in hoc

ܠܪ̈ܘܡܐ ܕܠܥܠ ؛ ܐܒܐ ✻

ܘܐܡܪܝܢ ؛ ܪܚܡܢܝ ؛ ܗܘ ܕܟܬܝܒ

ܒܛܟܣܐ ܩܕܡܝܐ . ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܐܡܪ ✻

ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܒܨܠܘܬܐ ܘܒܒܥܘܬܐ

ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܕܐܠܗ̈ܐ ؛ ܘܩܕܡ ܡܪܐ ܕܡܪ̈ܘܬܐ ؛

ܘܩܕܡ ܡܠܟ ܡܠܟ̈ܐ . ܘܩܕܡ ܡܕܒܚܐ

ܡܚܣܝܢܐ ܕܦܪܘܩܢ ؛ ܘܩܕܡ ܐ̈ܪܙܐ ܫܒܝܚ̈ܐ

ܘܩܕ̈ܝܫܐ ܕܣܝܡܝܢ ܥܠܘܗܝ ؛ ܘܩܕܡ ܣܝܡܬ

ܐܝܕܐ ܗܕܐ ܕܥܒܕܟ ܦܠܢ ܘܩܕܡ ܐܒܘܢ

ܓܒܝܐ ܡܪܝ ܦܠܢ ܕܥܠ ܐܝ̈ܕܘܗܝ ܡܫܬܡܠܝܐ

ܒܒܣ̈ܡܐ ܕܡܬܬܣܝܡܝܢ ܠܚ̈ܢܢܐ ܕܡܪܝܐ

ܡܦܝܣܝܢ ✻

ܘܣܐܡ ܒܣ̈ܡܐ ܘܐܡܪ ܦܪܘܡܝܘܢ ✻

ܠܗܘ ܡܪܚܡܢܐ ܘܣܓܝ ܛܝܒܘܬܐ

ܕܠܓܢܣܐ ܐܢܫܝܐ ܡܢ ܗܘܐ ܕܠܐ ܐܝܬܘܗܝ ܐܝܬܝ

ܕܟܕ ܐܝܟ ܗܘܐ ܠܗ ܒܪܝܗ ܘܨܒܬܗ .

ܘܬܘܒ ܟܕ ܐܫܬܪܝ ܘܢܦܠ ؛ ܦܪܩܗ ܘܐܩܝܡܗ ؛

ܘܫܘܝܗ ܕܠܪܡܐ ܡܪܡܡܐ ܕܡܘܗ̈ܒܬܐ ܐܠܗ̈ܝܐ

ܕܝܠܗ ܢܬܩܪܒ . ܠܟ ܡܪܝܐ ܡܠܝ

ܚܢܢܐ ܘܪ̈ܚܡܐ ؛ ܡܬܟܫܦܝܢܢ ܘܡܬܒܥܝܢܢ

inſtanti ſuper hunc aromatum ſuffitum, ut per ipſas miſerationes tuas perpetuas præſtes, ut gratus accedat ad miniſterium templi tui puri, & ſancti ſervus tuus hic, qui modo adſtat inclinatus coram throno magnitudinis tuæ, & expectat donum, quod ex te eſt. Tibi enim convenit.

Ordo. Deus, qui largitor es donorum ingentium, & diſtributor munerum divinorum, qui glorioſus es in donis, & gratiis, Tu per miſerationes tuas perpetuas motus es, ut non ſolus fruereris beatitudine tua, ſed ut ad alios etiam illa effunderetur, & flueret, unde & creaſti tibi agmina virtutum cœleſtium, quos participes tecum efficeres ſuavitatis viſionis tuæ, neque tibi ſat fuit ut hos uſque conſtitueres, ſed & cum hominem feciſti, & ad imaginem tuam conſtituiſti, & ad finem virtutum intellectualium ordinaſti, ſcilicet anima intellectiva ſpirituali, & rationali ornaſti ornamentis virtutum, Tu etiam tua ſuavitate præſti,

ſtitiſti, ut ſuper ipſum quoque ſuavitas bonorum tuorum difflueret, ad ſimilitudinem Primogenitorum deſcriptorum in Cœlis; Nos autem terrenos in miniſterio hoc myſtico ordinaſti; & ad ipſum conſtituiſti Epiſcopos, Sacerdotes, & Miniſtros ac reliquum ordinem univerſum Eccleſiaſticum; ut per eum totum populi Vulgus accederet ad familiaritatem tuam; Nos quoque, Domine, humiles, & peccatores, quos inſufficientes licet, & immerentes ad hoc miniſterium elegiſti, & admoviſti; ſupplices fundimus præces tuæ benignitati, ut non reſpicias ad impuritatem vitæ noſtræ, & ad motus, ac paſſiones noſtras irregulares, neque nos, nec miniſterium hoc rationale, nec populum tuum prives illapſu gratiæ tuæ divinæ; verum parce nobis & univerſo tuo gregi propter nomen tuum ſanctum, quod invocatum eſt ſuper nos, & demitte ſuper nos abundantiam donorum Spiritus tui Sancti ad perfectionem plenam miniſterii hujus ſacerdo-

ܟܗܢܝܐ : ܘܠܐ ܠܚܘܝܒܘܬܐ ܘܕܝܢܐ ܗܘ ܢܗܘܐ ܠܢ
ܘܠܒܗܬܬܐ ܩܕܡ ܐܠܐ ܠܡܚܝܬܐ ܘܠܚܘܣܝܐ
ܘܠܫܘܒܩܢܐ ܕܚܛܗܝܢ ܘܠܩܕܝܫܘܬܐ
ܘܠܕܟܝܘܬܐ ܘܠܢܗܝܪܘܬܐ ܕܢܦܫܬܐ ܘܦܓܪܐ ܕܝܠܢ :
ܘܠܬܘܟܠܢܐ ܗܘ ܕܢܛܝܪ ܠܗܢܘܢ ܕܐܝܟ
ܨܒܝܢܟ ܐܫܬܡܠܝܘ ܫܡܠܝܐܝܬ : ܒܩܪܝܢܐ
ܐܠܗܝܐ ܕܬܫܡܫܬܐ ܗܕܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܘܠܬܫܒܘܚܬܐ ܕܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܘܡܝܩܪܐ :
ܘܠܒܢܝܢܐ ܘܠܬܘܣܦܬܐ ܘܠܫܘܒܚܐ ܘܠܡܥܠܝܘܬܐ
ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܩܬܘܠܝܩܝ ܫܠܝܚܝܬܐ :
ܡܛܠ ܕܠܟ ܦܐܐ ܣܓܕܬܐ ܘܬܘܕܝܬܐ
ܥܡ ܒܪܟ ܝܚܝܕܝܐ ܘܪܘܚܟ ܚܝܐ ܘܩܕܝܫܐ :
ܗܫܐ ✱

ܘܐܡܪܝܢ : ܐܢܐ ܐܢܐ : ܡܢ ܛܟܣܐ
ܩܕܡܝܐ . ܩܘܒܠܐ ✱

ܒܥܝܢܢ ܡܢܟ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܣܓܝ
ܪ̈ܚܡܐ : ܕܐܦ ܗܫܐ ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܐܒܗ̈ܝܐ
ܕܬܩܒܠ ܐܝܟ ܛܝܒܘܬܟ ܠܗܢܐ
ܠܬܘܢܐ ܗܢܐ ܕܒܣ̈ܡܐ ܕܩܪܒܢ
ܠܐܠܗܘܬܟ ܪܡܬܐ ܘܗܒ ܠܢ : ܘܐܦ
ܠܡܥܒܕ

dotalis, nec ſit in judicium, & condemnationem, neque in confuſionem coram tremendo illo Chriſti throno, ſed ſit in abolitionem, propitiationem, & veniam peccatorum noſtrorum, ſit in ſanctitatem, puritatem, & nitorem animarum, & corporum noſtrorum, ſit in fiduciam illam, quæ ſervata eſt iis, qui ſecundum voluntatem tuam plené perfecti ſunt per vocationes divinas ſacri hujus miniſterii; ſit ad laudem nominis tui ſancti, & honorandi; ſit ad ædificationem, augmentum, decorem, & exaltationem Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ Apoſtolicæ: Tibi enim convenit omnis adoratio, & gratiarum actio, una cum Filio tuo unico, ac Spiritu tuo vivo, & Sancto. Nunc.

Et dicunt. Ego Ego: *ex primo Ordine. Acceptatio.*

Rogamus te, Domine Deus multum miſericors, etiam modo per tuas paternas miſerationes benignè ſuſcipias hunc aromatum ſuffitum, quem obtulimus tuæ Divinitati Altiſſimæ, atque præſta ſer-

ervo tuo, ut in templo ſancto tuo pure, ac ſancte tibi miniſtret, & una cum ſanctis Epiſcopis, ac Sacerdotibus attollat tibi gloriam.

Archidiaconus proclamat Ephræmiticum.

Stemus omnes in oratione coram Deo miſericorde, & vocibus ipſi gratis, ad Dominum clamemus unanimes.

Petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudando, & ſancto; ac a Spiritu Sancto conſolatore arma, quæ induerunt Veraces.

Deus, qui fecit gradus ſupernos & infimos, & elegit eos, ut miniſterium pure, & ſancte exhiberent.

Novem ordines in cœlo, Angelos, qui ipſi miniſtrant; Novem gradus Sacerdotii in medio Eccleſiæ, qui eum glorificant.

Diſtinxit ordinem ab ordine ſupernorum, & infimorum; Et inſtar ordinis Angelorum, diſtinxit gradus Sacerdotii.

Superni inſtar Seraphim, & medii inſtar vigilum, ac infimi inſtar Angelorum præclaro typo miniſtrant illi.

Hunc

ܠܥܒܕܟ ܕܢܫܡܫ ܒܗܝܟܠܟ ܩܕܝܫܐ ܕܟܝܐܝܬ
ܘܩܕܝܫܐܝܬ ܘܥܡ ܩܕ̈ܝܫܐ ܐܦܝܣܩܘ̈ܦܐ ܘܟܗ̈ܢܐ
ܢܣܩ ܠܟ ܫܘܒܚܐ ✱

ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܡܟܪܙ ܐܦܪܝܡܝܬܐ ✱

ܢܩܘܡ ܟܠܢ ܒܨܠܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ
ܡܪܚܡܢܐ ܘܒܩ̈ܠܐ ܕܡܪܥܝܢ ܠܗ ܠܡܪܝܐ
ܢܩܥܐ ܒܫܘܝܘܬܐ ✱ ܢܒܥܐ ܡܢ ܐܒܐ ܟܣܝܐ :
ܘܡܢ ܒܪܐ ܡܫܬܒܚܢܐ ܘܩܕܝܫܐ : ܘܡܢ ܪܘܚܐ ܩܘܕܫܐ
ܡܒܝܐܢܐ ܙܝܢܐ ܕܠܒܫܘܗܝ ܟܐܢ̈ܐ ✱
ܐܠܗܐ ܕܥܒܕ ܕܪ̈ܓܐ ܘܬܚ̈ܬܝܐ ܓܒܐ
ܐܢܘܢ : ܕܢܗܘܘܢ ܐܢܘܢ ܕܢܫܡܫܘܢ
ܒܕܟܝܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ ✱
ܬܫܥܐ ܛܟ̈ܣܐ ܒܫܡܝܐ : ܘܡܠܐܟ̈ܐ
ܘܡܫܡܫܝܢ ܠܗ : ܬܫܥܐ ܕܪ̈ܓܐ ܕܟܗܢܘܬܐ
ܒܓܘ ܥܕܬܐ ܕܡܫܒܚܝܢ ܠܗ ✱
ܦܪܫ ܗܘܐ ܛܟܣܐ ܡܢ ܛܟܣܐ ܕܥܠ̈ܝܐ
ܘܬܚ̈ܬܝܐ : ܘܒܕܡܘܬ ܛܟܣܐ ܕܡܠܐܟ̈ܐ :
ܦܪܫ ܗܘܐ ܕܪ̈ܓܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ✱ ܥܠ̈ܝܐ ܐܝܟ
ܣܪ̈ܦܐ ܘܡܨ̈ܥܝܐ ܒܕܡܘܬ ܥܝܪ̈ܐ : ܘܬܚ̈ܬܝܐ
ܐܝܟ ܡܠܐ̈ܟܐ ܒܛܘܦܣܐ ܦܐܝܐ ܡܫܡܫܝܢ ܠܗ ✱
ܗܢܐ

ܗܢܐ ܕܪܓܐ ܕܟܗܢܘܬܐ ܪܫܡ ܠܗ ܟܗ̈ܢܐ
ܘܠܘ̈ܝܐ ܐܝܬܡܪ ܘܐܠܥܙܪ : ܘܦܝܢܚܣ
ܟܗܢܐ ܘܙܟܪܝܐ ܀
ܚܘܤ ܐܠܗܐ ܥܠ ܥܡܟ ܘܐܬܪܚܡ
ܥܠ ܡܪܥܝܬܟ : ܘܫܡܠܐ ܠܥܒܕܟ ܒܡܘ̈ܗܒܬܟ
ܘܛܝܒܘܬܟ ܬܫܪܐ ܒܪܥܝܢܗ ܀
ܬܫܒܘܚܬܗ ܠܡܪܝܐ ܀ ܝܕܘܥܐ ܕܟܣ̈ܝܬܐ
ܘܒܚܘܪܐ ܕܠܒܐ ܘܕܟܘ̈ܠܝܬܐ ܗܘ ܕܒܠ̈ܒܘܬܐ
ܫܪܐ : ܘܥܘ̈ܡܩܬܐ ܘܡܛܫ̈ܝܬܐ ܝܕܥ
ܫܡܥ ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܨܠܘ̈ܬܐ ܘܒܥ̈ܘܬܐ ܕܝܠܢ
ܥܒ̈ܕܝܟ ܘܣܓܘ̈ܕܝܟ ܕܒܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܟܢܝܫܝܢ
ܘܥܠ ܪ̈ܚܡܝܟ ܣܓܝ̈ܐܐ ܬܟܝܠܝܢ :
ܘܠܡܘ̈ܗܒܬܟ ܥܬܝܪ̈ܬܐ ܡܣܟܝܢܝܢ : ܦܢܐ
ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܠܫ̈ܐܠܬܢ ܘܐܨܬ ܐܕܢܟ ܠܩܠܐ
ܕܒܥܘܬܢ : ܘܩܒܠ
ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܥܒܕܟ ܡܫܡܫܢܗ
ܕܡܕܒܚܟ ܕܐܟܪܙ ܒܫܡܟ ܩܕܝܫܐ
ܘܚܘܣ ܥܠ ܢܦ̈ܫܬܢ ܘܥܠ
ܢܦ̈ܫܬܐ ܕܥܢܝ̈ܕܝܢ ܡܗܝ̈ܡܢܐ :
ܐܒܐ ܀

ܘܦܪܘܩ

Hunc gradum Sacerdotii præfigurarunt Sacerdotes, & Levitæ Ithamar, & Eleazar, & Phinees Sacerdos, ac Zacharias.

Parce Deus populo tuo, & miſerere gregis tui, & perfice tuum ſervum tuis chariſmatis, & gratia tua maneat in ejus mente.

Epiſcopus orat.

Cognitor occultorum, & Scrutator cordis ac renum, qui in cordibus habitas, & profunda, ac abſcondita noſti, exaudi, per tuas miſerationes, orationes, & ſupplicationes noſtrum famulorum & adoratorum tuorum, qui in tuo ſancto nomine congregati ſumus, & in multis ſuis miſerationibus fiduciam habemus, tuaſque divites gratias expectamus; annue per tuas miſerationes petitionibus noſtris, & aurem tuam accomoda voci deprecationis noſtræ, ac ſuſcipe prædicationem ſervi tui Diaconi altaris tui, qui in ſancto nomine tuo proclamavit, atque propitius eſto animabus, & noſtris, & defunctorum noſtrorū Fidelium. Pater.

Et

Et aperiunt portas Cancellorum, & dicunt. Sanctus: & credimus. *Ac unus e Periodeutis illum manu dextera ducit, & introducit dicens.*

Offerimus Sanctitati tuæ, Pater noſter religioſe, & Electe Dei Domine N. noſter hunc amantem Dei N. qui hic ſtat, & impoſitionem manus Divinæ accipit ex gradu iſto Præsbyterorum ad gradum Periodeutarum ſuper Altare nominis Sancti Domini N. Oppidi N. Et eſt Subditus Beatitudinis tuæ, Pater noſter Religioſe Dei; Præcantes autem, & obſecrantes omnes nos pro illo Deum Patrem, clamemus omnes tribus vicibus. Kyr. Kyr. Kyr.

Epiſcopus illum flectere utrumque genu jubet ac dicit.

Gratia Divina, & donum cœleſte, quæ omni tempore implet defectus noſtros, & ſanat infirmitatem noſtram, ac alligat vulnera noſtra, curamque gerit omnium filiorum Sanctæ Eccleſiæ, per electionem, & oblationem Gregis, & per mandatum Summorum Sacerdotum, hunc Servum Dei, cujus anima

[illegible]

proſtrata eſt coram Altari Dei veri, & ad Deum cœli reſpicit, dum expectat donum gratiæ ipſius; vocat, & promovet ipſum ex gradu Præsbyterorum ad gradum Periodeutarum ad Altare ſanctum ſancti Domini N. Oppidi N. Oremus igitur omnes diligenter pro eo, ut Spiritus Sancti inhabitatio ſuper eum veniat, & clamemus pro eo tribus vicibus: Dona ei Domine.

Diaconus. In pace Domino ſupplicemus.

Epiſcopus manum ſuam tremulam movet ſuper caput ejus, & inclinatur.

Eja Domine, dignum eum fac vocatione Periodeutarum, ut promereatur, per tuum erga homines amorem, uti decet nomen tuum ſanctum, exhibere tibi ſervitutem, & Sacerdotio fungi ad Altare tuum ſanctum, ac invenire miſericordiam in conſpectu tuo.

Extollit vocem.

Quia Deus miſericors es, tibique convenit laus, honor, & imperium, unacum Filio tuo dilectiſſimo, ac Spi-

Spiritu tuo Sancto. Nunc.

Inclinatur.

Domine Deus fortis, qui poſuiſti nos in ſortem hujus miniſterii, qui noſti mentes hominum, & ſcrutaris corda, ac renes; Exaudi nos propter multitudinem miſerationum tuarum, & munda nos ab omni ſorde carnis, & ſpiritus; Aufer peccata noſtra, ut nubem, & ut nebulam, iniquitates noſtras: Reple nos virtute tua, & operatione Spiritus tui ſanctiſſimi; Idoneos nos effice, qui ſimus miniſtri Teſtamenti tui novi; ut poſſimus, quemadmodum congruit tuo ſancto nomini, ſtare in conſpectu tuo ad Sacerdotio ſungendum, & miniſtrandum tuis divinis Sacramentis; neque permittas nos fieri participes peccatorum alienorum, verum & noſtra dele, & concede nobis Domine, ut nihil faciamus inordinatè, ſed da nobis ſcientiam ad eligendum eos, qui digni ſunt, ut tibi offerantur.

Et extollit vocem.

Suſcipe etiam Periodeutam, & perfice ſervum tuum

[illegible]

[illegible]

um hunc, qui hìc præſens adeſt, & expectat donum tuum cœleſte, quia ſuavis es, & multum miſericors erga omnes, qui invocant te, & fortis eſt poteſtas tua, & Unigeniti Filii tui, ac Spiritus tui Sanctiſſimi. Nunc.

Et ponit manum ſuam ſuper myſteria, & ſuper caput ejus, ac dicit: Pax vobiſcum: P*opulus*: Et cum ſpiritu tuo.

Epiſcopus dicit.

• Domine Deus vive, & fortis, Sancte, cujus clementia in Sanctis perficitur, & ſublimitas in humilibus dignoſcitur; Et in Juſtis virtus adparet, ac Divinitas in Sacerdotibus manifeſtatur; Pontifex ſumme, qui Moyſi dixiſti; Aaron, ejuſque filii erunt mihi Sacerdotes; Nullius rei indigus, qui eidem poteſtatem dediſti, ut eos ſanctificaret, quo offerrent tibi oblationes Iſraelis; Splendide, ac terribilis, cujus voluntati placuit, ut uſque ad Apoſtolos ſanctos deduceretur Sacerdotium & Sacramentum Majeſtatis tuæ tremendæ; Cujus vim ſuſtine-

nere nequeunt creaturæ ; Et te demiſiſti , ac ſanctis Apoſtolis tradidiſti , eoſque docuiſti , ut offerrent , & eligerent tibi Sacerdotes , qui facerent tuam voluntatem ; Nunc itaque rogamus Te in hoc inſtanti , ut adveniat dextera tua per inhabitationem Spiritus tui Sancti , & per poteſtatem infallibilem , quæ a te eſt , reveletur ſuper ſervum tuum hunc N. ſuper quem tua dextra cum noſtra dextera imponitur , ut aſcendat e gradu Præsbyterorum ad gradum Periodeutarum ad Altare ſancti Domini N. Oppidi N. & fac illum , Domine , diſpenſatorem myſteriorum tuorum ſanctorum , & vivificantium ; & exaltetur Divinitas tua per ejus humilitatem , ipſius autem miniſterium tuæ voluntati ſit acceptum , & placetur Dominatio tua per ejus Sacerdotium ; atque per ſanctitatem morum ejus gratia tua honorificetur ; Et tu , Domine , præſta illi per tuum illapſum ſuper eum , ut veluti Cuſtos Ærarii præclarus, &

ܘܢܗܘܐ ܪܥܝܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܕܒܝܬܐ ܡܗܝܡܢܐ
ܡܬܚܦܛ ܐܝܟ ܕܒܝܨܝܦܘܬܐ. ܕܢܦܨܐ ܚܝ̈ܐ ܡܢ
ܫܘܢܩܐ ܕܚܛܝܬܐ. ܘܢܕܒܪ ܡܪܥܝܬܐ
ܕܐܬܓܥܠܬ ܠܗ ܡܢܟ ܕܒܕܟܝܘܬܐ ܘܢܩܕܫ
ܥܠ ܡܕܒܚܐ ܕܗܪܟܐ ܘܕܠܥܠ
ܒܫܡܝܐ ܀

ܡܬܦܢܐ ܠܡܕܒܚܐ ܘܐܡܪ ܀

ܒܛܝܒܘܬܐ ܕܝܚܝܕܝܐ ܒܪܐ
ܕܝܠܟ ܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ
ܕܥܡܗ ܠܟ ܝܐܐ ܫܘܒܚܐ
ܘܐܝܩܪܐ ܀

ܡܫܡܫܢܐ ܡܟܪܙ ܟܪܘܙܘܬܐ ܀

ܢܩܘܡ ܟܠܢ ܒܨܠܘܬܐ ܩܕܡ ܐܠܗܐ ܀
ܘܢܒܥܐ ܡܢܗ ܚܢܢܐ ܘܪ̈ܚܡܐ ܘܫܘܒܩܢܐ
ܕܚܘ̈ܒܐ ܀

ܗܘ ܒܪ̈ܚܡܘܗܝ ܢܩܒܠ
ܡܢܢ ܐܦ ܬܫܡܫܬܢ ܀
ܘܢܦܬܚ ܬܪܥܗ ܘܢܥܠܢ ܨܠܘ̈ܬܢ
ܩܕܡܘܗܝ ܀

ܐܓܥܠ ܥܢ̈ܘܗܝ ܠܫܡܥܘܢ ܟܐܦܐ ܕܪܚܡ
ܗܘܐ

& magiſter domus fidelis ſit, diligenti animatus cura, quæ gregis ipſius vitam liberet a cruciatu peccati, & præſit gregi, qui ipſi commiſſus eſt a te, ut per puritatem ab iniquitate remotam, & per ſanctitatem a ſordibus delictorum odibilium alienam, Sacerdotio fungatur, & conſecret ſuper Altare, quod hìc eſt, & ſupernum in coelo.

Convertitur ad Altare, & dicit.

Per gratiam Unigeniti Filii tui Domini noſtri JeſuChriſti, quocum tibi convenit gloria, & honor.

Diaconus prædicat Jacobiticum.

Stemus omnes in oratione coram Deo: & petamus ab eo clementiam, & miſericordiam, ac remiſſionem debitorum.

Ipſe per miſerationes ſuas ſuſcipiat a nobis etiam miniſterium noſtrum, & aperiat oſtium ſuum, ac orationes noſtræ introeant in conſpectu ipſius.

Credidit oves ſuas Simoni Cephæ, qui diligebat ipſum

ipſum ; & quia vidit, quod diligebat ipſum, Paſtorem illum conſtituit.

Interrogabat eum, ſi diligeret ipſum, paſceret agnos ipſius, & quia novit, quod multum diligeret ipſum, multum dedit illi.

Agnos, oves, & hædos in manus ejus tradidit, quia exiſtimavit verum eſſe illius amorem erga proprium gregem.

Ipſe Antiquis dedit Pontificatum, & primatum, & ipſe noviſſimis dedit Sacerdotium, quod facit virtutes.

Ipſe dedit thuribulum Aaroni, & Eleazaro ; ac manus impoſitionem Simoni Cephæ, & Johanni.

Erga ipſum Sacerdotio fungebatur Melchiſedec celeberrimus, ac ad ipſum aſcendebant omnia Sacrificia Filiorum Levi.

Ipſum præſignavit Moyſes in Sanguine Sacrificiorum ſuorum myſtice : Et Sacerdotes in vino miſcent Sanguinem ejus populo fideli.

Apoſtoli omnes cum illo Cepha Principe Diſcipulorum, acceperunt Eccleſiam a Domino Paſtorum.

Pro-

Propitius eſto, Deus, gregi tuo, qui te deprecatur: & ter voces laudis attollit nomini tuo.

Paſtor orat.

Deus, qui a ſæculo primitiis, & oblationibus placatur, & a plaſmate manuum ſuarum illas ſuſcipit; a quo ab initio divina hæc gratia, & cœleſte donum capiti figmenti noſtri data fuit; qui ſacrificium acceptum, & primum de manibus Abelis ſuſcepit; qui ex animantibus, & volatilibus, quæ in medio Arcæ, erant de manibus Noe ſuſcepit; qui ab Abraamo dilecto ſuo oblationes per Iſaacum ſuſcepit: qui per panem & vinum, quæ obtulit Melchiſedec, ſuper Golgotham induit ejus ſimilitudinem, & ſuſcepit, ac figuravit myſterium Corporis ſui, ac Sanguinis vivi, & ſancti; qui per humilitatem Moyſis Principis Prophetarum electi, ipſius faciem ſplendidam inſtar Solis reddidit; eique virgam divinam dedit, per quam prodigia fecit, & in monte Sinai mandata accepit, deditque Sacerdotium Aaro-

Aaroni Sacerdoti, ejuſque filiis, ut oblationes offerrent Iſraelis; qui per zelum Phinees Sacerdotis mortem peccati avertit, & Iſraelem expiavit; qui per ſacrificium Eliæ Pontifices peccati perdidit; qui oſſibus per Eliſei Prophetæ diſpenſationem donum vitæ conceſſit, & per ejus poteſtatem mortui reſurrectionem fecit: qui dedit poteſtatem Apoſtolis ſuis ſanctis, ut ægrotos ſanarent, & virtutem inimici expellerent, & ſerpentes, ſcorpioneſque conculcarent, quin ipſis quidquam noceret. Nunc itaque Domine, Dominus Prophetarum, & Apoſtolorum, petimus a te, tuamque obſecramus miſericordiam, ut per orationes, ac ſupplicationes illorum concedas huic ſervo tuo N. inhabitationem Spiritus tui Sancti, & elevetur ex gradu Præsbyterorum ad gradum Periodeutarum, & ſit tibi magiſter domus fidelis, & myſteria tua divina ſine macula adminiſtret, ac ſancto tuo Altari ſine reatu miniſterium exhibeat atque ſine culpa regat Eccleſiam

ſiam tuam, & Sacerdotes, qui ipſi ſubſunt; & Advenas ſuſcipiat, Infirmos viſitet, Viduas ſuſtentet, ac dexteram ſuam porrigat omni auxilium ab eo petenti inſtar Abrahami juſti, & Jobi ſancti, nec portam ſuam in faciem cujuſvis occludat; Altaria figat, & baptiſteria; & gubernet gregem ſuum in æquitate, atque recte converſetur in diſpenſatione domus tuæ cunctis diebus vitæ ſuæ.

Et converſus ad Altare dicit.

Per gratiam tuam, & per inſignem amorem Unigeniti Filii tui, ac Spiritus tui vivi, & ſancti. Nunc.

Diaconus prædicat Ephremiticam.

Stemus omnes in oratione, & offeramus ſupplicationem illi, pro ſervo ipſius iſto, quem elegit, ut in fide ad Te clamet.

Per te, Domine, veniat ad perfectionem, & concedatur illi ſpiritualis, ac ſacerdotalis impoſitio manus, o Dator myſtice.

In medio Eccleſiæ tuæ Sacer-

cerdos ſit, & ſanctitas ejus impleatur; & ex Altari propiationis ipſe obtineat etiam perfectionem.

Eja, Domine, ſuſcipe illum in numerum Vigilum; Ordina eum, & extolle, atq. confirma, & ſuper gradum proprium etiam ipſum eleva.

Parce nobis, hominum amator, & delicta omnium noſtrum dimitte, & nomini quoque tuo confitebimur vocibus puris, & ſuſpirabundis.

Paſtor orat.

Deus clemens, & propitiator, qui audis gemitum Vincti, & ſolvis filios ex morte; Audi itaque propter tuas miſerationes, orationes, ac ſupplicationes ſervorum tuorum, & ſuſcipe fructus labiorum noſtrorum, ac benedicito operi manuum noſtrarum peccatricium, & ſuſcipe per miſerationes tuas prædicationem ſervi tui, & adoratoris tui Diaconi tui ſancti Altaris, qui prædicavit de Chirotonia hac ſervi tui N. & propitius eſto Domine Deus noſter animabus noſtris, & fidelium noſtrorum Defunctorum, Domine no-

ܡܪܢ ܘܐܠܗܢ ܀

ܘܡܬܟܪܥ ܀

ܚܘܪ ܒܢ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܒܗܕܐ ܫܥܬܐ

ܘܚܘܪ ܒܩܝܡܬܢ ܕܩܕܡܝܟ ܘܐܬܪܥܝ ܒܢ

ܘܩܒܠ ܬܫܡܫܬܐ ܕܢܦܫܬܢ ܘܒܪܟ ܠܥܒܕܐ

ܕܐܝܕܝܢ ܘܫܕܪ ܒܘܪܟܬܟ ܫܡܝܢܝܬܐ ܥܠ

ܥܒܕܟ ܗܢܐ ܦܠܢ ܘܬܫܦܪ ܠܟ ܟܝܪܘܛܘܢܝܐ

ܗܕܐ ܕܗܘܬ ܥܠܘܗܝ ܝܘܡܢܐ ܡܢ ܐܝܕܝܐ

ܕܥܒܕܐ ܕܝܠܟ ܚܛܝܐ ܒܝܕ ܪܘܫܡܟ

ܩܕܝܫܐ ܘܡܠܝܗܝ ܛܝܒܘܬܟ ܐܝܟܢܐ

ܕܢܫܬܘܐ ܒܝܕ ܡܘܗܒܬܐ ܗܕܐ ܪܒܬܐ

ܕܢܩܘܡ ܩܕܡܝܟ ܒܕܟܝܘ ܘܕܠܐ ܡܘܡ

ܘܕܠܐ ܪܫܝܢ ܘܢܟܗܢ ܠܟ ܒܠܒܐ ܕܟܝܐ

ܘܢܩܢܐ ܪ̈ܚܡܐ ܘܚܢܢܐ ܒܛܝܒܘܬܟ

ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܩ̈ܕܝܫܐ ܕܡܢ ܥܠܡ ܫܦܪܘ ܠܟ ܀

ܬܠܐ ܩܠܗ ܀

ܡܛܠ ܕܪ̈ܚܡܐ ܨܒܐ ܐܢܬ ܘܠܟ ܝܐܐ ܫܘܒܚܐ

ܘܐܝܩܪܐ ܘܣܓܕܬܐ ܘܠܐܒܘܟ ܘܠܪܘܚܟ

ܩܕܝܫܐ ܂ ܗܫܐ ܀

ܘܡܩܝܡ ܠܗ ܡܢ ܐܪܥܐ

ܘܡܛܠܒ

noſter, & Deus noſter.

Et inclinatur.

Reſpice in nos, Domine Deus in hac hora, & aſpice in conſiſtentiam noſtram coram te, atque complaceat tibi in nobis, & ſuſcipe miniſterium animarum noſtrarum, ac benedic operi manuum noſtrarum, & demitte benedictiones tuas cœleſtes ſuper hunc ſervum tuum N. Et placeat tibi Chirotonia iſta, quæ facta eſt ſuper eum hodie, a manibus ſervorum tuorum peccatorum per tuum ſignaculum ſanctum, & adimple eum gratia tua, ut mereatur per donum hoc magnum ſtare coram te pure, & ſine macula & ſine reprehenſione; atq: Sacerdotio fungi erga te corde mundo, & obtineat miſerationes, & clementiam per gratiam tuam cum omnibus Sanctis, qui a ſæculo placuerunt tibi.

Extollit vocem ſuam.

Quoniam tu vis miſericordiam, tibique convenit gloria, honor, & adoratio, ac Patri tuo, tuoque Spiritui Sancto. Nunc.

Et erigit eum e terra, & ſu-

ſuper pectus ipſius Evangelium portandum tradit, ac ducunt eum duo Periodeutæ per Orarium, per Eccleſiam circumeuntes, & in Baptiſterium ingredientes, ac dicentes cantus convenientes. tonus parvus.

Convivium magnum & ſublime fecit Sponſus cœleſtis Eccleſiæ ſanctæ fideli: & invitavit, ac vocavit omnes populos, ut venirent, ac lætarentur in convivio, quod paravit Sponſus ſuæ Sponſæ Eccleſiæ, quam deſponſavit per propriam Crucem: duodecim Scribas in ea collocavit, & ſeptuaginta duos Lectores, & in medio ejus illos conſtituit, ut miniſtrarent ſuæ Deitati diebus, & noctibus. *Alleluja:* Parce, Deus Congregationi noſtræ, quæ Te depræcatur.

Cum perveniunt ad Baptiſterium, illud oleo Chriſmatis ſignat ſuo digito, & regreditur: ubi verò pervenit ad Altare, adorat, & benedicitur. Epiſcopus orat.

Poteſtate verbi tui vivificantis omnia, Domine Deus, præſta huic ſervo tuo, quem ele-

ܘܡܫܠܡ ܠܗ ܐܘܢܓܠܝܘܢ. ܠܡܫܩܠܗ

ܘܡܕܒܪܝܢ ܠܗ ܬܪܝܢ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܒܐܘܪܪܐ

ܟܕ ܡܟܪܟܝܢ ܒܥܕܬܐ ܘܥܐܠܝܢ ܠܒܝܬ

ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܐܡܪܝܢ ܡܕܡܝܬܐ

ܩܝܢܬܐ ܩܠܐ ܙܥܘܪܐ *

ܡܫܬܝܐ ܪܒܐ ܘܡܫܒܚܬܐ.

ܥܒܕ ܠܗ ܚܬܢܐ ܫܡܝܢܐ. ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ

ܡܗܝܡܢܬܐ: ܘܙܡܢ ܘܩܪܐ ܠܟܠܗܘܢ ܥܡܡܐ.

ܕܢܐܬܘܢ ܢܚܕܘܢ ܒܡܫܬܘܬܐ. ܕܛܝܒ ܚܬܢܐ

ܠܟܠܬܗ ܥܕܬܐ. ܕܡܟܪܗ ܒܙܩܝܦܗ:

ܬܪܥܣܪ ܣܦܪܝܢ ܐܩܝܡ ܒܗ. ܘܫܒܥܝܢ

ܘܬܪܝܢ ܩܪܘܝܐ. ܘܒܓܘܗ ܐܩܝܡ ܐܢܘܢ.

ܕܢܫܡܫܘܢ ܠܐܠܗܘܬܗ. ܒܐܝܡܡܐ ܘܒܠܠܝܐ

ܗ̄ܠ.. ܚܘܣ ܐܠܗܐ ܥܠ ܥܕܬܢ ܕܡܬܟܫܦܐ ܠܟ *

ܘܟܕ ܡܛܝܢ ܠܘܬ ܒܝܬ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܪܫܡ

ܠܗ ܒܨܒܥܗ ܡܢ ܡܫܚܐ ܕܡܘܪܘܢ ܘܗܦܟ:

ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܡܕܒܚܐ ܣܓܕ ܘܡܬܒܪܟ

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ *

ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܬܟ ܡܚܝܢܝܬ ܟܠ

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܫܘܐ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܕܓܒܝܬ

ܠܗ

ܐܦ ܓܒܝܬ ܠܕܪܓܐ ܗܢܐ ܡܝܬܪܐ
ܕܦܪܝܕܘܛܘܬܐ ܘܗܒ ܠܗ ܡܪܝܐ ܡܦܬܚ
ܦܘܡܗ ܒܝܕܥܬܟ ܘܠܡܩܡ ܩܕܡܝܟ
ܘܠܡܫܡܫܘܬܟ ܒܩܕܝܫܘܬܐ ܘܒܚܟܝܡܘܬܐ ܘܠܡܥܒܕ
ܘܠܡܫܠܡܘ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܒܗܘܢ ܢܚܬܘܡ
ܒܝܬ ܥܡܕܐ ܒܗܘܢ ܡܕܒܚܘܬܐ ܘܡܩܝܡ
ܡܕܒܚܐ ܘܡܫܚ ܠܗܘܢ ܒܡܫܚܐ
ܡܒܣܡܐ ܒܕܘܟܪܢܐ ܕܝܘܡ ܚܫܗ ܕܦܪܘܩܢ
ܕܒܐܝܕܗ ܠܟ ܦܐܐ ܫܘ. ܘܠܪܘܚܟ
ܩܕܝܫܐ ✱

ܘܫܩܠ ܡܢܗ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܘܡܫܠܡ
ܠܗ ܩܪܢܐ ܕܡܫܘܚܐ ܘܡܚܕܪܝܢ ܠܗ ܒܥܕܬܐ
ܟܕ ܐܡܪܝܢ ܒܩܠܐ ܝܚܝܕܝܐ ✱

ܡܫܝܚܐ ܢܛܘܪܝܗ
ܠܥܕܬܟ ✱

ܐܘ ܒܩܠܐ ܙܥܘܪܐ ✱

ܠܪܝܚܐ ܕܒܣܡܐ ܢܗܘܐ ܡܪܝܐ . ܠܬܪܥܘܝܟ
ܘܠܚܘܣܝܢ : ܘܠܥܘܗܕܢܐ ܕܝܠܕܬܟ . ܒܐܪܥܐ
ܘܠܥܠ ܒܫܡܝܐ : ܘܠܥܘܗܕܢܐ ܕܩܕܝܫܐ
ܕܪܚܡܘܟ ܘܢܛܪܘ ܦܘܩܕܢܝܟ : ܘܠܥܘܗܕܢܐ
ܕܥܢܝܕܐ .

elegiſti, & promoviſti ad hunc præſtantem Periodeutarum gradum, & da illi, Domine, aperire os ſuum cum tui ſcientia, & adſtare in conſpectu tuo, tibique ſancte, ac prudenter miniſtrare, atque omnem voluntatem tuam facere, & adimplere in Eccleſiis ſanctis, in illis Baptiſteria obſignando, Altaria conſtituendo, & eadem ungendo oleo odorifero in commemoratione diei paſſionis Salvatoris noſtri, per quem tibi gloria, & Spiritui tuo Sancto.

Et aufert ab eo Evangelium, illique portandum tradit cornu Chriſmatis, & circumducunt eum in Eccleſia dicentes tono ſolitario.

Chriſte cuſtodi Eccleſiam tuam. *ſeu tono parvo.*

Suffitus aromatum ſit, Domine, ad tui placationem, & ad noſtram expiationem, & ad commemorationem genitricis tuæ in terra, & ſurſum in cœlo, atque ad commemorationem Sanctorum, qui te dilexerunt, ac tua mandata ſervarunt; & ad commemorationem Defunctorum

rum, qui obdormierunt in recta fide; nobis autem propitiationem, & veniam concede de tuo theſauro; *All.* Suſcipe thus noſtrum, & orationem noſtram.

Et ingrediuntur Baptiſterium, illudque obſignat manu propria, & redeunt ad Altare, & ter adorat ac benedictionem accipit; Epiſcopus autem orat ut ſupra; Poteſtate verbi tui *&c. & dat illi cornu Chriſmatis, & aliam proceſſionem inſtituunt dicentes;* Sanctus es hominum amator.

Sanctus es, Deus, qui proprium Filium miſiſti, & deſponſavit ſibi Eccleſiam ſanctam, in qua circumferretur. Sanctus es: Fortis, per quem converſus eſt, hic tuus Grex ab Idolis vanis. Sanctus es; immortalis, qui propria morte, Eccleſiam redemit de manu mortis crudelis. Qui crucifixus es: Salvator noſter ſuper Golgotham, & Eccleſia tua per tuum ſanguinem ab errore redempta eſt; & ecce hodie filii ejus tua cruce ſalvati, a malo, ejuſque virtu-

ܕܫܟܒܘ .. ܒܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ
ܘܠܢ . ܕܝܢ . ܚܘܣܝܐ ܘܫܘܒܩܢܐ . ܗܒ
ܠܢ ܡܢ ܒܝܬ ܓܙܟ . ܗ : ܩܒܠ
ܒܣܡܢ ܘܨܠܘܬܢ ܀
ܘܥܐܠܝܢ ܠܒܝܬ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܘܚܬܡ ܠܗ
ܒܐܝܕܗ ܕܝܠܗ ܘܗܦܟܝܢ ܠܡܕܒܚܐ ܘܣܓܕ .
ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܘܡܩܒܠ ܒܘܪܟܬܐ. ܘܡܨܠܐ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܐܝܟ
ܕܠܥܠ ܀ ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܬܟ ܘܝܗܒ ܠܗ .
ܩܪܢܐ ܀ ܕܡܫܚܐ ܘܥܒܕܝܢ ܙܘܝܚܐ ܐܚܪܢܐ
ܘܐܡܪܝܢ ܩܕܝܫ ܐܢܬ ܡܪܚܡܢܐ ܕܒܢܝ
ܐܢܫܐ ܀
ܩܕܝܫ ܐܢܬ ܐܠܗܐ ܕܫܕܪܬ ܠܒܪܟ . ܘܡܟܪܬ
ܠܟ ܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܒܗ : ܩܕܝܫ ܐܢܬ .
ܚܝܠܬܢܐ ܕܒܟ ܐܬܦܢܝܬ : ܗܘ ܡܪܥܝܬܟ ܡܢ
ܦܬܟܪܐ ܕܣܪܝܩܘܬܐ . ܩܕܝܫ ܐܢܬ . ܠܐ ܡܝܘܬܐ
ܕܒܡܘܬܗ . ܦܪܩܗ ܠܥܕܬܐ ܡܢ ܐܝܕܝ
ܡܘܬܐ ܩܫܝܐ . ܕܐܨܛܠܒܬ . ܦܪܘܩܢ
ܥܠ ܓܓܘܠܬܐ : ܘܥܕܬܟ ܒܕܡܟ ܐܬܦܪܩܬ
ܡܢ ܛܘܥܝܬܐ . ܘܗܐ ܝܘܡܢܐ . ܒܢܝ̈ܗ ܦܪܝܩܝܢ
ܒܨܠܝܒܟ . ܡܢ ܒܝܫܐ ܘܡܚܝܠܘܬܗ ܘܫܘܠܛܢܗ
ܕܣܛܢܐ .

ܥܡܗܘܢ. ܘܡܛܥܢܝܢ ܠܗ ܠܦܓܪܟ
ܘܠܕܡܟ ܚܝܐ. ܘܡܩܒܠܝܢ ܠܗ ܘܡܬܚܣܝܢ
ܒܗ ܡܢ ܚܘܒܝܗܘܢ. ܘܩܥܝܢ ܘܐܡܪܝܢ.
ܒܪܝܟ ܕܡܟܪ ܠܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ. ܘܥܒܕܗ
ܟܠܬܐ ܡܫܒܚܬܐ ܘܒܕܡܗ ܚܬܡܗ. ܘܗܐ
ܡܩܪܒܐ ܠܗ ܕܫ̈ܢܐ ܪ̈ܚܝܡܬܐ ܘܚ̈ܒܝܒܬܐ.
ܘܡܙܡܪܐ ܫܘܒܚܐ ܠܗ ܘܥܡ ܒܢ̈ܝܗ ܥܕܡܐ
ܠܥܠܡܝܢ ܀

ܘܟܕ ܡܛܐ ܠܒܝܬ ܡܥܡܘܕܝܬܐ ܪܫܡ
ܠܗ ܒܐܝܕܗ ܘܐܬܐ ܠܘܬ ܡܕܒܚܐ ܘܣܓܕ
ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ ܘܡܩܒܠ ܒܘܪ̈ܟܬܗ: ܡܨܠܐ
ܐܦܝܣܩܦܐ ܕܡܠܬܟ ܡܫܠܡ. ܘܫܩܠ ܀ ܘܠܘܬ
ܡܢܗ ܡܐܢܐ ܕܡܘܪܘܢ. ܘܝܗܒ ܠܗ
ܙܩܝܦܐ ܘܢܦܩܝܢ ܒܩܠܐ ܒܗ ܐܡܪܝܢ
ܩܠܐ ܝܚܝܕܝܐ ܀

ܛܘܒܝܟܝ ܥܕܬܐ ܡܗܝܡܢܬܐ. ܟܠܬܗ
ܕܒܪܐ. ܡܘܫܐ ܓܝܪ ܚܙܐ ܛܘܦܣܟܝ ܒܛܘܪܐ
ܕܣܝܢܝ. ܚܙܟܝ ܗܘܐ ܕܝܢ ܡܨܒܬܐ ܒܕܗܒܐ
ܕܟܝܐ ܘܢܩܝܐ. ܘܠܒܘܫܟܝ ܡܨܒܬܐ ܒܨ̈ܒܬܐ
ܕܨܘ̈ܪܬܐ. ܘܐܣܛܠܐ ܕܫܠܗܒܝܬܐ ܕܢܘܪܐ
ܕܡܙܠܓܐ.

tutibus, qui pugnat cum ipſis, circumferunt corpus tuum, ac tuum Sanguinem præcioſum, ipſumque accipiunt, & per ipſum expiationem debitorum obtinent; & clamant, Benedictus, qui ſanctam Eccleſiam deſponſavit, eamque ſponſam glorioſam effecit, & proprio ſanguine eamdem obſignavit; & ecce offert ei munera grata, & amabilia, atque pſallit gloriam ipſa, cum Filiis ſuis uſque in ſæculum.

Et dum pervenit ad Baptiſterium, ipſum manu ſua ſignat; & redit ad Altare, ac ter adorat, & benedictionem accipit. Epiſcopus orat. Poteſtate verbi tui &c. *Tum ab illo vas chriſmatis accipit, & dat ei Crucem, ac proſequuntur dicentes tonum ſolitarium.*

Beata es Eccleſia fidelis, ſponſa filii, Moyſes enim vidit typum tuum ſuper montem Synai. Te autem vidit auro puriſſimo, ac terſo ornatam, & habitum tuum ornamentis picturarum reſplendentem, & ſtolam tuam flamma coruſcantem. Commotus

tus eſt, quia vidit tuam pulchritudinem, adeo enim deſiderabilis fuiſti; & deſcendit, fecitque ad tui ſimilitudinem tabernaculum temporis filiis Iſrael, qui Sacrificia in eo obtulerunt. Hodie verò deſcendit Spiritus Sanctus ad Altaria tua, & filii tui clamabunt læti ad Sponſum tuum, Domine tibi gloria.

Et cum venit ad Baptiſterium, illud Cruce obſignat, & redeunt ad Altare, atque adorat, benedictionemq. accipit. Epiſcopus orat. Poteſtate Verbi tui *&c. Diaconus proclamat.* Argentum electum.

Benedictus eſt Chriſtus, qui te deſponſavit, Eccleſia, per ſui crucifixionem; & ſtatuit, ac poſuit in Te Altare Sanctitatis. Fregit in Te corpus ſuum ac ſanguinem vivum ad propitiationem delictorum, ut per ipſum reſplendeas inſtar Vigilum. Gloriæ puræ cum laudationibus, & omnibus Canticis tibi offerantur in Eccleſiis tuis, Domine noſter.

Paulus Apoſtolus ex Epiſt. ad Hæbreos: num. 135.

[Syriac text]

Fratres mei: quoniam habemus Pontificem magnum Jeſum Chriſtum Filium *Dei*, qui aſcendit in cœlum, *&c. uſque*, & factus eſt omnibus illis, qui ipſi obaudiunt, cauſa vitæ æternæ. Et ipſi.

Laudatio. Sacerdotes tui induantur juſtitiam, & juſti tui gloriam. *Allel.*

Paſtor legit Evangelium ex Matthæo: num. 23.

Et præcepit Jeſus Diſcipulis ſuis, ac dixit: in viam gentium non abieritis &c. *uſque* Neque virgam, dignus eſt enim operarius mercede ſua, & gloriam attollimus Patri, ac Filio.

Ordinatus abluat manus ſuas; Diaconus prædicat.

Chriſte Deus omnium noſtrum. Pro pace, & concordia totius Mundi fidelis, & pro cuſtodia Eccleſiarum, & Monaſteriorum, & præclara conſiſtentia Paſtorum; & pro eo, ut auferat Dominus Deus a terra & habitatoribus ejus omnes plagas, & virgas furoris; & pro Defunctis, qui ex aqua & ſpiritu

ritu regenerati fuere, atque cum recta fide ad Te migraverunt; Et pro populo iſto qui in nomine tuo ſancto convenit nobiſcum. Adoramus.

Chriſte. Præſta, ut conſcientia pura a ſordibus, & ardore charitatis tuæ aſſidui ſimus in cultu tuæ ſanctæ vineæ; & cum ſanctis tuis venerandis tibi obviam occurramus in altero tuo adventu, & clamemus, ac dicamus omnes. Deprecamur.

Chriſte. Propitius eſto, & miſerere omnium noſtrum per tuam clementiam, ac miſericordiam, & paſce ac rege nos ſecundum tuas miſerationes, atque perfice conſiſtentiam noſtram coram Te ac ſuſcipe ſupplicationes præceſque noſtras, quas fundimus pro iſto Periodeuta N: & placeat tibi impoſitio hæc manus, quam hodie accepit; & una voce trina clamemus, ac dicamus: Kyr. Kyr. Kyr.

Epiſcopus orat.

Chriſte Deus noſter, qui per tuas miſerationes audis anguſtiam pauperis vincti, & ſolvis filios a morte, exaudi miſericors orationem ſervo-

[illegible]

ܘܥ̈ܒܕܝܟ ܕܐܣܝܪܝܢ ܒܚܘܒܐ ܡܫܡܠܝܐ
ܘܒܗܝܡܢܘܬܐ ܕܝܠܟ : ܦܪܘܥ ܐܢܘܢ ܚܠܦ
ܐ̈ܪܥܢܝܬܐ ܫ̈ܡܝܢܝܬܐ : ܘܩܒܠ ܒܪ̈ܚܡܝܟ
ܟܪܘܙܘܬܗ ܕܥܒܕܟ ܡܫܡܫܢܗ ܕܡܕܒܚܟ
ܘܚܘܣ ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܥܠ ܚ̈ܛܗܐ ܕܡܪ̈ܥܝܬܟ
ܕܣܓܕܐ ܠܨܠܝܒܟ ܘܡܘܕܝܐ ܠܬܠܝܬܝܘܬܐ
ܐܒܐ ܘܒܪܐ ✻

ܘܡܘܬܒ ܠܗ ܥܠ ܕܪܓܐ ܡܨܥܝܐ
ܕܟܘܪܣܝܐ ܘܡܩܝܡ ܠܗ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ ✻
ܬܫܒܘܚܬܐ ܡܪܝܐ ✻

ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܐܝܩܪܐ ܘܠܫܘܒܗܪܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ
ܩܕܝܫܬܐ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ :
ܘܠܒܢܝܢܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܡܩܝܡܝܢܢ ܠܥܒܕܟ
ܗܢܐ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܕܟܘܡܪܘܬܐ ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ
ܘܩܕܝܫ ܡܪܝ ܦܠܢ ܘܩܪܝܬܐ ܡܒܪܟܬܐ ܦܠܢ
ܕܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܕܐܬܪܐ ܕܝܠܗ
ܐܫܬܥܒܕܘ ܡܫܥܒܕܝܢ ܠܫܘܠܛܢܐ ܕܦܪܝܘܕܘܛܐ

ܕܦܪܝܘܕܘܛܘܬܐ ܒܫܡ ✠ ܐܒܐ ܘܒܪܐ ✠ ܘܪܘܚܐ ܕܩܘܕܫܐ ✠ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ✻
ܘܐܦܝܣܝܣ

vorum tuorum, qui devincti ſunt amore perfecto, ac fide tua; Retribue eis pro terrenis cæleſtia; & ſuſcipe benignus prædicationem ſervi tui Diaconi Altaris tui, & per tuam miſericordiam propitius eſto peccatis gregis tui, qui adorat Crucem tuam, & confitetur Trinitatem; Pater, & Fili.

Et ſedere illum facit ſuper gradum medium Sedis, & erigit illum ter (a)

Ad laudem, & honorem, ac decus Trinitatis ſanctæ, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: & ad ædificationem Eccleſiæ ſanctæ collocamus hunc ſervum tuum ſuper ſedem Sacerdotii Eccleſiæ ſanctæ ſancti Domini N. Oppidi benedicti N. cujus diſtrictus Præsbyteri, ac Diaconi ſunt ſubditi poteſtati Periodeutici gradus; In nomine Patris ✠ & Filii ✠ & Spiritus Sancti in ſæcula *Amen*.

Et

(a) Rubrica Arabica inſerta in textu declarat hanc erectionem, & elevationem faciendam eſſe a ſubditis ipſius Ordinati.

Et dicunt, Æquum, & juſtum eſt, ac ſalutare.

Paſtor converſus ad Altare dicit.

Demitte, Domine, ſuper hunc tuum ſervum, gratiam divinam, & perfice cum eo donum cœleſte, illumque tibi effice Sacerdotem verum, & magiſtrum domus fidelem: Nunc.

Et dat illi Baculum, ſeu Pedum Paſtorale in dextera ejus dicens.

Dominus, qui dedit Moyſi Prophetæ ſacerdotium, prophetiam, caſtitatem, & humilitatem; eique virgam dedit in manu ipſius, quæ eſſet ſignum prodigii, itemque ipſi præcepit, ut per virgam domui Iſraelis ſalutem procuraret; & per virgam Iſraelitas a ſervitute Ægyptiorum liberavit, & per virgam Pharaonem devicit, & filios Iſraelis eduxit, & per virgam fortitudinis pavit filios Jacobi; Modo etiam Domine noſter clemens, & miſericordia plene, benedic huic ſervo tuo per hunc baculum, quem accepit, ut ipſi ſignum eſſet pacis, & pignus juſtitiæ; Nunc. *Hìc*

ܘܐܡܪܝܢ. ܫܘܐ ܘܙܕܩ ܘܡܚܝܢܐ ܀

ܪܥܝܐ ܡܬܦܢܐ ܠܡܕܒܚܐ ܘܐܡܪ ܀

[illegible]

ܗܝܕܝܢ ܡܩܝܡ ܠܗ ܘܡܘܒܠ ܠܗ ܠܬܪܥܐ ܕܡܕܒܚܐ
ܘܡܫܠܡ ܘܡܫܥܒܕ ܠܗ ܠܟܠܗ ܟܗܢܘܬܗ
ܘܥܕܬܗ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܠܟܠܗ ܐܪ̈ܙܐ ܘܡܙܗܪ
ܘܥܕܬܗ ܘܐܪ̈ܙܐ : ܡܙܗܪ ܘܐܡܪ ✠

ܡܫܠܡ ܐܢܐ ܒܐܝ̈ܕܝܟ ܦܪܝܘܕܘܛܐ ܥܕܬܐ
ܗܕܐ ܕܐܠܗܐ ܕܡܪܝ ܦܠܢ ܘܡܪܥܝܬܗ
ܕܡܫܝܚܐ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܟܗ̈ܢܘܗܝ
ܘܡܫܡ̈ܫܢܘܗܝ ܘܦܘܩ̈ܕܢܘܗܝ : ܘܟܠܗܘܢ
ܒ̈ܢܘܗܝ ܠܫܘܠܛܢܟ ܡܫܥܒܕ ܐܢܐ ܕܗܐ ܒܫܡܗܘܢ
ܓܡܝܪܬ ܘܒܨܒܝܢܗ ܕܐܠܗܐ : ܐܫܬܡܠܝܬ ܕܝܠܗܘܢ
ܘܕܝܠܗܘܢ ܐܬܓܒܝܬ : ܐܢܬ ܠܗܘܢ ܘܗܢܘܢ
ܠܟ : ܐܣܘܪ ܘܫܪܝ : ܦܩܘܕ ܘܬܩܢ
ܒܟܐܢܘܬܐ ܘܠܐ ܬܡܪܚ ܘܬܥܒܕ ܡܕܡ ܡܢ
ܟܐܢܘܬܐ : ܡܛܠ ܕܠܐ ܣܡܟ ܐܠܗܐ ܠܬܒܪܐ
ܐܠܐ ܠܡܐܣܪܐ : ܘܠܦܘܢܝܐ ܕܚ̈ܛܝܐ ܠܬܝܒܘܬܐ :
ܫܪܝ ܘܫܒܘܩ ܘܚܘܣ : ܐܚܒ ܘܢܝܚ
ܠܟܐ̈ܢܐ ܘܚܝܒ ܠܚ̈ܛܝܐ : ܥܕܪ ܠܡ̈ܛܠܡܐ
ܘܠܛ̈ܠܘܡܐ ܕܘܢ : ܘܠܐ ܠܐܢܫ ܬܗܘܐ ܢܣܒ
ܒܐ̈ܦܐ

Hìc erigit eum, & ducit illum ad portam Altaris, illique tradit Gregem ſuum, & omnes, & Diaconos ſubiicit ei, & Eccleſiam & omnia myſteria (a) & admonet eum dicens.

En trado in manus tuas, Periodeute, Eccleſiam Dei, Domini N. & Gregem Chriſti unacum omnibus Sacerdotibus ejus, Miniſtris, & Antiſtitibus, & omnes filios ejus tuæ ſubiicio poteſtati, ecce enim in nomine ipſorum perfectus es, & per voluntatem Dei, & illorum electus es: Tu itaque illis, & illi tibi ſunt. Liga, & ſolve, præcipe, & conſtitue in juſtitia, neque audeas quidpiam efficere, quod æquitatem prætergrediatur; quia non poſuit Te, Deus, in contritionem, ſed ad alligationem, & converſionem Peccatorum ad pœnitentiam: ſolve itaque, dimitte, & propitius eſto, ama, & mulce pios, Reos autem damna, oppreſſos adjuva, oppreſſores vero judi-

(a) Arabica expoſitio ita habet: Illum erigit e ſede & deducit ad portam Altaris magnam, eique tradit ſuum gregem, & ſubdit illi omnes Sacerdotes, & Miniſtros, qui in ipſo ſunt, poteſtatemque ei facit, ut Eccleſiam ejuſque Sacramenta adminiſtret.

dica, neque in faciem cujuſque reſpicias, Viduas adjuva; Ægrotos viſita, conſule pauperibus, & omnibus Te præſtolantibus poſtulata concede; Cave a ſuperbia, & ab inani gloria, & a fraude, a mendacio, a maledictionibus, & imprecationibus; Elige autem tibi humilitatem cum longanimitate, hæc enim omnia te exaltant, & honorabilem reddunt apud Deum vivum, & ad dexteram Dei te ſtatuent. Nos verò, Fratres noſtri, perfecimus vobis Periodeutam iſtum per electionem Eccleſiæ ſanctæ Dei, & omnium filiorum ejus, ut paſcat, & regat, & portet onus omnium infirmorum, & peccatorum, qui inclinaverunt colla ſua coram nobis; Dextera igitur Dei, ipſa vos cuſtodiat, & regat die, ac nocte in hoc ſæculo, & in futuro per orationes Genitricis Dei Mariæ, & omnium Sanctorum. *Amen.*

Et converſus ad Altare dicit.

Gratias agimus tibi, Domine noſter Jeſu Chriſte omni-

[illegible]

omnipotens, & omnia gubernans, propter multitudinem miſericordiæ tuæ, quam erga nos feciſti viſitando infirmitatem noſtram, opem ferendo paupertati noſtræ, nos errantes revocando, diſperſos colligendo, & in nobis tuæ ſanctitatis habitaculum ſtatuendo, & Dominationi tuæ nos reconciliando; Adoramus etiam, & laudamus ſublimem tuam Deitatem, atque ſupplicamus gratiæ tuæ diviti, ut inhabitet in nobis, & in ſervo tuo iſto N. Periodeuta, qui per inhabitationem tuam perfectus eſt; rogamus etiam Te, & obſecramus miſericordiam tuam, ut demittas ſuper eum donum tuum miſericordia plenum, & eum efficias, qui ſit in domo tua fidelis, & Altaris tui miniſter perfectus; ac in medio Eccleſiæ tuæ integer diſpenſator, & dignos nos redde per æternas tuas miſerationes, qui ſtemus in conſpectu tuo cunctis diebus vitæ noſtræ ſine ullo reatu, præclaris moribus, & bonis operibus; & obtineamus fiduciam, ut confitea-

fiteamur Patri tuo, & oremus, ac dicamus. Pater noſter, qui es in Cœlis.

Populus. Sanctificetur.

Diaconus. Coram Te, Domine Deus.

Paſtor orat, ac dicit.

Domine Deus Spirituum, & univerſæ carnis, qui ſedes ſuper thronum ſplendidum regni tui in cœlis cœlorum altiſſimis, & profundos abyſſos intueris, convertere ad ſervos tuos humiles, & peccatores, qui inclinaverunt colla ſua coram Te, & benedic eos dextera tua plena omnibus benedictionibus, & cuſtodi eos virtute tua inexpugnabili, & ne nos inducas in tentationes, ſed libera nos a Sathana, & ab omnibus fraudibus ejus, & laqueis ejus, & malis, quia tuum eſt regnum, & virtus, & laus in cœlo, & in terra, Pater.

Archidiaconus. Ipſi Deo gloria.

Epiſcopus orat.

Domine Deus noſter miſerationibus tuis multis exaudi orationes noſtras, & ſuſcipe officia noſtra, & annue pe-

ܘܚܘܣ ܠܢ ܘܠܟܠܗܘܢ ܥܢܝ̈ܕܝܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ
ܕܒܡܫܝܚܐ ܐܒܐ ܀
ܘܐܡܪ. ܫܠܡܐ ܠܟܠܟܘܢ ܀
ܥܡܐ: ܘܥܡ ܀
ܪܥܝܐ ܪܫܡ ܠܡܥܪܒܐ ܘܐܡܪ ܀
ܐܒܐ ܛܒܐ ܘܡܪܝܐ ܡܪܚܡܢܐ ܗܘ
ܕܦܫܝܛܝܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܥܠ ܟܠܗܘܢ ܐܝܠܝܢ
ܕܒܗܝܡܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ ܩܪܝܢ ܠܟ ܦܫܘܛ
ܡܪܚܡܢܘܬܟ ܪ̈ܚܡܝܟ ܥܠ ܥܡܐ ܗܢܐ
ܕܟܢܝܫ ܒܫܡܟ ܩܕܝܫܐ ܘܣܘܟ ܥܠܝܢ
ܒܝܡܝܢܟ ܚܣܝܢܬܐ ܘܒܕܪܥܟ ܪܡܐ ܡܢ ،
ܒܝܫܘܬܐ ܕܒܥܠܕܒܒܐ ܘܡܢ ܢܟܠܘܗܝ
ܕܐܟܠܩܪܨܐ ، ܘܡܢ ܚܘܪܒܐ ܘܫܒܝܬܐ ،
ܘܟܦܢܐ ، ܘܡܘܬܢܐ ، ܘܡܢ ܟܠܗܝܢ ܡܚܘ̈ܬܐ
ܒܝ̈ܫܬܐ ܘܗܒ ܠܢ ܒܛܝܒܘܬܟ ܫܝܢܐ
ܘܫܠܝܐ ܘܚܘܠܡܢܐ ܒܟܠܗܘܢ ܝܘܡ̈ܬܐ
ܕܚܝ̈ܝܢ ܘܐܢܝܚ ܠܥܢܝ̈ܕܝܢ ܡܗܝܡ̈ܢܐ ،
ܘܐܫܪܐ ܠܢܦ̈ܫܬܗܘܢ ܒܡܘ̈ܬܒܐ ܕܢܘܗܪܐ
ܒܕܘ̈ܟܝܬܐ ܕܢܝܚܐ ܕܒܐܘܪܫܠܡ
ܕܠܥܠ ܥܡ ܟܠܗܘܢ ܩܕܝ̈ܫܝܟ
ܕܡܢ ܥܠܡ ،

petitionibus noſtris, & exaudi infirmitatem noſtram, & dimitte nobis, & omnibus defunctis noſtris fidelibus in Chriſto. Pater.

Et dicit. Pax vobiſcum.

Populus. Et cum.

Paſtor ſignat ad occidentem, ac dicit.

Pater bone, & Domine miſericors, cujus miſerationes expanſæ ſunt ſuper omnes eos, qui in fide & charitate te invocant, expande ob clementiam tuam miſerationes tuas ſuper hunc populum, qui in ſancto tuo nomine congregatus eſt; & protege nos dextera tua potentì, & brachio tuo excelſo a malitia inimicorum, & a fraudibus Adverſarii, & a deſolatione & captivitate, & fame, & peſte, & ab omnibus correptionibus malìs, & tribue nobis gratia tua pacem, & tranquillitatem, & ſanitatem cunctis diebus vitæ noſtræ; atque requiem da Fidelibus noſtris defunctis, & animas eorum fac inhabitare manſiones lucis in locis quietis, quæ ſunt in ſuperna Hieruſalem unacum omni-

omnibus illis, qui placuerunt tuæ voluntati, & dignos fac nos ſervos tuos, qui portavimus jugum tuum ſuave, & conſcripti fuimus tibi ſervi, & ſuper quos nomen tuum ſanctum invocatum eſt, ut ſtemus coram Te juſte, ac pie cunctis diebus vitæ noſtræ ſine reatu, ac ſine culpa, & miniſtremus Altari tuo ſancto puré & ſanctè, & operemur, atque lucremur & negotiemur ſuper talentum, quod accepimus a Te in multis duplicibus, & in die tremenda adventus tui procedamus obviam tibi in lætitia, portantes lucra operum bonorum, & ingrediamur tecum ad thalamum tuum, atque attollamus gloriam, confeſſionemque nomini excelſo Trinitatis laudabilis in ſæcula. *Amen*.

ܠܨܒܝܢܟ ⁘ ܘܐܫܘܐ ܠܢ ܚܢܢ ܥܒ̈ܕܝܟ ܕܛܥܢ
ܕܢܝܪܟ ܒܣܝܡܐ ܘܐܬܟܬܒܢ ܥܒ̈ܕܐ
ܕܥܠܝܢ ܘܐܬܩܪܝ ܫܡܟ ܩܕ ܥܠܝܢ ⁘
ܕܢܩܘܡ ܩܕܡܝܟ ܒܟܐܢܘܬܐ ܘܒܙܕܝܩܘܬܐ
ܒܟܠܗܘܢ ܝܘܡ̈ܬܐ ܕܚܝ̈ܝܢ ܕܠܐ ܚܘܒܠܐ ܘܕܠܐ ܥܕܠܐ
ܘܢܫܡܫ ܠܡܕܒܚܟ ܩܕ ܒܕܟܝܘܬܐ
ܘܒܩܕܝܫܘܬܐ ܘܢܦܠܘܚ ܘܢܬܬܓܪ ܥܠ
ܟܟܪܐ ܕܢܣܒܢ ܡܢܟ ܒܐܥܦܐ ܣܓܝ̈ܐܐ ⁘
ܘܒܝܘܡܐ ܕܕܚܝܠ ܕܡܐܬܝܬܟ ܢܦܘܩ
ܠܐܘܪܥܟ ܒܚܕܘܬܐ ܟܕ ܫܩܝܠܝܢ ܡܘܬܪ̈ܢܐ
ܕܥܒ̈ܕܐ ܛܒ̈ܐ ܘܢܥܘܠ ܥܡܟ
ܠܓܢܘܢܟ ܘܢܣܩ ܫܘܒܚܐ ܘܬܘܕܝܬܐ
ܠܫܡܐ ܡܪܝܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ
ܡܫܒܚܬܐ ܠܥܠܡܝܢ
ܐܡܝܢ ⁂

ITEM CHIROTONIA QUA PERFICITUR CHUROJO QUI EST CUM EPISCOPO

ܬܘܒ ܟܝܪܘܛܘܢܝܐ ܕܡܫܬܡܠܐ ܒܗ ܟܘܪܝܐ ܕܗܘܐ ܥܡ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ✠

ܡܛܠ ܕܗܟܢܐ ܐܬܚܡܘ ܫܠܝ̈ܚܐ ܒܩܢܘܢܐ ܕܢܗܘܐ ܟܘܪܝܐ ܚܕ ܥܡ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܚܕ
ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܠܫܡܐ ܕܬܠܝܬܝܘܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܘܡܛܠܗܕܐ ܐܬܩܪܝ ܟܘܪܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ✠

Quoniam ſic definiverunt Apoſtoli in Canone, ut ſit Churojo unus cum Epiſcopo, & unus Archidiaconus ad nomen Trinitatis Sanctæ, & propterea Chorepiſcopus vocatus eſt.

ܩܕܡ ܥܐܠܝܢ ܠܒܝܬܓܙܐ ܘܩܝܡܝܢ
ܩܕܡ ܡܕܒܚܐ ܙܥܘܪܐ ܕܒܒܝܬܓܙܐ ܕܥ
ܣܝܡܝܢ ܥܠܘܗܝ ܦܓܪܐ ܘܕܡܐ ܘܩܪܢܐ
ܕܡܫܘܚܐ : ܘܨܠܝܒܐ : ܘܗܘ ܕܐܬܓܒܝ
ܩܐܡ ܒܡܥܪܒܗ ܕܒܝܬܓܙܐ ܟܕ ܠܒܝܫ
ܠܒܘܫܐ ܕܩܫܝ̈ܫܐ ܘܥܐܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܟܕ ܠܒܝܫ
ܬܟܣܗ ܘܟܠܗܘܢ ܟܗܢܐ ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ
ܛܟܣܗܘܢ ܥܐܠܝܢ ܒܒܝܬܓܙܐ ✠
ܘܩܝܡܝܢ

Primùm ingrediuntur in Betgaza, *ac ſtant coram Altari parvo in* Betgaza, *ſuper quod diſpoſita ſint Corpus, & Sanguis, ac cornu Chriſmatis, & Crux. Ille verò, qui electus fuerit, ſtat ad occidentale latus* Bethgazæ *amictus indumentis Præsbyterorum. Intrat autem Epiſcopus indutus ordine ſuo, & omnes Sacerdotes ac Diaconi proprii ordinis ſacris parati veſtibus ingrediuntur, & unacum eo ſtant in* Bethgaza.

Tunc

Tunc Paſtor incohat orationem principii.

Dignos effice nos Chriſte Deus miniſterio hoc myſtico, ut ſacerdotale hoc exercitium perficiamus, & abundantia tuorum Chariſmatum cœleſtium, & divinorum repleamur, tibique attollamus.

Et dicunt Reſponſorium: Miſerere mei, *ex primo ordine. Archidiaconus*. Stemus rectè. *Epiſcopus*: Proœmium. *Diaconus*: Ego Ego. *Epiſcopus*: Acceptationem. *Archidiaconus prædicat ex ordine Periodeutarum.*

Epiſcopus orat.

Gloria tibi, Bone exauditor, & Medice ſapiens, Domine noſter Jeſu Chriſte, qui audis ex omni loco, & auſcultas ex omnibus Creaturis; Audi præconium ſervi tui Diaconi Altaris tui, qui prædicavit, & propitius eſto Populo tuo, atque Gregis tui Ovibus. Pater.

Et dicunt Pſal. 23.

Dominus paſcet me, & nihil mihi deerit. *Allel.*

Et ſuper Prata fortitudinis collocabit me: Et ſuper aquas

ܘܥܠ ܡܝ̈ܐ ܕܢܝ̈ܚܐ ܢܕܒܪܢܝ ܗ ܀

ܢܦܫܝ ܐܦܢܝ ܘܕܒܪܢܝ ܒܫܒܝ̈ܠܐ ܕܩܘܫܬܐ .

ܡܛܠ ܫܡܟ ܐܦ ܐܢ ܐܗܠܟ ܒܛܠܠܝ̈

ܕܛܠܠܐ ܡܘܬܐ . ܗ ܀

ܠܐ ܐܙܘܥ ܡܢ ܒܝܫܬܐ ܡܛܠ ܕܐܢܬ

ܥܡܝ . ܫܒܛܟ ܘܚܘܛܪܟ ܗܢܘܢ

ܒܝܐܘܢܢܝ . ܗ ܀

ܛܝܒܬ ܩܕܡܝ ܦܬܘܪܐ ܠܘܩܒܠ

ܒܥܠܕܒ̈ܒܝ . ܐܪܘܝܬ ܪܫܝ ܒܡܫܚܟ

ܘܟܣܟ ܡܪܘܐ ܐܝܟ ܚܝܐ . ܗ ܀

ܛܝܒܘܬܟ ܘܚܢܢܟ ܪܕܦܘܢܝ . ܟܠܗܘܢ

ܝܘܡ̈ܬܐ ܕܚܝ̈ܝ . ܗ ܀

ܘܐܥܡܪ ܒܒܝܬܗ ܕܡܪܝܐ ܠܐܘܪܟܐ ܕܝܘܡ̈ܬܐ ܀

ܘܡܙܡܘܪܐ ܕܦܓ ܀

ܡܐ ܚܒܝܒܝܢ ܡܫܟ̈ܢܝܟ ܡܪܝܐ ܚܝܠܬܢܐ ܗ ܀

ܡܬܡܢܝܐ ܢܦܫܝ ܘܐܦ ܡܣܬܘܚܐ ܠܕܪ̈ܬܗ

ܕܡܪܝܐ . ܠܒܝ ܘܒܣܪܝ ܫܒܚܘ ܠܐܠܗܐ

ܚܝܐ . ܗ ܀

ܘܐܦ ܨܦܪܐ ܐܫܟܚ ܠܗ ܒܝܬܐ

ܘܫܘܦܢܝܢܐ ܩܢܐ ܀ ܘܪܒܝܘ ܦܪ̈ܘܓܐ ܠܘܬ

ܡܕܒܚܟ

quas quietas ducet me. *Allel.*

Animam meam convertit, & deduxit me per ſemitas veritatis: Propter nomen tuũ, etſi ambulavero in vallibus umbræ mortis. *Allel.*

Non timebo malum, quia tu mecum es: Virga tua, & baculus tuus me conſolabuntur. *Allel.*

Diſpoſuiſti coram me menſam adverſus inimicos meos: Oleo caput meum unxiſti, & Calix tuus inebriat, ut vivus. *Allel.*

Gratia tua, & miſericordia tua prævenerunt me: Cunctis diebus vitæ meæ. *Allel.*

Ut inhabitem in domo Domini in longitudinem dierum.

Et Pſal. 83.

Quam dilecta ſunt Tabernacula tua, Domine fortis. *Allel.*

Expectavit anima mea, & deſideravit atria Domini: Cor meum, & caro mea laudaverunt Deum vivum. *All.*

Paſſer quoque invenit ſibi domum, & turtur nidum: Creverunt pulli ad latus Alta-

taris tui Domine fortis. *All.*

Rex meus, & Deus meus beati, qui habitant in domo tua: Laudabunt te in ſæculum. *All.*

Beatitudo homini, cujus adjutor Tu es: Et in cujus corde ſemitæ tuæ. *All.*

Tranſierunt per profundum fletus, & fecerunt illud locum habitaculi: Benedictionem etiam induetur ponens legem. *All.*

Ibunt de virtute ad virtutem: Et videbitur Deus Deorum in Sion. *All.*

Domine Deus fortis exaudi orationem meam: Et auribus percipe Deus. *All.*

Et vide Tu Deus adjutor noſter: ac reſpice in faciem Chriſti tui. *All.*

Quia bonus eſt unus dies in atrio tuo præ millibus: Volui habitare in domo Dei. *All.*

Melius quam habitare in habitaculo impiorum: quia nutritor, & auxiliator noſter Dominus Deus eſt. *All.*

Miſericordiam, & decorem dabit Dominus: & non privabit bonis ſuis. *All.*

Eos, qui ambulant in ſimpli-

[illegible]

plicitate : Domine Deus fortis . *All.*

Beatus homo , qui in Te ſperat .

Et dicunt .

Sanctus es , & credimus .

Archidiaconus dicit . Pſalm: *Exalta me .*

Surge illuminare , quia pervenit lumen tuum , Sancta Eccleſia fidelis . Exclamavit Eſaias filius Amos ad Sponſam , quam deſponſavit filius Regis . Ornentur filii tui in medio tui , ſicut Aaron , & Eleazar ; & Sacerdotes , & Epiſcopi ſicut Melchiſedec Pontifex illuſtris . Armentur in Te Præſules tui , ſicut Petrus , & Joannes ; & laudent Dominum Deum tuum ſicut Thomas , & Philippus .

Et legunt ex Iſaïa Propheta , & ex prima Epiſtola Petri Apoſtoli .

Oro autem Seniores , qui ſunt in vobis , ego Senior Socius veſter *&c. uſque* . Et induite diligenter humilitatem mentis ad invicem .

Paulus ex Ep. ad Galatas.

Fratres mei , fructus autem ſpiritus ſunt charitas *&c. uſq.*

uſq. Vos qui in ſpiritu eſtis, corrigite eum in ſpiritu humili.

Antiphona.

Sacerdotes tui induantur juſtitiam, & Juſti tui gloriam.

Evangelium ex Matthæo num. 52.

Et vocavit Jeſus Diſcipulos ſuos, & dixit eis; ſcitis quia Principes Gentium Domini eorum ſunt *&c. uſq.* Sed miniſtrare, ut ponat animam ſuam pro ſalute multorum.

Archidiaconus prædicat Ephremiticam.

Stemus omnes in oratione coram illo, qui novit occulta, & vocibus ipſi gratis clamemus omnes ſimul.

Petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudando, ac ſancto; atque a Spiritu Sancto conſolatore armaturam, quam induerunt Diſcipuli.

Gigas, qui per Crucem ſuam mundum ſua redemit benignitate, ipſe concedat tibi dona, quæ placant ipſius Divinitatem.

Dominus, qui dedit tibi Sacerdotium, & coram quo ſtas

ܩܐܡ ܒܪܬܝܬܐ : ܢܬܠ ܒܐܝ̈ܕܝܟ ܚܘܣܝܐ ܠܥܢ̈ܐ
ܕܝܠܟ ܘܡܪܥܝܬܐ ✠

ܗܘ ܕܝܢ ܢܩܒܠ ܡܢ ܐܝ̈ܕܝܟ ܒܣܡ̈ܐ ܕܟܝܐ ܘܩܕܝ̈ܫܐ :
ܘܩܘܪ̈ܒܢܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܘܚܘܒܐ ܕܟܝܐ
ܘܨܠܘܬܐ ✠

ܚܝܠܐ ܘܦܪܝܡܐ ܕܫܩܠ ܗܘܐ ܐܗܪܘܢ
ܟܗܢܐ ܠܘܝܐ : ܘܟܠܐ ܗܘܐ ܠܡܠܐܟ ܡܘܬܐ
ܡܢ ܗܘ ܥܡܐ ܩܕܡܝܐ ✠

ܢܬܝܗܒ ܠܟ ܘܢܒܪܟܟ ܘܢܟܠܐ ܪܘܓܙܐ
ܡܢ ܐܬܪܟ : ܢܩܒܠ ܕܒܚܟ ܐܦ ܕܫܟ
ܘܢܬܪܥܐ ܠܟ ܘܢܪܘܡܡܟ ✠

ܚܘܣ ܥܠܝܢ ܪܚܡܢܐ ܕܒܢܝ̈ܢܫܐ ܘܒܨܝܪ̈ܬܢ
ܫܒܘܩ : ܘܡܢ ܪܘܓܙܐ ܩܫܝܐ ܦܪܘܩ : ܠܡܪܥܝܬܟ
ܡܢ ܐܒܥܠܕܒܒܐ ✠

ܪܥܝܐ ܐܡܪ ✠ ܗܒ ܠܢ ܡܪܝܐ ܕܢܫܡܥ
ܤܒܪܬܟ ܘܢܛܪ ܦܘܩܕ̈ܢܝܟ ܘܢܗܓܐ
ܒܢܡܘ̈ܣܝܟ : ܒܟܠܗܘܢ ܝܘ̈ܡܬܐ ܕܚܝ̈ܝܢ ✠
ܐܪܟܝܕܝܐܩܘܢ ܦܫܝܛܐܝܬ ✠

ܙܠܘ ܒܫܠܡܐ ܫܡܘ̈ܥܐ ܥܢܬ ܥܕܬܐ ܘܐܡܪܬ
ܕܓܢܘܢܐ ܛܝܒ ܠܝ ܚܬܢܐ
ܘܡܫܝܚܗ

ſtas in tremore, per manus tuas tribuat expiationem & paſcua ovibus tuis.

Ipſe autem ſuſcipiat de manibus tuis tymiama purum, & ſanctum; oblationes item, & fidem, charitatemque puram, ac orationem.

Virtus, & thuribulus, quæ ſuſtulit Aaron Sacerdos Levita, & avertit Angelum mortis ab illo populo priſtino.

Concedatur tibi, & benedicat te, ac avertat iram a regione tua: Suſcipiat Sacrificium tuum, munus quoque tuum, tibique placatus te exaltet.

Propitius eſto nobis hobis hominum amator, & defectus omnium noſtrum dimitte, & a dura ira libera gregem tuum ab adverſario.

Paſtor dicit.

Da nobis, Domine, audire tuum Evangelium, cuſtodire tua mandata, & meditari tuas leges cunctis diebus vitæ noſtræ.

Archidiaconus tono ſimplici.

Ite in pace Auditores, Eccleſia reſpondit, ac dixit, thalamum enim paravit mihi

hi Sponſus, & in ejus medio me conſtituit; & qui veſtibus expiationis non eſt indutus, non poteſt ingredi, & ſtare in meis ordinibus; & diſpoſitæ ſunt turbæ filiorum meorum in me ſplendide; & læte clamant dicentes, tibi gloria Domine.

Et egrediuntur in proceſſione, Sacerdotes quidem thuribulos apprehendentes, Diaconi verò flabella, & luminaria, Epiſcopus cornu chriſmatis; Unus ex Periodeutis Corpus, & alter Calicem; Is porrò, qui ſuſcipit impoſitionem manus portat duas Cruces, unam dextera ſua, alteram ſiniſtra, & procedunt præclaro ordine dicentes ſolitarios, *ſeu cantus congruentes donec veniant ad Altare.* Simpl.

Super volam manuum filii ædificata eſt Eccleſia, & ſuper ordines duodecim Apoſtolorum electorum poſita; Et Dominus noſter dedit illi virtutem, ac poteſtatem conculcandi omnes Religiones erroris: Conflavit illi arma veritatis, Crucem vivam, & impreſſionem Chriſmatis, cujus

[illegible]

ܩ̈ܘܐ ܡܬܩܕܫܝܢ ܗ̄ ܘܬܘܒ ܗ̄ ܡܪܢ
ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܩܒܠ ܙܘܚܢ ܫܡܥ ܨܠܘܬܢ
ܘܪܚܡ ܥܠܝܢ ܦܪܘܩܗ ܕܥܠܡܐ ✠
ܐܚܪܢܐ ✠ ܣܠܩ ܡܘܫܐ ܠܛܘܪܐ ܕܣܝܢܝ
ܘܚܙܐ ܬܡܢ ܠܡܫܟܢܐ ܕܒܝܬ ܐܠܗܐ ܘܙܝܘܐ
ܡܢܗ ܠܒܫ ܃ ܐܚܬ ܥܡܗ ܛܘܦܣܐ ܘܕܡܘ̈ܬܐ
ܕܗܢܝܢ ܕܚܙܐ ܒܗܝ ܥܕܬܐ ܕܒܘ̈ܟܪܐ ܃ ܢܚܬ
ܒܢܐ ܡܫܟܢ ܙܒܢܐ ܐܝܟ ܕܟܬܝܒ ܘܐܬܩܕܫ
ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܒܡܨܥܬܗ ܥܠ ܫܪܐ ܃ ܗ̄ ܘܬܘܒ
ܗ̄ ܃ ܡܪܢ ܒܪ̈ܚܡܝܟ ܩܒܠ ܙܘܚܢ
ܫܡܥ ܨܠܘܬܢ ܘܪܚܡ ܥܠܝܢ ܦܪܘܩܗ
ܕܥܠܡܐ ✠

ܩܠܐ ܕܦܫܛܐ ✠ ܢܛܘܪ ܡܪܢ
ܒܨܠܝܒܟ ܥܢܐ ܡܠܝܠܬܐ ܦܪܝܩܬܐ ܒܕܡܟ
ܕܠܐ ܢܫܠܛ ܒܗ ܣܛܢܐ ܣܢܝܐ ܕܟܠܗܝܢ
ܬܪ̈ܝܨܘܬܐ ܃ ܐܩܝܡ ܒܗ ܪ̈ܝܫܢܐ ܡܒܪ̈ܟܐ
ܘܪ̈ܥܘܬܐ ܕܥܒܕܝܢ ܨܒܝܢܟ ܘܡܕܒܪܝܢ
ܠܗ ܒܫܒܝܠܐ ܬܪ̈ܝܨܐ ܘܫܦܝܪ̈ܐ ܘܥܡܗ ܠܗ
ܢܣܩܘܢ

jus virtute Sacerdotes ſanctificantur . *All.* Item *All.* Domine noſter per tuas miſerationes ſuſcipe proceſſionem noſtram , audi orationem noſtram , & miſerere noſtri Salvator mundi .

Alius . Aſcendit Moyſes ad montem Synai , & vidit ibi habitaculum domus Dei , & ſplendorem ex eo induit: deduxit ſecum typos , & ſimilitudines eorum , quæ vidit in illa Eccleſia primogenitorum ; & deſcendit , ædificavitque tabernaculum temporis , ſicut ſcriptum eſt , & ſanctificatum eſt a Deo , ac in medio ejus ingreſſus habitavit *All.* Item *All.* Domine noſter propter tuas miſerationes ſuſcipe proceſſionem noſtram , exaudi orationem noſtram , & miſerere noſtri Salvator mundi .

Tono duplici . Cuſtodi Domine noſter per tuam Crucem gregem rationalem tuo Sanguine redemptum , ut non dominetur ei Satan oſor omnis rectitudinis & pulchritudinis ; Suſcita in eo Antiſtites benedictos , & Paſtores , qui faciant tuam voluntatem , eum ducant & regant in ſemitas rectas , ac decoras ; eumque

que paſcant ſuper prata fortitudinis vitæ veræ, ut in iis vivificetur, atque oblectetur ſemper. *All.* & *All.*

Et cum perveniunt ad Altare, ponunt ſuper illud myſteria ea, & ſtat, qui recipit impoſitionem manus extra portam Altaris, & unuſquiſque ſuum tenet ordinem: ac dicit: Benedic Domine; *Epiſcopus illum Cruce ſignat in fronte ter dicens*:

Dominus Deus benedicat te & faciat Chorepiſcopum ſuper Altare ſanctum Sancti Domini N. Oppidi N. In nomine Patris ✠. Et Filii ✠. Et Spiritus ✠ Sancti, in ſæculum Amen.

Deindè Epiſcopus aſcendit ad locum ſuum, & Sacerdotes, ac Miniſtri ter in proceſſione Eccleſiam circumeunt, noviter ordinatus interim deferat duabus ſuis manibus duas Cruces. Sed advertendum eſt, quod ſi noviter Ordinandus, prius non ſuſceperit officium Periodeutæ; primum oportet, ut illo perficiatur, & in proceſſione prima, Chriſma portet, eoque obſignet baptiſterium, & ubi

ܥܠ ܡܪ̈ܥܝܬܐ ܕܚܝܠܐ ܕܚܝ̈ܐ ܫܪܝܪ̈ܐ :
ܕܒܗܘܢ ܢܬܚܝܐ ܘܢܬܒܣܡ ܐܡܝܢܐܝܬ
ܗ̄ ܘܗ̄ ܀

ܘܟܕ ܡܛܝܢ ܠܡܕܒܚܐ ܣܝܡܝܢ ܥܠܘܗܝ
ܐܪ̈ܙܐ ܗܠܝܢ ܘܩܐܡ ܗܘ ܕܡܩܒܠ
ܣܝܡ ܐܝܕܐ ܠܒܪ ܡܢ ܬܪܥܗ ܕܡܕܒܚܐ
ܘܐܢܫ ܐܢܫ ܒܛܟܣܗ ܘܐܡܪ ܒܪܟ ܡܪܝ
ܘܚܬܡ ܠܗ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܒܨܠܝܒܐ ܥܠ ܦܬܘܬܗ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ ܟܕ
ܐܡܪ ܀

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܢܒܪܟܟ ܘܢܥܒܕܟ ܟܘܪ
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܠܡܕܒܚܐ ܩܕ̄ ܕܩܕ̄ ܡܪ̄ܝ
ܦܠܢ ܕܡܕܝܢܬܐ ܦܠܢܝܬܐ ܒܫܡܐ ✠ ܕܐܒܐ
ܘܒܪܐ ✠ ܘܪܘܚܐ ✠ ܕܩܘܕܫܐ ܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ܀

ܡܟܝܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܣܠܩ ܠܕܘܟܬܗ
ܘܟܗ̈ܢܐ : ܘܡܫܡܫ̈ܢܐ ܡܟܪܟܝܢ
ܠܥܕܬܐ ܒܙܘܝܚܐ ܬܠܬ ܙܒ̈ܢܝܢ
ܘܐܦ ܗܘ ܕܐܬܬܣܝܡ ܢܛܥܘܢ ܬܪܝܢ
ܨܠܝ̈ܒܐ ܒܬܪ̈ܬܝܢ ܐܝ̈ܕܘܗܝ
ܐܢ ܗܘ ܕܠܐ ܢܣܒ ܣܥܘܪܘܬܐ
ܡܢ ܩܕܡ ܘܠܐ ܐܫܬܡܠܝ ܒܗ ܘܒܙܘܝܚܐ ܩܕܡܝܐ
ܢܛܥܘܢ ܡܫܚܐ ܘܢܚܬܘܡ ܒܗ ܒܝܬ ܥܡܕܐ ܘܐܝܟܐ
ܕܐܝܬ

ubi redit ad Epiſcopum, hic manum illi ſuperimponit, & ſuper eum recitat orationem propriam Periodeutarum dicens. Poteſtate verbi tui *&c. Similiter in ſecunda Proceſſione accipiat Crucem unam, & circumeat, ac ubi pervenit ad Baptiſterium, illa Cruce Baptiſterium ſignat; & cum regreditur ad Epiſcopum, Crucem ab illo auferunt, & procidit coram eo, qui repetit ſuper ipſum orationem prædictam*: Poteſtate. *In tertia autem Proceſſione duas Cruces illi deferendas tradit, & tertiò ſuper eum recitat orationem*: Poteſtate *&c. Et poſt tertiam Proceſſionem ponit manum ſuam ſuper caput ejus dicens.*

Dominus Deus benedicat tibi in nomine ſuo vivo, ac forti, Dominus Vigilum ſupernorum, & virtutum cœleſtium, quæ ſtant coram ipſo & ſubditæ ſunt miniſterio Divinitatis ejus, atque aſſiduæ ad ejus laudationem, quæ-

quæque trementes, & feſtinantes mittunt perpetuas laudes cum Canticis dulcibus & præclaris Theologiæ vocibus; Dulces autem ſunt cynaræ eorum, & lucidus aſpectus ipſarum, omneſque inſimul inceſſabili ac perpetua in gloria exultant. Cum verò Tu Domine per tuas multas miſerationes, ac per tuam gratiam, hoc myſticum miniſterium ordinaſti; eidem præfeciſti Apoſtolos, & Præſules in pulchritudine doni, ſuper Prophetas & omnem menſuram eorum, qui fuerunt ante adventum tuum corporalem, nec obtinuerunt videre hoc miniſterium quod conceſſiſti per Divinitatem, & humanitatem tuam.

Et ſe inclinat.

Et nunc oramus te; Emunda nos a ſordibus, & abominationibus; & ſicut dignos nos feciſti, qui tibi aſſiſteremus, & miniſterium exhiberemus per hæc myſteria ſancta, ac divina, ita concede nobis adſtare in conſpectu magnitudinis tuæ ſine ulla reprehenſione, & ſtatue nos

[illegible]

nos ante illud Tribunal glorioſum divinitatis tuæ.

Et vocem attollit.

Et complaceat tibi in nobis, Domine Deus, qui tibi aſſiſtimus, ac ſancto Altari tuo in hoc inſtanti; & ſuſcipe a nobis peccatoribus hanc Chirotoniam ſervi tui hujus, non enim per impoſitionem manuum noſtrarum ſolùm datur ei Sacerdotium, ſed per gratiam tuam.

Et inclinat ſe.

Eja, Domine, ſupplices te rogamus, ut concedas ſervo tuo huic gratiam Spiritus tui per impoſitionem manuum, quam accepit a nobis hodie in nomine tuo, Univerſorum Domine; Et quidquid peccavimus, & ignoranter egimus coram divinitate tua, ipſa miſericordia tua, quæ dominatur in cœlo etiam, & in terra, ipſa, Domine, condonet, & dimittat debita, & peccata noſtra; Et dignos nos præſta, Domine, ut nihil agamus per prævaricationem, ſed tibi placentes exhibeamus tibi ſervitutem bonam cunctis diebus vitæ noſtræ.

Et extollit vocem ſuam.

Quia tu es Deus multarum miſerationum, tibique gloriam attollimus, & confeſſionem. Nunc.

Deindè collocat eum ſuper ſedem in gradu medio, & ei tradit pedum paſtorale dicens.

Dominus, qui dedit Moyſi prophetæ ſacerdotium, & prophetiam, & caſtitatem, ac humilitatem, deditque ei in manum ſuam virgam, quæ ſignum eſſet miraculi, & iterum mandavit illi, ut in virga operaretur ſalutem filiorum domus Iſrael; eoſque per virgam a ſervitute Aegyptiorum liberavit, & per virgam vicit Pharaonem, eduxitque filios Iſrael; ac per virgam fortitudinis pavit filios Jacob. Modo etiam, Domine noſter clemens, ac miſericordia plene benedic huic ſervo tuo per baculum hunc, quem accepit, ut ipſi ſignum ſit tranquillitatis, ac pignus juſtitiæ. Nunc.

Et imponit ei mithram dicens.

Ad Laudem, honorem, decus, & exaltationem Trinitatis ſanctæ, & conſubſtantia-

[illegible]

ܡ̈ܫܝܢܐ ܘܫܠܡܐ ܠܒܘܢܝܐ ܘܡܫܬܡܠܝܢܘܬܐ ܘܡܫܝܢܐ
ܕܥܕܬܐ ܩ̄ܕܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ *
ܦ̄ܢܝܐ ܡܨܠܐ ܟܕ ܦܫܝܛܢ ܘܐܦ̈ܘܗܝ
ܠܘܩܒܠ ܡܕܒܚܐ *
ܐܠܗܐ ܗܘ ܝܕܘܥܐ ܕܟܠܗܝܢ ܡܘܗ̈ܒܬܐ
ܛ̈ܒܬܐ ܗܘ ܕܡܣܬܟܠ ܒܟܠܗܘܢ ܥ̈ܒܕܐ
ܕܒ̈ܢܝܢܫܐ ܘܚܙܐ ܒܟܠܗܘܢ ܐܘܪ̈ܚܬܗܘܢ :
ܗܘ ܕܒܡܛܝܠܘܬܐ ܕܝܠܟ ܡܚܒܪ ܐܢܬ
ܠܐܝܠܝܢ ܕܣܢܝܩܝܢ ܠܟ : ܡܬܟܫܦܝܢܢ
ܠܟ ܥܕܪ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ ܘܗܒ ܠܗ ܛܝܒܘܬܐ
ܘܚܦܝܛܘܬܐ ܘܥܝܪܘܬܐ ܘܦܪܘܫܘܬܐ ܘܚܝܠܐ
ܘܡܫܟܚܢܘܬܐ ܕܢܫܦܪ ܠܟ ܒܬܫܡܫܬܐ
ܗܕܐ ܕܐܬܓܥܠܬ ܠܗ : ܘܐܫܘܝܘܗܝ
ܕܢܬܕܒܪ ܘܠܐ ܡܘܡ ܘܕܟܝܐܝܬ ܒܗ ܠܡܕܒܪܘ
ܒܐܘܪ̈ܚܬܐ ܬܪ̈ܝܨܬܐ : ܘܠܡܕܢ ܕܝܢܐ ܟܐܢܐ
ܘܠܡܦܣܩ ܡܢ ܗܢܘܢ ܕܬܚܝܬ ܐܝܕܗ
ܟܠܗ ܨܠܝܐ ܘܠܐ ܡܬܚܫܠܢܐ : ܘܠܐ ܦܪܘܫܘܬܐ
ܕܠܘܬ ܗܝܡܢܘܬܐ ܬܪܝܨܬܐ : ܗܒ : ܘܗܒ ܠܗ
ܕܘܒܪܐ ܕܠܐ ܡܘܡ ܘܡܕܒܪܢܘܬܐ ܕܠܐ ܪܫܝܢ :
ܐܝܟܢܐ ܕܟܠ ܥܒܕ ܠܗܘܢ ܠܫܘܒܚܟ
ܢܥܒܕ

tialis; & ad pacem, ac ædificationem ſanctæ Eccleſiæ Dei.

Epiſcopus orat apertis manibus, & converſus ad Altare.

Deus cognitor omnium donorum bonorum, qui intelligis omnia opera filiorum hominum, & intueris omnes vias eorum; qui providentia tua comprehendis illos, qui te indigent; Supplices te rogamus, auxiliare huic ſervo tuo, & tribue ei gratiam, & diligentiam, & vigilantiam, & diſcretionem, & virtutem, & potentiam, ut tibi placeat in hoc miniſterio, quod illi commiſſum eſt; & præſta illum dignum, qui ſine macula, ac purè in eo ſe gerat ad dirigendum in vias rectas, & ad judicandum juſta judicia, & ad reſcindendum ab iis, qui ſub manu ejus ſunt, omnem inclinationem, & impetum irrationalem, & inſipientiam circa fidem orthodoxam; & concede illi converſationem immaculatam, & diſpenſationem irreprhenſibilem, ut omnia faciens ad gloriam tuam, Deus

Deus Pater, & ad ædificationem Eccleſiæ tuæ, atque ad incrementum populi tui inveniat gratiam, & miſericordiam coram te, & hæreditet partem Diſpenſatorum fidelium, & ſapientum per miſerationes Unigeniti Filii tui, per quem, & cum quo tibi convenit gloria, honor, & imperium, una cum Spiritu tuo Sancto.

Et converſus ad populum dicit. Pax vobis. *Populus*. Et cum. *Atque manum ſuam capiti ejus imponit dicens*.

Concedat tibi Dominus Deus, ut ſis hominibus bonum exemplar, ad incrementum, & bonum ordinem fratrum; & concedat tibi etiam intelligentiam intentam ad corripiendum, & erudiendum cum fiducia, & moderatione eos, qui errant; atq. etiam ad ſuſcipiendum in charitate homines; & eos ſignes Cruce, & Chriſmate puro eoſdem facias filios ſpirituales; ſintque opera tua cum verecundia, & caſtitate: itaut omnia perficiens ad gloriam Dei, & ad profectum fratrum in timore Dei,

ܕܐܠܗܐ܃ ܘܬܫܟܚ ܛܝܒܘܬܐ ܘܪ̈ܚܡܐ
ܘܬܐܪܬ ܡܢܬܐ ܕܡܕ̈ܒܪܢܐ ܡܗܝ̈ܡܢܐ
ܘܚܟ̈ܝܡܐ ܘܦܠ̈ܚܝ ܟܐܢܘܬܐ ܘܩܕܝܫܘܬܐ ܒܝܕ
ܪ̈ܚܡܐ ܕܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܝܠܢ ܕܠܗ
ܫܘܒܚܐ ܘܥܠܝܢ ܪ̈ܚܡܘܗܝ ܠܥܠܡ
ܥܠܡܝܢ ✣

ܘܡܫܘܬܦܝܢ ܠܗ ܒܐܪ̈ܙܐ ܩܕ̈ܝܫܐ ܡܚ̈ܝܢܐ.

Dei, invenias gratiam, & miſericordiam, ac hæredites partem Rectorum fidelium, & Sapientum, & Cultorum juſtitiæ, & ſanctitatis, per miſerationes Domini Dei noſtri, cui gloria, & ſuper nos miſerationes ipſius ſint in ſæculum ſæculorum.

Et participem eum faciunt ſacrorum myſteriorum vivificorum.

ITEM

ITEM CHIROTONIA
QUA PERFICITUR CHOREPISCOPUS.

[illegible]

[illegible]

Canon. *Poteſtas autem Exarcatus, & nomen hoc, Sacerdotii non eſt gradus, ſed mandatum ſolum, ut præſit Sacerdotibus, & Monachis ſubjectis Epiſcopo, & audiat ea, quæ præcipit Epiſcopus, qui ſi ſenuerit, & non potuerit ambulare in eo (Exarcatu ſcilicet), vel ſi ei acciderit cæcitas, aut claudicatio, aut quidpiam eorum, quæ ipſum ab acceſſu, & receſſu impediant, aut inſania quævis parva, removetur, & ſurgit alius ex omnibus ordinibus Eccleſiæ, aut ex Chorepiſcopis, aut ex Periodeutis quibus eſt gradus definitus, & oratio, & titulus Eccleſiæ, & conſignatio Baptiſterii, & in fronte; non removetur autem, niſi inſaniam, quam Canones oſtendunt, quiſ-*

quiſpiam eorum contraxerit, & mors ei non acciderit, quemadmodum nec Patriarcha, nec Metropolitanus removentur, niſi ob illud impedimentum quod in morte advenit.

[illegible]

Primùm. Is, quem elegit Spiritus Sanctus, probetur nitidè, eique filii gregis ſui dant Chirographum, & edito ſigno ingrediuntur in Gazophilacium quiſque in ordine ſuo; Et tradit Epiſcopus duas Cruces ei, qui accipit impoſitionem manus: & egrediuntur in pulchro ordine e Gazophilacio, & circumeunt Eccleſiam, ac revertuntur ad Altare, & quiſque gradum ſuum obtinet, is verò, qui electus eſt, ſtat extra portam Altaris (a). *Et cum ingreſſus fuerit Epiſcopus, genua flectet coram eo, ac ejus dexteram oſculatur dicens:* Benedic Domine: *Signabit autem illum ſigno Crucis tribus vicibus in fronte dicens.*

Dominus Deus benedicat te, & faciat te Chorepiſcopum ad Altare Sanctum Sancti Domini N. Oppidi N. in nomi-

(a) Idipſum Arabice exponitur, & in fine ſubditur rubrica, quam nos Arabice latine ſubiicimus.

nomine Patris ✠, Et Filii ✠, Et Spiritus ✠ Sancti, in ſæcula. *Amen.*

Deinde incipit Epiſcopus ritum, qui ſimilis eſt ordinationi Epiſcopi; ſed oportet, ut unuſquiſque eorum ſecundum gradum ſuum appelletur; hoc eſt inferior appellatur Chorepiſcopus, & ſuperior Epiſcopus, ſine errore, & confuſione in appellatione; & Rubricam, ac orationem, quæ propriæ ſunt Ordinationis Chorepiſcopi, deſcribemus hìc integras; orationum verò, quæ recitantur etiam in ordinatione Epiſcopi, initia tantum indicabimus, integræ autem reperientur in Chirotonia Epiſcopi.

Oratio initii. Epiſcopus incohat ab oratione ex ordine Epiſcopi, atque dicunt reſponſorium. Miſerere mei.

Diaconus.

Stemus rectè.

Epiſcopus dicit. Proœmium.

Diaconus. Ego Ego.

Epiſcopus, Acceptationem.

Archidiaconus prædicat.

Epiſcopus.

Domine virtutum;

Et

ܒܫܡ ܐܒܐ ✠ ܘܒܪܐ ✠ ܘܪܘܚܐ ✠ ܕܩܘܕܫܐ

ܠܥܠܡܝܢ ܐܡܝܢ ✱

ܫܪܐ ܡܫܡܫܢܐ ܪܫܐ ܠܬܫܡܫܬܗ ܗܝ

ܠܬܫܡܫܬܗ ܗܝ ܕܒܟܠ ܗܝ ܕܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ

ܐܠܐ ܘܠܐ. ܕܟܠ ܚܕ ܠܘܬ ܕܪܓܗ ܢܬܩܪܐ

ܗܝ ܕܬܚܬܝܬܐ ܠܐ ܐܝܟ ܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ

ܕܠܥܠ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܘܠܐ ܚܘܠܡܢܐ ܀

ܘܥܠ ܛܘܦܣܐ ܘܨܠܘܬܐ ܗܝ

ܕܕܝܠܗ ܕܬܟܣܐ ܕܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܐ ܀ ܘܨܠܘ̈ܬܐ ܕܡܬܐܡܪ̈ܢ

ܐܦ ܒܬܟܣܐ ܕܐܦܝܣܩܘܦܐ ܀ ܪܫܐ ܒܠܚܘܕ ܟܬܒܝܢܢ

ܘܡܫܡܠܝܢ ܒܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ ܀

ܨܠܘܬܐ ܕܫܘܪܝܐ ܡܫܡܫܢܐ ܘܥܢܝܢ ܡܥܢܝܬܐ

ܐܬܪܚܡ ܥܠܝ ܘܡܫܡܫܢܐ ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ ܀

ܘܐܦܝܣܩܘܦܐ ܦܪܘܡܝܘܢ ܀

ܡܫܡܫܢܐ ܝܬܝܪܐ ܀ ܝܬܝܪܐ ܀

ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܩܒܘܠܐ ܀

ܐܪܟܝܕܝܐܩܘܢ ܡܟܪܙ ܀ ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܀

ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܕܚܝܠܘܬܐ ܀ ܘܐܠܗܐ

ܘܐܡܪܝܢ * ܩܕܝܫܬ ܐܠܗܐ. ܘܡܗܝܡܢܝܢ *
ܫܘܒܚܐ * ܫܘ. ܠܐܒܐ ܘܠܒܪܐ ܘܠܪܘܚܐ
ܩܕܝܫܐ ܘܥܠܝܢ ܪ̈ܚܡܐ ܘܚܢܢܐ : ܗܫܐ :
ܘܗܝܕܝܢ ܐܙܠܝܢ ܬܪܝܢ ܟܘܪ̈ܐ
ܘܡܩܪ̈ܒܝܢ ܠܗ ܚܕ ܡܢ ܝܡܝܢܗ ܘܚܕ
ܡܢ ܣܡܠܗ ܘܐܪܟܕܝܩܘܢ ܗܘ ܐܡܪ *
ܡܩܪܒܝܢܢ ܠܩܕܝܫܘܬܟ *
ܐܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ *
ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܘܡܘܗܒܬܐ
ܫܡܝܢܝܬܐ ܕܡܪܢ ܝܫܘܥ ܡܫܝܚܐ ܗܝ
ܕܒܟܠܙܒܢ ܡܡܠܝܐ ܚܣܝܪ̈ܘܬܢ : ܘܡܐܣܝܐ
ܟܘܪܗܢܢ : ܘܚܒܫܐ ܡܚ̈ܘܬܢ : ܘܫܒܩܐ
ܚܘ̈ܒܝܢ : ܘܒܝܨܝܦܘܬܐ ܥܒܕܐ ܠܟܠ ܒ̈ܢܝܗ̇
ܕܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ : ܩܪܝܐ ܘܡܩܪܒܐ
ܠܗܢܐ ܦܠܢ ܥܒܕܗ ܕܡܫܝܚܐ ܕܗܪܟܐ ܐܬܐ
ܘܒܕܚܠܬܐ ܘܒܪܬܝܬܐ ܘܗܝܡܢܘܬܐ ܕܫܪܪܐ
ܢܦܫܗ ܟܦܦ ܡܕܒܚܐ ܩܕܝܫܐ ܘܒܥ̈ܝܢܐ
ܕܪܥܝܢܗ ܚܐܪ ܠܘܬܟ ܥܡܘܪܐ ܕܫܡܝܐ
ܕܫܡ̈ܝܐ. ܘܡܣܟܐ ܠܡܘܗܒܬܐ
ܫܡܝܢܝܬܐ : ܡܢ ܕܪܓܐ ܕܦܪܝܕܘܛܐ ܐܘ ܕܟܘܪ̈ܐ
ܕܪܓܐ

Et dicunt. Sanctus es Deus. *Et*. Credimus.

Epiſcopus: Gloria Patri, & Filio, ac Spiritui Sancto, & ſuper nos miſericordia, & clementia ſint. Nunc.

Deindè pergunt duo Churojæ (Archipresbyteri) & ducunt eum unus quidem a dextra, alter verò a ſiniſtra, & Archidiaconus dicit.

Offerimus Sanctitati tuæ.

Epiſcopus orat.

Gratia Divina, & donum cœleſte Domini noſtri Jeſu Chriſti, quæ omni tempore implet defectus noſtros, & ſanat infirmitatem noſtram, ac alligat vulnera noſtra, & dimittit reatus noſtros, curamque gerit omnium filiorum Eccleſiæ ſanctæ Dei; vocat, & offert hunc N. ſervum Chriſti (qui huc acceſſit, & in timore quidem, ac tremore, veraque fide animam ſuam inclinavit ante Sanctum Altare, oculis autem ſuæ mentis reſpicit furſum ad Te habitatorem Cœli Cœlorum, atque expectat Donum Cœleſte) a gradu Periodeutarum, ſive Archipresbyterorum, ad gradum Chorepiſcoporum; ſuper

ſuper Altare Sanctum Eccleſiæ Dei Sancti Domini N. Oppidi N. Oremus itaque omnes, ut adveniat ſuper eum gratia, ac donum Spiritus Sancti; & clamemus pro eo ter: Dona ei Domine.

Archidiaconus. In pace Domino ſupplicemus.

Epiſcopus. Eja Domine Deus, dignum effice &c.

Tum Epiſcopus convertitur ad Populum; & genu utrumque flectere jubet, manumq. ſuam imponit Capiti ejus dicens.

Deus, qui totam Eccleſiam tuam per hos Sacerdotes impoſitione manus exornas &c.

Deindè manum ſuam ponit ſuper myſteria, & ſuper Caput ejus dicens.

Deus Deorum, & Dominus Dominantium &c.

Et imponit manum ſuam ſuper myſteria, ac ſuper Caput ejus dicens.

Benedictus es Domine Deus &c.

Et erigit eum a terra, & converſus ad Altare dicit.

Præbe, Domine, aurem tuam &c. *Et*

[illegible]

ܘܡܬܦܢܐ ܠܘܬܗ ܘܣܐܡ ܐܝܕܗ ܥܠ
ܪܫܗ ܘܐܡܪ܀ ܚܘܪ ܒܢ ܒܫܥܬܐ ܗܕܐ
ܘܒܩܝܡܢ܆ ܘܫܪܐ܀

ܘܡܢ ܒܬܪ ܗܢܐ ܫܩܠ ܬܪܬܝܢ ܨܠܝܒܐ
ܚܕ ܒܝܡܝܢܗ ܘܚܕ ܒܣܡܠܗ
ܘܫܩܠܝܢ ܥܡܗ ܡܫܚܐ ܘܐܘܢܓܠܝܘܢ
ܘܡܚܕܪܝܢ ܠܗ ܒܥܕܬܐ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ܆ ܘܟܕ
ܡܫܠܡܝܢ ܐܬܝܢ ܠܘܬ ܐܦܝܣܩܦܐ ܘܐܡܪ ܨܠܘܬܐ
ܡܐܡܪܐ ܕܡܪܝ ܐܦܪܝܡ܀

ܐܠܗܐ ܕܐܩܝܡ ܡܫܟܢܗ ܥܠ ܛܘܪܐ ܪܡܐ
ܕܣܝܢܝ܆ ܘܫܪܐ܆ ܘܢܗܘܐ ܒܒܝܬܗ
ܡܦܪܢܣܐ ܘܡܕܒܪܢܐ ܡܗܝܡܢܐ܆ ܘܢܩܝܡܝܘܗܝ
ܒܕܪܓܐ ܗܘ ܕܝܗܘܕܐ ܘܕܒܪܬܘܠܡܝ܆
ܘܫܪܐ܀ ܐܦܝܣܩܘܦܐ܀

ܒܫܘܠܛܢܐ ܕܡܠܬܟ ܡܚܝܢܝܬܐ
ܕܟܠ ܡܪܝܐ ܐܠܗܐ ܐܫܘܐ ܠܥܒܕܟ ܗܢܐ
ܕܓܒܝܬ ܘܐܩܕܡܬ ܠܗܢܐ ܕܪܓܐ ܡܝܩܪܐ
ܕܟܘܪܐܦܝܣܩܘܦܘܬܐ܆ ܘܫܪܐ܀

ܐܪܟܝܕܝܩܘܢ ܐܡܪ ܡܙܡܘܪܐ܆ ܘܬܫܒܘܚܬܐ܆
ܘܫܠܝܚܐ܀

ܐܦܝܣܩܘܦܐ

Et converſus ad eum ponit manum ſuam ſuper Caput ejus dicens.

Reſpice in nos in hac hora, & in conſiſtentiam noſtram &c.

Et deinde aſſumit binas Cruces, alteram in manu dextra, alteram in ſiniſtra, & portabunt cum eo Chriſma, & Evangelium, & circumducunt eum per Eccleſiam tribus vicibus, quibus finitis ad Epiſcopum venient, qui hanc orationem Ephremiticam dicet.

Deus, qui tabernaculum ſuum defixit ſuper Montem Sinai excelſum &c. Et ſit in domo ejus adminiſtrator, ac Rector fidelis, & conſtituet eum in gradu Judæ, ac Bartholomei &c.

Epiſcopus.

Poteſtate verbi tui vivificantis omnia, Domine Deus dignum fac hunc Servum tuum N. quem elegiſti, & promoviſti ad venerandum hunc gradum Chorepiſcopi &c.

Archidiaconus dicet Pſalmum, laudationem, & Apoſtolum.

Epiſ-

Epiſcopus Evangelium ex Joann. num. 26.

Amen, Amen dico vobis, qui non intrat per oſtium &c.

Archidiaconus prædicat.

Epiſcopus.

Chriſte Deus noſter, qui audis &c.

Et imponit Capiti ejus mythram dicens.

Ad laudem, & honorem &c.

Et collocant eum in Sede ſuper gradum medium, & ter elevant eum.

Epiſcopus orat.

Ad laudem, & honorem, & adorationem &c.

Et dat illi paſtorale pedum, atque Caſulam, & orat.

Domine, qui dediſti Moyſi Sacerdotium &c.

Et erigit eum, ac ducit ad portam Altaris, traditq. ei Diœceſim ejus, & omnes Presbyteros, & Miniſtros ſub poteſtate ejus, & Eccleſiam, ac omnia hujus myſteria, & admonebit eum, præcipietque dicens.

Dilecte animæ meæ, & Cariſſime, en dico tibi ſingulariter, ac fratribus tuis Sacer-

ܦܝܣܩܘܦܐ ܐܘܢܓܠܝܘܢ ܕܝܘܚܢܢ ܟܘ ܀
ܐܡܝܢ ܐܡܝܢ ܐܡܪ ܐܢܐ ܠܟܘܢ ܃
ܕܡܢ ܠܐ ܥܐܠ ܃ ܘܫܪܟܐ ܀
ܐܪܟܕܝܐܩܘܢ ܡܟܪܙ ܀
ܦܝܣܩܘܦܐ ܀ ܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ ܕܫܡܥ ܗܘ
ܘܫܡܥܐ ܐܢܬ ܃ ܘܫܪܟܐ ܀
ܘܣܐܡ ܠܗ ܬܐܓܐ ܒܪܫܗ ܘܐܡܪ ܀
ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܐܝܩܪܐ ܃ ܘܫܪܟܐ ܀
ܘܡܘܬܒܝܢ ܠܗ ܥܠ ܟܘܪܣܝܐ ܒܡܨܥܬܐ ܂
ܕܪܓܐ ܘܡܪܝܡܝܢ ܠܗ ܬܠܬ ܙܒܢܝܢ
ܦܝܣܩܘܦܐ ܡܨܠܐ ܀ ܠܬܫܒܘܚܬܐ ܘܠܐܝܩܪܐ
ܘܝܗܒ ܠܗ ܚܘܛܪܐ ܘܦܝܢܐ ܘܡܨܠܐ ܀
ܡܪܝܐ ܕܝܗܒܬ ܗܘܐ ܠܡܘܫܐ ܟܘܡܪܘܬܐ ܃
ܘܫܪܟܐ ܀
ܘܡܩܝܡ ܠܗ ܘܡܥܠ ܠܗ ܠܬܪܥܐ
ܕܡܕܒܚܐ ܘܡܫܠܡ ܠܗ ܡܪܥܝܬܗ ܘܟܠܗܘܢ
ܩܫܝ̈ܫܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܕܬܚܝܬ ܫܘܠܛܢܗ ܘܥܕܬܗ
ܘܟܠܗ ܐܪ̈ܙܝܗ ܘܡܙܗܪ ܠܗ
ܘܡܦܩܕ ܟܕ ܐܡܪ ܠܗ ܀
ܚܒܝܒܐ ܕܢܦܫܝ ܘܪܚܡܐ ܗܐ ܐܡܪ ܐܢܐ
ܠܟ

ܠܟܘܢ ܟܗܢܘܬܗ ܘܠܐܚܝܢ ܟܗ̈ܢܐ ܕܩܝܡܝܢ
ܥܡܢ ܘܟܘ: ✠

ܘܬܘܒ ✠

ܗܐ ܗܫܐ ܛܝܒܘܬܐ ܐܠܗܝܬܐ ܠܟܘܢ
ܟܗ̈ܢܐ ܟܘܪ̈ܝܐ ܘܦܪ̈ܝܘܕܘܛܐ ܘܩܫ̈ܝܫܐ
ܘܡܫܡ̈ܫܢܐ ܐܝܟ ܕܘܠܐ ܓܒܐ ܟܕ
ܩܪܐ ܘܟܗ̈ܢܐ ܐܣܩ ܒܥܕܬܐ ܩܕܝܫܬܐ ܕܐܠܗܐ
ܠܫܡܐ ܕܡܕܝܢܬܐ: ܘܟܘ ✠ ܨܠܘܬܐ ܕܚܬܡܐ
ܘܕܗܘ ܬܘܕܝܬܐ ✠
ܫܠܡ ܘܠܐܠܗܐ ܫܘܒܚܐ ܠܥܠܡܝܢ ✠

Sacerdotibus, qui ſtant nobiſcum &c.

Et item.

En modo gratia Divina vos, Sacerdotes, Churoje, (Archipresbyteros) & Periodeutas, & Presbyteros, ac Miniſtros, prout conveniens eſt, elegit, cum vocavit, & Sacerdotes promovit in Eccleſia Sancta Dei ad titulum Civitatis &c.

Oratio obſignationis, & gratiarum actionis. Explicit ac Deo laus perennis.

APPENDIX JOHANNIS MORINI

Ritus Ordinationis Maroniticus; & Adnotationes In Syrorum Ordinationes.

In virtute ſanctæ, & laudabilis, & æqualis in ſubſtantia Trinitatis, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti incipimus ſcribere ritum (1) *Perfectionis, & conſummatio-*

---

(1) Syris ܫܘܡܠܠܐ proprie eſt finis, & complementum alicujus rei Verbum eſt ܫܡܠܠ perfecit, abſolvit. Hinc, & nomen, & verbum conſecrandi ſignificationem mutuantur, eo quod rei conſecratio ſit illius vera perfectio, & integra conſummatio. Ideo hoc opuſculo, & aliis Ritualibus, utrumque pro conſecratione, & Myſteriorum perfectiori initiatione ſæpiſſime uſurpatur. Cum autem Ordinatio ſit myſterium de quo in his Ritualibus agitur, ſæpe in his pro ordinatione ſumitur. Significatio iſta petita mihi videtur ab uſu Sacræ Scripturæ, quæ Sacerdotum conſecrationem vocat manus impletionem, ut Exodi 28. ver. 41. *Veſtieſque his omnibus Aaron fratrem tuum, & filios ejus cum eo, & cunctorum conſecrabis manus*. Hebraicè: *& implebis manus eorum*. Quod retinuerunt 70. Interpretes. S. Hjeronimus ſenſum ſemper expreſſit. Ita Exodi 29. 9. & 32. 29. Levit. 8. c. 33. 34. & Num 3. 3. & alibi. Translatio Chaldaica Onkelos: *Et offeres oblationes eorum* ותקריב ית קורבניהון ſimilter & Thargum Jonathan. Translatio Samaritana, & Exod. 28. 41. & aliis locis ותשלם ית ידהון *& perficies, ſeu conſummmabis manus eorum*. Syra verſio utitur ipſo verbo quod explicamus. R. Levi Ben. Gerſom, ita intellexit commentario in hunc verſum ר״ל שתשלים ידם ויבלתם לעבוד את העבודה אשר יעבדו כה באלו הקרבנות שתקריב עליהם

עליהם כי אחר זה יהיה להן רשות ויכולת לעבוד עבודתם ·
Docet his verbis ſe manus eorum perfecturum : Vnde jus erit ipſis adminiſtrandi hoc miniſterium , quo functuri ſunt in oblationibus , quas pro iis offeres . Nam poſt modum erit iis facultas , & poteſtas exercendi miniſterium ſuum . ad quod videlicet divinitus deſtinati ſunt . Rationem hanc iſtius hebraicæ phraſis Salomon Jarki eo loco reddit . כל מלוי ידים לשון חנוך כשהוא נכנס לדבר להיות מוחזק בו מאותו יום והלאה הוא ובלשון לעז כשממנים אדם על פקידת דבר נותן השליט בידו בית יד של עור שקורין נוואנטו ועל ידו הוא מחזיקו בדבר וקורין לאותה מסירה דיויסטיר והוא מלוי ידים *Omnis plenitudinis manuum ſignificatio cum tribuitur rei ut aliquis eam apprehendat , & in poſſeſſione confirmetur a die apprehenſionis , & deinceps , dedicationem , & conſecrationem denotat non ſecus ac in conſuetudine Vernacula , cum muneri , & officio quis præficitur , tradit Princeps in manum ejus pelliceam Chirothecam , quem* Guanto *vocant , & manu eam apprehendens , rem ipſam apprehendere, poſſidere creditur . Hanc traditionem vocare ſolent* , deveſtir . *Hæc eſt ſignificatio plenitudinis manuum .* Itaque impletio illa manus ſecundum eos nihil aliud eſt quam civilis miſſio in rei poſſeſſionem . Ita Chaldaici Interpretes hanc phraſim intellexerunt , cum pro Hebraico : *implebis manus eorum* , ſubſtituerunt , *& offeres oblationes eorum* . Hoc eſt, poſtquam indueris Aaron , & filios ejus ſacris veſtibus , & eos unxeris, tum oblationibus manus ejus complebis , quas Deo per te offerent , atque ita muneris ſacerdotalis , quod conſecuti ſunt , poſſeſſionem adibunt . Ita videtur intellexiſſe Kimhi in hac radice cum relatis his verbis verſu 33. c. 8. Levitic. מלא את ידכם addit כלומר וימלא את ידכם · מן הקרבנות · *Quaſi diceret implebit manum veſtram oblationibus .* Implere igitur manum eſt veluti ultimam manum eorum conſecrationi imponere , quod fieri ſolebat a Sacerdote conſecrante per hoſtiæ traditionem , quam ſimul cum ipſo recens conſecrati offerebant . Verbo autem מלא quod Hebræis , ut Syris in plenitu-

tionis Chirotoniæ (1), *ſeu ordinationis uniuſcujuſque gradus. Ritus ordinationis Pſaltæ.* (2)

Pa-

nitudinis ſignificatione ex æquo uſitatum eſt, Syri Schin ad ſignificationem intendendam addiderunt, quod nonnumquam facere ſolent unde [illegible], [illegible], [illegible], Quod Hebræis & Chaldæis vix eſt uſitatum: Chaldæi tamen שעבר frequenter dicunt.

(1) Syri multa verba græca retinuerunt, ut Patriarcham, Catholicum, Metropolitam, Epiſcopum, Hypodiaconum, Pſalten, Kyrie eleeiſon, Hyparchiam; ita & Chirotoniam, eodem ſenſu, quo iis Græci uſi ſunt. Cujus rei ratio duplex mihi videtur. Præcipuæ Syrorum Urbes erant Coloniæ Græcæ, ideo lingua Græca per pleramque Syriam erat quaſi vernacula, & ubique Principibus Viris, & Magnatibus familiaris. Deinde poſt Imperii Romani translationem Conſtantinopolim Græci ſub nomine Romanorum Orienti magis dominati ſunt, quam Romani. Hinc multa nomina græca, præſertim quæ adminiſtrationes tam civiles, quam Eccleſiaſticas ſpectant, ſibi aſciverunt, & veluti nativa uſurparunt. Iſtius vocabuli nullus uſus eſt in novo Teſtamento. Actor. c. 14. 22. ubi habetur verbum χειροτονεῖν. Interpres reddidit [illegible] *conſtituerunt*. Et 2. Cor. c. 8. [illegible] *elegit*.

(2) Cantoratus apud Maronitas inter ordines re vera numeratur, omniumque eſt primus, quem ſequitur Lectoratus. Novem Ordines recenſent, quos novem Choris Angelorum comparant, & unicuique Ordini peculiarem tribuunt ordinationis ritum. Quamquam autem ordines novem conſtituant, tres tamen minores Latinis uſitatiſſimos, Janitorum, Exorciſtarum, & Acolytorum non agnoſcunt, non ſecus ac Græci, quos in pleriſque ſuis ritibus imitantur. De hoc ordine plura lege infra Exercitat. 1. c. 6. Titulus quem ſic poſuimus, *Ritus ordinationis Pſaltæ.*, ſic in textu Syro verbum e verbo ſcribendus eſſet: *Primum autem de Pſalta, qui conſecratur, ſeu conſignatur*, & præcedentibus verbis conjungendus. In fine iſtius ritus ordinem Pſaltæ vocant [illegible], ut initio dixerant de eo qui eum recipiebat [illegible] [illegible] Dictio autem illa idem ſignificat quod Græcis σφραγίς, & χαρακτήρ. Ideo videntur Maronitæ dicere fieri per σφραγῖδα ut Græci Lectorem. Vide quæ de Græcis hac in cauſa dicemus infra Exercit. 14. c. 4.

PAratum ſit altare , & inſtructum omnibus ad Sancta Myſteria peragenda neceſſariis . Ille autem quem gratia vocat, exterius , & interius lavet corpus , & animam; jungat manus, & caput aperiat. In habitu ſtet ad portam Altaris (1) & adoret , dicatque. Benedic Domine . *Tum Epiſcopus ſignat eum inter oculos* , *incipitque* , *& dicit* (2) Laus Deo. *verſus* miſerere (3) *Reſponſum.* Amplius lava me. (4) Pater ſancte, &

(1) *Stet ad Portam Altaris*. Maronitarum Eccleſiæ, ut Græcorum, diſtinctæ videntur. Porta Altaris igitur Maronitis eſt , quæ Græcis Porta Sancta dicitur , mediaque eſt inter tres Sanctuarii portas . Conſule infra cap. 6. Exercitationis undecimæ, in qua brevis delineatio Eccleſiæ Græcæ deſcribitur. Ibi perſpicuè explicatum habes quid ſit Porta Sancta , & conſequenter quæ hic dicatur Altaris Porta .

(2) *Laus Deo*. Initium eſt hymni, quem tunc cantari, aut recitari monet Ritualis Liber. Sæpius occurrit in Ritualibus Libris, ſed nihil aliud in eo refertur præter hæc duo priora verba . *Sed nos integrum ſæpius retulimus* .

(3) Textus Syrus habet ܩܠܐ quod proprie vocem ſignificat , & ſonum , ut Hebræis קול . Hic tranſtulimus Verſum eo quod accedat ad Verſus Ritualium noſtrorum. Pſalmus enim, *Miſerere*, in quinque partes ſcinditur ; & poſt recitatam , aut decantatam quintam partem , aliquid aliud interſeritur , quod vocant ܦܬܓܡܐ . Deinde incipit ſecunda Pſalmi pars , inter quam , & tertiam aliquid aliud Hymni interſeritur , & ſic deinceps uſque ad Pſalmi finem , ut in textu conſpicere potes . Hæc alternata variorum hymnorum , & cantionum recitatio ſpeciem refert poeticarum ϛροφῶν , καὶ ἀντιϛροφῶν . Quinque enim primi verſus Pſalmi 50, qui incipit : *Miſerere mei Deus*, recitantur velut ſtrophe : ſequuntur aliunde petiti verſus velut Antiſtrophe . Poſtea reſumuntur ſequentes quatuor ejuſdem Pſalmi verſus , velut ſecunda ſtrophe , quos alii, ſed diverſi excipiunt velut Antiſtrophe , quod fit quinquies , donec Pſalmus finiatur. Hæc Hymnorum alternata , & ἀντίϛροφος commixtio apud Maronitas ſæpe uſur-

& Sanctitatis donator Deus, ſanctifica ſecundum gratiam tuam ſervum tuum, qui expectat donum tuum, ut per illud ſanctificetur. *Tu autem*. Spiritus, qui Apoſtolos linguis igneis docuit, Deus ſanctifica dono tuo ſervum tuum expectantem ſpiritum tuum, ut in eo ſanctificetur. *Cor mundum*. Stola tua ornetur collum hoc coram te inclinatum Deus, & ſuſpiciens in donum tuum, ut per illud ornamentis Spiritus

uſurpatur, ut ex eorum Ritualibus colligitur, & vel in ſolo hoc Ordinationum ritu ſæpe Lector obſervabit.

Sunt autem apud eos multæ verſuum ejuſmodi, ſeu hymnorum ſpecies, quibus ܩܠܐ *colo* nomen tribuunt. In officio eorum ſimplici ſeptem dierum Septimanæ, in Dominicæ Officio p. 149 eſt, ܩܠܐ ܕܟܟܪܐ *colo talenti*. Iſta cum pſalmo, *Miſerere*, eſt ἀντίστροφος, & in ejuſdem diei Officio p. 171. ܩܠܐ ܦܫܝܛܐ. *Colo ſimplex* iſta quoque cum alio hymno videtur alternata. Contra p. 59. eſt ܩܠܐ ܥܦܝܦܐ *Colo duplex*. Iſta præter alternationem in fine cujuſque ſtrophæ habet duplex Alleluja. Alia eſt p. 217. in eodem Officio, quæ vocatur ܩܠܐ ܥܫܝܢܐ *colo fortis*: Unaquæque ſtrophe iſtius alternatur per duplicem Antiſtrophen. Aliam vocant, ܪܝܫ ܩܠܐ, *Riſchcolo* principium τῆς *Colo*. In ea nulla eſt Antiſtrophe. Ex his ut opinor, facile intelliget Lector, quid ſit apud eos ܩܠܐ. *Cæterum de vocibus, ac tonis Syrorum plura ex Aldoenſi dabimus nos.*

(4) ܦܬܓܡܐ Chaldæis latiſſime ſignificat, rem, negotium, verbum, ſermonem, narrationem, decretum, ſententiam; Syri verſum ſic vocant, ut cum dicunt, hic Pſalmus, hoc caput triginta continet verſus ܬܠܬܝܢ ܦܬܓܡ̈ܐ Hic videtur accedere proximè ad id quod in Breviariis Latinorum reſponſorium dicitur. Vel potius ἀντιφωνὴν, καὶ ἀντιστροφὴν ſignificat; ἀντιστροφὴν enim τῆς ܩܠܐ vocat *Phethgomo*.

Sanćti decoretur. *Libera me*. Admirantur Angeli cum Cælos findit Spiritus Deus, & deſcendit, ut per manus Epiſcoporum donum tradat iis, qui illud ab eo poſtulant. *Benigne fac*. Emundationem peccatorum per illapſum Spiritus Dei pro miſeratione tua perage in ſervo tuo, qui à te expectat conſecrationem; ut per eam purificetur. *Laus Deo*. Sancte, cujus majeſtas inſedit, & opplevit Monte Sinai, & illum inhabitatione ſua ſanctificavit, habitare fac majeſtatem tuam ſuper ſervum tuum, & ſanctificabitur. *Laudate*. Spiritus Sanctus, qui illapſus eſt ſuper Apoſtolos in medio Cænaculi, ipſe veniat, inhabitet, & requieſcat ſuper ſervum tuum, & ſanctificetur. Laus Patri Sancto, qui miſit filium ſanctum, & ſanctos per ſpiritum ſuum ſanctum ſanctitate donavit. *Archidiaconus thus offerens dicit*. Benedic Domine (1). Stemus convenienter in oratione (2) Et prece coram Deo Deorum, & co-

1 Hic, & in omnibus Maronitarum officiis Eccleſiaſticis frequentiſſima eſt illa deprecatio, cum videlicet Diaconus aliquid eſt acturus. Ante enim actionem ſemper petit benedictionem a Presbytero, aut Epiſcopo. Ideo ſcribere ſolent duas illas dictiones, ut in unam coaleſcentes, ut hic ſæpiſſime videre eſt, & in libro Miniſtri p. *66*. in Miſſali f. *36*. & alibi paſſim.

2 Ejuſmodi oratio, ſeu potius ad orationem exhortatio frequenter hic uſurpatur, & in aliis Maronitarum Ritibus, & propria eſt Diaconorum. Ita in libro Miniſtri, ſeu Diaconi, in quo deſcribuntur omnia Diaconi miniſteria: ſæpe. ܢܩܘܡ ܫܦܝܪ *Stemus pulchre, & convenienter* ut p. 26. *Stemus convenienter in oratione, & prece coram Deo Deorum, & coram Domino Dominorum, & coram Rege Regum, & coram Altari*. Ita p. 39. 51. 168. 195. 56. 57. 156. Exhortandi hic modus a Græcis ſumptus eſt, aut certe cum iis communis. In Liturgia Chryſoſtomi paulo ante conſecrationem στῶμεν καλῶς, στῶμεν μετὰ φόβου. *Stemus pulchre, ſeu honeſte! Stemus cum timore*. Similiter in Liturgia S. Baſilii. Sed Syri frequentius ea exhortatione utuntur.

Syr-

coram Altari propitiationis, & coram myſteriis Sanctis, quæ poſita ſunt ſuper eo, & coram Chirotonia hac ſervi tui N. & coram Patre noſtro electo, & Epiſcopo Domino N. ut etiam manibus ejus conſecretur. *Aromata imponuntur. Pro miſericordia impetranda Deus oratur* (1). *Epiſcopus dicit: Proœmium* (2). *Deinde dicunt. Ego ego ſum lux. Epiſcopus precatur. Deinde Archidiaconus alta voce dicit hoc Sancti Ephrem* (3). *Ego, ego: Poſtea dicit*. Dominus qui in Monte Sinai locutus eſt Moyſi de medio rubi, & dixit illi, veni, ingredere in medium Ægypti, & educ filios Iſrael. Ipſe eſt murus ſecuritatis, & converſationis Eccleſiæ Sanctæ, ut cantet lau-

 dem

1 Morinus ſejunxit iſta ab exhortatione, perperam quidem, vide noſtram verſionem.

2 Syr. ܦܪܘܡܝܘܢ, *Proœmium* genus eſt precis in Ritualibus Syrorum cujus exempla ſunt in officio Septimanæ 43. 47. 62. 71. Ita forſan dicitur, quia eſt proœmium, ſive præfatio ad aliam longiorem præcem, aut hymnum. Illis enim locis ſequitur ſemper ܣܕܪܐ, *Sedro*, id eſt, ordo, genus orationis longioris, ut & hic hymnus, qui incipit. *Ego ſum lux.*

3 Maxima pars præcum, præſertim hymnorum, qui deprehenduntur in Ritualibus Maronitarum, Sanctis Ephræm, & Jacobo, ut auctoribus, ſed Sancto Ephræm potiſſimum, tribuuntur, ut paſſim videre eſt non modo hic, ſed etiam in longiſſimo illo Septimanæ officio, quod jam non ſemel citavimus. Ita quoque in eorum Miſſali in ipſo initio, & alibi paſſim plures hymni ipſis nuncupantur. Ideo hos in Miſſa cum Sanctis Apoſtolis Ignatio, Baſilio, Gregorio, & Marone commemorant, eoſque vocant ܦܘ̈ܡܐ ܡܡ̈ܠܠܐ ܘܥܡ̈ܘܕܐ ܕܥܕܬܐ ܕܩܕܝܫܬܐ *Ora rationalia & columnas ſanctæ noſtræ Eccleſiæ*, ut videre eſt in officio quotidiano p. 76. Teſtantur Hiſtorici Eccleſiaſtici S. Ephræm Prophetam fuiſſe lingua ſua admodum elegantem, ita Theodoretus lib. 4. Hiſtor c. 29. Hiſtoria tripartita l. 8. c. 6. Nicephorus lib. 9. c. 14. Refert Sozomenus lib. 3. c. 15. quod eſt parum, probabile, verſificationi tantopere ſtuduiſſe, ut tricies centenas myriades carminum compoſuerit, eaque in multorum manibus haberi. Quapropter nil mirum ſi S. Ephræm hymnos toties uſurpent.

dem, & confeſſionem Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, Trinitatis Myſterio. Videte Sacerdotes, cui miniſtratis: Vos eſtis ordines excelſi Sacerdotii, quod ligat, & ſolvit, ſicut conceſſit ei Redemptor omnium creaturarum. Claves altitudinis, & profunditatis ecce poſitæ ſunt in manibus veſtris. Beati vos cum feceritis voluntatem Domini, Domini veſtri, ut cum eo intretis in Paradiſum. *Domini Ephrem*. Stemus omnes in oratione, & offeramus Patri gloriam, & Filio, qui ex eo eſt confeſſionem, & Spiritui Sancto laudem. Pro hoc ſervo tuo N. ut ſit Pſaltes in medio Eccleſiæ tuæ. Det illi Dominus noſter Jeſus gradum Excelſi Sacerdotii, ut adnumeret eum Dominus, & adſcribat libris tuis, ſitque in Eccleſia tua ſancta magiſter domus, & myſteriorum purorum, & Sanctorum miniſter: Miſericordiæ tuæ ſint protectio illius, Chriſte Deus noſter. Da ei gradum in Eccleſia tua, ut myſteriis tuis miniſtret. Parce nobis amator hominum, & propitius eſto nobis; gratiam, & benignitatem in Synceritate, & Sanctitate nobiſcum perfice. Donum tuum Cæleſte illabatur, & inhabitet in nobis, & in opere manuum noſtrarum. Pro ſervo quoque tuo hoc N. ut ſit Pſaltes in medio Eccleſiæ tuæ, precemur, & ſupplicemus. *Epiſcopus precatur*. *Tum pſallunt*. *Quam bonum*, *&* *quam jucundum*, *&* *quod ſequitur* (1). *Tunc Paſtor ſcindit è pilo ejus*, *&* *precatur*. *Diaconus hoc* D*omini Ephræm exclamat*. Stemus omnes in oratione, & ſupplicemus Domino cum ſingultu, & vocibus, quæ eum nobis placatum reddant, Unanimi conſenſu ad Dominum clamemus (2). Petamus à Patre abſcondito, & Filio laudando, & ſancto atque a Spiritu Sancto Paraclito arma qui-

---

1 Nimirum, recitantur pſalmi Davidici duo, unde Morinus male vertit, *quod*, cum verti debeat: Et *qui*, refertur enim ad Pſalmum, & non ad ſequentia Pſalmi antecedentis. Vide verſionem noſtram.

2 Verba iſta, & quæ præcedunt, quæque ſequuntur, uno vel altero excepto, magna inquam pars iſtius orationis, ſive ad orandum exhortationis, quæ toties in hoc Rituali reperitur, habetur in officio Diaconi p. 39.

quibus induti ſunt qui veritatem profitentur (1). Domine pro ſecuritate Gregis tui (2), & pace univerſæ Eccleſiæ tuæ, & redemptione omnium Filiorum ejus: dona eis Domine remiſſionem. Pro nobis Domine, & pro animabus omnium noſtrorum clamamus ad Te; ut parcas nobis ſecundum gratiam tuam, & perſeverantiam noſtram coram te confirmes, & perficias. Pro auxilio, redemptione, & incolumitate ſervi tui iſtius qui accepturus eſt per impoſitionem manus inhabitationem Spiritus Sancti. Domine pro ſervo tuo quem vocaſti, & qui ab Eccleſia electus eſt, rogamus te omnium Domine perfice in eo gratiam tuam. Pro eo quem elegit juſtitia tua, & vocavit Domine gratia tua, ut ſit in Eccleſia Magiſter domus in hoc Miniſtrorum ordine. Per ſacerdotium expietur, & per impoſitionem manuum conſecretur; & per miſericordias à bonitate tua procedentes ad ordinem decorum, & præſtantem evehatur. Nos omnes Domine oremus, & pro nobis omnibus, & pro ſervo tuo N. qui in timore adſtat, & expectat miſericordias abundantes gratiæ tuæ, oremus, & precemur, & dicamus, parce Deus populo tuo, & pro eo tribus vicibus clamemus omnes, da ei Do-

---

1 Phraſim iſtam, qua ſæpius utitur hoc Rituale, uſurpat quoque liber Miniſtri p. 11. & p. 12. modus loquendi apud eos frequens.

2 Variæ illæ, & multiplices oratiunculæ pro quolibet hominum ſtatu, præſertim pro Eccleſia, & populo fideli fiunt in cujuslibet gradus ordinatione, ut unamquamque legendo deprehendes. In *Miſſarum* quoque ſolemniis ſunt apud Maronitas frequentiſſimæ, ut videre eſt *in* officio Maronitico Miniſtri p. 7. 25. *66*. 81. Diaconus, non Presbyter, eas recitare ſolet, ideo Diacono in eodem libro tribuuntur. Similes oratiunculæ ſunt apud Græcos frequentiſſimæ. Vix aliquod officium Eccleſiaſticum ſive publice, ſive privatim cujuſcumque generis illud ſit, celebratur, in quo præces ejuſmodi non adhibeantur. Ad Diaconum pertinet illas in Eccleſia recitare. Ideo ab his vocari ſolent abſolute τὰ διακονικὰ. Dicuntur etiam εἰρηνικὰ eo quod pro pace Eccleſiæ, & totius Orbis in iis ſemper oretur.

Domine. *Poſthæc eum admovent Altari*, *& Epiſcopus precatur : ordinato conceditur ut portet librum Pſalmorum*. Deinde *oſculatur menſam*, *& Epiſcopum*, *& circumducitur per eccleſiam dum dicitur hæc Peshita* (1). Super volam manuum filii ædificata eſt Eccleſia, & ſuper fundamenta duodecim Apoſtolorum laudandorum poſita : Dominus autem noſter dedit ei virtutem, & poteſtatem omnia idola erroris conterendi, & conculcandi. Arma veritatis conflavit ei, crucem ſcilicet vivam, & impreſſionem Chriſmatis ; cujus ſignaculo, & impreſſione Sacerdotes obſignantur. *Alleluja*. Epiſcopus precatur: datur ordinato pax, & myſteriorum Sanctorum communio. Finis obſignationis cum auxilio Domini Noſtri. *Laus Deo in æternum*.

Item (2) R*itus impoſitionis manuum ſuper Lectore quem Dei gratia vocat*. *Intrat per medium portæ Altaris*, *habens caput apertum*, *eoque inclinato dicit* : *Benedic Domine*. *Epiſcopus ſignat eum ſigno crucis inter oculos*, *incipitque*, *& dicunt*. *Laus Deo*. *Et conſuetum miſerere*

1 Genus eſt hymni, cujus uſus frequens in hoc ordinationum Ritu. Dictus videtur eo quod ſimplex eſſet: ܦܫܝܛܐ *Peshito* enim Syris eſt ſimplicitas, a radice ܦܫܛ, extendit, ut Pſalm. 87. ver. 10. ܦܫܛܬ ܐܝܕܝ ܠܘܬܟ *expandi manus meas ad te*. Itaque videtur quoddam genus hymni ſimplicis additamentis, & ornamentis, quibus alii decorari ſolent, nudati. Vel ita dicitur, quod ſimpliciore cantu recitaretur. Rabinis, & Chaldæis hoc idem, & multa alia ſignificat, ut, ſtudium, meditationem, ſententiam, explicationem, literalem ſenſum, minimam monetam.

2 In iſtis Ritualibus frequentiſſimum adverbium ܬܘܒ. Item, etiam, præterea, iterum. Omnes Ordinationum Ritus incipiunt ab illa conjunctione, ſeu adverbio. Illam dictionem ſæpe variavimus, aut etiam neglexitmus, ſicut & conjunctionem O, Vau. Latinis auribus importuna eſt tam frequens repetitio, quaſi præter hæc duo nullum eſſet aliud ſermonis vinculum.

re (1). *Propitius eſto mihi. Cum autem ordinatio agitur, thus adalet Diaconus, dicens: Benedic Domine.* Stemus pulchrè, & convenienter in oratione, & precibus coram Deo Deorum, & coram Domino Dominorum, & coram Altari propitiationis; & coram myſteriis ſanctis, quæ ſuper illud poſita ſunt; atque etiam pro hac ſervi tui ordinatione peragenda; & pro Patre noſtro ſancto Epiſcopo Domino N. cujus manibus conſecratur. *Thura odorifera ponuntur, & adolentur. Epiſcopus dicit ordinem: & dicunt verſum, ſeu hymnum,* qui incipit: *Ego, ego. Epiſcopus vero orationem thurificationis. Ille autem, qui ordinatur, hæc legit ex Ezechiele.* Et adduxit me ad Portam, quæ reſpicit ad orientem: Et ecce gloria Dei Iſraelis venit ex via orientali. Et vox ejus ut vox aquarum multarum, & terra illuminata eſt ex gloria ejus. Similis erat viſioni, quam vidi ſuper fluvium Chobar. Et cecidi ſuper faciem meam, & gloria Domini ingreſſa eſt domum in via portæ, quæ reſpicit verſus orientem. Et accepit me ſpiritus, & intrare me fecit in atrium interius, & vidi quod domus Domini erat plena gloria: Et audivi aliquem dicentem mihi de interiori domus, & homo ſtans erat coram me, dixitque mihi; fili hominis locus hic eſt ſedis meæ, & locus plantarum pedum meorum, in quo habito ego inter filios Iſrael. Sacerdotes autem, & Levitæ filii Sadok, qui cuſtodiunt excubias Sanctuarii, cum aberraverint a me Filii Iſrael, ipſi accedent ad me ad ſerviendum mihi, ipſique intrabunt in Sanctuarium meum & offerent ad menſam meam, ut ſerviant mihi, & obſervent cuſto-

1 Syriace ܥܢܝܢܐ ܕܚܘܣ conſuetudo, & ordinarium [illegible] *miſerere.* Eodem modo initium Ordinationum Diaconi, Archidiaconi, Archipresbyteri, & alibi. Itaque hoc nihil aliud ſibi vult, niſi tum Pſalmum quinquageſimum recitari. Rabinis [illegible] ענין ſignificatio eſt latiſſima, res, negotium, materia, occupatio, Ens quodlibet; Philoſophis, ענין משולל טבעי, Ens abſtractum, naturale.

cuſtodias meas. *Diaconus proclamat* . *Benedic Domine* . Iterum , atque iterum (1) perpetuo , & omni tempore Domino ſupplicemus . Pro Patre noſtro à Chriſto electo Rectore noſtro , Domino N. Metropolita noſtro , & pro omni clero ejus, Domino ſupplicemus . Pro tranquillitate ſuperna , & vita , & redemptione animarum noſtrarum , & corporum , Domino ſupplicemus . Pro redemptione , auxilio , & adjutorio ſervi Dei N. Pro eo qui hic adſtat , & impoſitionem manus divinæ (2) Sacerdotii nunc accipit , ex ordine Pſaltæ ad ordinem Lectoris ſuper altare hoc Sanctum Domini N. urbis benedictæ, & á Chriſto amatæ , quique eſt ſubditus beatitatis tuæ , Pater noſter Deo dilecte : Rogamus , & ſupplicamus Domino pro eo . Exclamemus igitur , & dicamus tribus vicibus Kyrie eleiſon , Kyrie eleiſon , Kyrie eleiſon (3) . *Epiſcopus precatur* . *Diaconus dicit*. *Propace*; *Domino ſupplicemus* . *Epiſco-*

1 Hoc orationis genus Syris frequentiſſimum , Græcis etiam frequens eſt . Eam vocant προσφδχλὼ ἐκτενῆ vel ſimpliciter τὴν ἐκτενῆ , extenſam , ſeu prolixam orationem , propter multitudinem eorum , pro quibus ſpeciatim Deo ſupplicant , vel forte eo quod ſit intenſa , & vehemens. Græci enim ut Syri initium faciunt huic preci . *Iterum* , *atque iterum* , & *omni tempore Deo ſupplicemus*. Eadem videtur, quam Græci dicunt συναπτὴν aut ab ea minimum differre . Vide ſupra adnotationes noſtras in Græcorum Liturgias adnot. 42. & 128.

2 Sacerdotium hic collective ſumitur pro omni ſacro ordinationum miniſterio , non autem proprie pro Sacerdotis , ut a cæteris gradibus diſtinguitur , munere , & officio . Sic Græci ſæpe ἱερωσύνην ſumunt , ut adnotatum eſt ſupra . Dici etiam poſſet hic pro Epiſcopatu ſumi , in quo Presbiteratus excellenter ineſt .

3 Iſta Litania Syris frequens eſt , ut & Latinis . Utrique verba græca retinuerunt . In officio Miniſtri Maronitici p. 24. ter Diaconus cantat Kyrie eleiſon , nihil aliud addendo ; Deinde terna hac prece finita , ter ſimi-

copus , Dominus vobiſcum . *Populus* . Et cum Spiritu tuo . Pater noſter . *Paſtor autem imponit manum ſuam ſuper myſteria, & precatur , eumque jubet genu ſiniſtrum flectere . Precatur , & iterum erigit eum , & induit tunica , & orario ſuo* (1). Diaconus dicit hymnum, exalta me (2). Dominus eſt, qui hominibus terrenis Sacerdotium tradidit , & eos velut Angelos vigiles fecit , ut laudent divinitatem ſuam . Sacerdotes inſtar ordinis Angelorum (3). Et Diaconos velut ſeraphim , Hypo-

militer dicit ܫܘܒܚܐ ܠܟ ܡܪܢ *Gloria tibi Domine noſter* . Ita quoque p. 51. 66. & 79. ſed non additur, gloria tibi Domine . Similiter in Miſſali Maronitico p. 36. 37. Uſum iſtius Litaniæ frequentiſſimum in ordinationibus ſequentibus obſervabis .

1 Lectores , non tantum Subdiaconi , nedum Diaconi ſoli orario decorantur apud Syros . Ea tamen differentia intereſſe videtur , ut ordines Diaconatu minores ſtolas geſtent a collo ex utraque parte pendulas , Diaconi vero ſuper humerum ſiniſtrum . Hoc videtur colligi ex his verbis in fine ordinationis Neſtorianæ Diaconorum . *Quo facto tollit ſtolas de collo eorum , eaſque ponit ſuper humerum ſiniſtrum* . Alio modo geſtat Sacerdos , ut ex fine ordinationis colligitur . De orario vide permulta adnot. 6. in Liturgias Græcorum. *Vide Aſſemanum Patruum Biblioth. t. 3. p. 2. pag. 796. & ſeqq.*

2 ܡܙܡܘܪܐ , proprie Pſalmum ſignificat , ut cum dicimus Pſalmi ſunt centum , & quinquaginta : Generalius etiam cantilenam quamcumque , ut & Hebræis . Rabbinis autem , & Paraphraſtis Chaldaicis quemlibet ſonum . Hic hymnum quendam , cujus initium eſt : *Exalta me* , ſeu *exaltans me* : frequens eſt illius uſus in his ordinationibus , & in Syrorum Ritibus , ut videre eſt in officio Miniſtri p. 28. 130. 151. 162. 173. ubi ſemper eſt ܡܙܡܘܪܐ ܡܪܘܡܡܢܝ *hymnus , Exaltans me* . Nullus autem pſalmus ſic incipit . Ideo Davidicum Pſalmum ſignificare non poteſt .

3 Novem Choros Angelorum diſtinguunt Syri , & tres Hierarchias . Prima , & ſuprema Hierarchia illis eſt eorum qui ſimpliciter Angeli dicuntur . Secunda , & media , eorum , qui Seraphim . Tertia , & ultima eorum , quos Vigiles vocare ſolent . Hic Angelorum ordo apud eos vulgatiſſi-

tiſſimus eſt. Sic in loco quem illuſtramus: *Hominibus terrenis Sacerdotium tradidiſti, & eos velut Vigiles feciſti, ut laudent divinitatem tuam: Sacerdotes inſtar ordinis Angelorum, & Diaconos velut Seraphim, Hypodiaconos & Lectores velut vigiles miniſterii cauſa miſſos.* Paulo poſt in ordinatione Subdiaconi. *Sacerdotes ordinibus Angelorum comparantur; Diaconi* τοῖς *Seraphim, Subdiaconi, & Lectores Vigilibus in miniſterium mitti ſolitis.* In ordinatione Præsbyteri ordines Hierarchiæ iterum refert, ſed Seraphim in poſtremum, non in medium locum collocat. *Novem ordines Angelorum in Cœlis, ut miniſtrent ei: Novem ordines Sacerdotii in medio Eccleſiæ ut laudent eum. Diſtinxit ordinem ab ordine, ſuperiorem, & inferiorem. Ad ſimiltudinem ordinum Angelorum diſtinxit gradus Sacerdotii. Superiores velut Angelos, & medios ad ſimilitudinem vigilum; & inferiores velut Seraphim in typum convenientem eorum, qui inſerviunt ei.* Idem repetit in ordinatione Archipresbyteri.

In libro Miniſtri Maronitici ubi de miniſterio Angelico p. 195, mentio quoque fit Angelorum Vigilum, ita ut poſitis præcedentibus facile colligi poſſit Vigilum Angelorum Chorum τοῖς Cherubim, & Seraphim præponi,

ܦܪܝܫ ܡܢܗܘܢ ܒܚܙܬܗ ܘܠܐ ܡܕܪܟܝܢ ܠܗ ܠܪܒܘܬܗ . ܣܪ̈ܦܐ ܠܘܬܗ ܕܐܫܬܐ

ܟܢ̈ܦܝܢ . ܘܟܪ̈ܘܒܐ ܕܐܪܒܥ ܐܦ̈ܝܢ . ܗܢܘܢ . ܡܛܥܢܝܢ ܠܟܘܪܣܝܗ ܘܒܗ ܠܡܚܪ ܘܠܡܒܨܐ ܠܐ

ܡܡܪܚܝܢ . ܥܝܪܐ ܕܡܫܡܫ ܠܐ ܕܡܟ ܘܨܒܘܬܗ ܐܢܫ ܠܐ ܡܨܐ ܠܡܬܒܥ . *Remotus eſt ab eis, eorumque conſpectu, & majeſtatem ejus non comprehendunt* (hominum filii) *Seraphim etiam, quibus ſex ſunt alæ, Cherubim quoque, quibus quatuor ſunt facies. Iſti thronum ejus portant, & in ipſum aſpicere, & inquirere non audent. Vigil qui nunquam dormit, hominis negotium non poterit definire.* Nec repugnat in eorum Miſſali in Liturgia Jacobi Apoſtoli p. 169. hæc ordinum Angelicorum enumeratio, Angeli, Archangeli, Principatus, Poteſtates, Throni, Dominationes, Virtutes, Cherubim, Seraphim, quæ poſtea repetitur in Liturgia Sancti Marci p. 207. Nam a maximis utrobique deſcendit ad minimos, qui ſecundum ipſos judicantur Cherubim, & Seraphim.

Sane ſi hæc attente conſiderentur, manifeſtum erit non modo iſtorum Ritualium auctores, ſed etiam illos, qui multis poſt ſæculis ea poſteris tradiderunt, S. Dioniſii libros numquam legiſſe, aut ſi legerunt maximi non feciſſe, cum in hunc uſque diem traditionem conſervaverint è diametro doctrinæ S. Dionyſi repugnantem. Quos ſummos Angelorum Dionyſius defi-

definit, illi infimos. Nec in cœteris Choris Dionyſio conſentiunt. Sic Angelorum ordinem aſcendendo conſtituit Dionyſius, Angelos, Archangelos, Principatus, Poteſtates, Dominationes, Virtutes, Thronos, Cherubim, Seraphim. At Syri thronos ſive adſcendas, ſive deſcendas, quinto loco reponunt. Aliæ ſunt ratione habita ad ordinem Dionyſii perturbationes, nec enim tantum duos Choros Dionyſio infimos in ſupremum locum evehunt. Sed hæc Lectori ventilanda relinquo. Aliam inſuper Hierarchiam a Dionyſio prætermiſſam Syri celebrant, Vigilum ſcilicet Angelorum, de qua Daniel Profeta c. 4. V. 10. *Ecce Vigil & Sanctus de Cælo deſcendit, clamavit fortiter, & dixit &c.* & ver. 14. *In ſententia Vigilum decretum eſt.* Iterumque verſu 20. Miror Vigiles Angelos a Sancto Dinyſio pœnitus omiſſos, cum Syris poſt Danielem ſint celeberrimi. Nec etiam Sanctus Gregorius ordinem Dionyſii, licet auctor ſit ab eo laudatus, obſervare curavit. Sic Homilia 34. in Evangelia Choros Angelorum enumerat, Angeli, Archangeli, Virtutes, Poteſtates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, Seraphim. Alio ab his omnibus modo Sancta Eccleſia Choros iſtos in feſto S. Michaelis componit, Angeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Poteſtates, Virtutes.

Nec etiam præcipuum, & fere unicum fundamentum cui innituntur omnia Dionyſii de Angelis, & cœleſti Hierarchia philoſophemata, uſquequaque verum eſt, ſi illud ad Scripturæ Sacræ exempla, & S. Gregorii mentem penſitare, & librare velimus. Vult ille primam ſuam Hierarchiam immediate a Deo edoceri, & illuſtrari; ſecundam illuſtrationes divinas a Deo non immediate excipere, ſed per primam; Tertiam a Deo longius abeſſe, nec immediate a prima, nedum a Deo, edoceri, ſed a ſecunda. Homines vero longiſſime, a tertia tantum illuminari, & perfici. Deinde primam Hierarchiam perfectiones, & illuſtrationes a Deo proxime haurire quarum inferiores ſunt incapaces, & ideo nunquam cum his communicantur; quas vero inferiores habent, a Superioribus illis eſſe inditas, & immiſſas. Ex qua doctrina duo conſequi ſcribit: Prius, nihil eſſe perfectionis in inferioribus Hierarchiis quo non potiantur Superiores, ſed propoſitionem non eſſe reciprocam. Poſterius, Infimos tantum Angelos ad homines mitti, & exteriora miniſteria exercere. Superſedeo nunc inquirere an iſta doctrina bene conveniat, cum ea, quæ docet non modo Angelos, ſed etiam Animas Sanctorum poſt mortem immediate eſſentiam Dei videre, & contemplari, eamque in Beatis ſpeciei impreſſæ vicem ſuſtinere.

Dicam tantum, S. Gregorium ſingulos Angelorum Choros explicare,

& definire homil. 34. in Evangelia, ſed contrario plane modo. Supponit enim ſemper, quoſcumque Angelos ſupremos, non tantum infimos ad homines mitti, atque hæc inferiora regere. Miniſteriis tantum eos diſtinguit, hoc eſt ſummos Angelos ad negotia maximi momenti nuntianda, & peragenda cœlitus delegari. Inferiores vero ad negotia minoris momenti. Singillatim unumquemqoe Chorum deſcribit ab actionibus, quas unuſquiſque in hoc inferiori Orbe exercet, ut homiliam illam legenti planum eſt, cujus etiam partes multas, quæ Angelos ſpectant, publicis Eccleſiæ lectionibus adſcriptæ ſunt.

Non erat tamen S. Gregorio incognita Dionyſii ſententia, & nova meditatio; imò eam refert, & objectionem validiſſimam, quam ſibi opponit Dionyſius, ipſo Dionyſio longe commodius, facilius, & planius explicat, ut cap. 13. libri de cœleſti Hierarchia cum verbis S.Gregorii comparanti manifeſtum erit. Ideo tamen Dionyſii ſententiam non amplectitur, ſed propriæ adhærens novam illam ut incertam, & Scripturarum teſtimoniis non ſatisfacientem in medio relinquit. Aperte enim contradicunt, quæ de Seraphim, & Cherubim Eſaiæ c. 6. Geneſ. 3. & Ezechielis 10. & 41. Scriptura refert, nec eſt ulla ſyllaba, vel umbela textus ſacri, quæ faveat ipſius philoſophemati. Ideo Sanctus Gregorius licet eum crederet virum Apoſtolicum, de ipſius tamen ſententia ſic pronuntiat. *Quia in quibuſdam Scripturæ locis, quædam per Cherubim, quædam vero per Seraphim agi didicimus, utrum per ſe hæc faciant, an per ſubjecta agmina agantur, quæ ſicut dicitur, in eo quod a Majoribus veniunt, Majorum vocabula ſortiuntur, nos affirmare nolumus, quod apertis teſtimoniis non approbamus.* Deinde Gregorius hoc axioma ut certum tenet, Angelos quoſcumque, etſi mittantur, Deum tamen ipſum ſemper contemplari; cui cum intermedia illa contemplatione, & per alios Angelos ſuperiores tantum communicata, non bene convenit.

Euthychiani, qui primi Dionyſii opera in lucem ediderunt, ipſius contemplationes, velut rem ipſis domeſtice notam in Ritum ſuum intruſerunt. *Flectit*, inquiunt, *Diaconi genu dextrum, quia Diaconi ut notum eſt, purificant tantum.* De Sacerdote vero, *Procumbit autem ſuper ambo genua ſua, eo quod Presbyter eſt veluti purificans, & illuminans.* Ipſiſſimæ ſunt Dionyſii rationes, quas iſtius genuflexionis ediſſerit, ut videre eſt Hierarchiæ Eccleſiaſticæ c. 5. in Theoria. Neſtoriani longe aliam iſtius ceremoniæ rationem reddunt, ut Lector eorum ordinationes luſtrans obſervare poteſt. Vide infra Adnot. 29.

Naturam quoque, & proprietates τοῦ Seraphim, Cherubim ſola etymologia Hebraica, nulloque alio fundamento ſubnixus, nobis explicat.

At ſane a Judæo aliquo, aut Chriſtiano hebraizante deceptus eſt. Ita c. 7. cœleſtis Hierarchiæ. *Sanctorum quidem Seraphim nomen tradunt ii, qui hebraice ſciunt, vel incenſores, vel calefacientes declarare. Cherubim autem ſcientiæ cognitioniſque copiam vel ſapientiæ diffuſionem.*

שרף autem, & ab eo derivata ſunt equidem in Scripturis Hebraicis uſitatiſſima, verum calefactionem nuſquam ſignificant, ſed tantum combuſtionem, & rei alicujus incendium. Sæpe additur באש *in igne*, ſæpe quoque non additur, & eadem eſt ſignificatio, ſed ꝑ Seraphim virtutes a calefactione potiſſimum deducit, quam nuſquam hoc nomen ſignificat. Unde illi Cherub plenitudinem ſcientiæ ſignificet divinare difficile eſt, Grammaticæ legibus non abutenti. Paraphraſtæ omnes interpretantur ſtatuas adoleſcentium figuram imitantes. Chaldæis enim רבין, & Emphatice, רביא Pueri, Adoleſcentes. Thalmudicis רובין ſunt Adoleſcentes. Cherubim itaque ſonat, *velut Adoleſcentes*, aut *veluti Pueri*. appellatione petita a figura, qua ejuſmodi Angeli juſſu Dei pingebantur. Talmudici tract. Chaggia. f. 13. מאי כרוב כרביא שכן בבבל קורין לינוקא רביא *Quid eſt Cherubim? Idem quod ſicut Pueri. Nam Babylone pueros, & infantes vocant, Rabaja.* Caph eſt ſimilitudinis adverbium. In Talmudica dialecto nulla erat variatio: *Robin* enim, vel *Rubim* pueros vocant. Ideo Interpretes Chaldæi, Syri, & Samaritani nomen *Cherubim* ut ipſis notum, & familiare retinuerunt, illud tantum ad propriæ dialecti inflexionem, & pronuntiationem accomodantes. Ita cœteri Rabini. Salamon Jarki in ver. 18. c. 25. Exodi ſcribit ut rem confeſſam דמות פרצוף תינוק להם *ſimilitudo vultus, & perſonæ infantis ſeu pueri eſt illis*. Kimchi in radicibus hanc vocem teſtatur quoque antiquos Rabinos, quotieſcumque hæc dictio occurrit, illam interpretatos per vocem pueri, eoquod Cherubim ſit pueri ſimilitudo. Aben Eſdra tamen in c. 3. Geneſis verſum ultimum cenſet vocem illam generalius ſignificare מלת כרובים יש אומרים כנערי תרגום ארמית כרביא ולפי דעתי שהיא מלת כלל צורות בו"ם *Nonnulli interpretantur Cherubim,*

rubim , ſicut pueri paraphraſis quoque Chaldaica . At mea ſententia hæc dictio complectitur omnium rerum figuras . Id probat ex Ezechiele, qui quod initio vocaverat faciem bovis , poſtea cap. videlicet 10. appellat faciem Cherubim . Hanc difficultatem ex ſententia antiquorum ſolvit Kimhi loco allegato. R. Levi Gerſom in eumdem Exodi locum interpretatur figuras quaſdam imaginarias media ſui parte intellectuales , quæ Cherubim vocantur , eoquod perfectionem nondum aſſecutæ ſint , ſed tandem aſſequentur, ut paulatim pueri fiunt viri . Quidquid ſit , hæc dictio nullo modo pertinere poteſt ad ſcientiæ, & cognitionis copiam , & abundantiam .

Joannes Daræ in Syria Archiepiſcopus paulo diligentius quam Dionyſius de voce Seraphim a Judæo edoctus eſt . Sic enim ſcribit c. 7. l. 1. Commentarioru n in Dionyſium . ܡܢܘ ܫܘܕܥܐ ܕܫܡܗ ܕܣܪ̈ܦܐ . ܐܡܪܝܢ ܥܒܪ̈ܝܐ ܡܫܚܢܢܐ ܐܘܟܝܬ ܡܘܩܕܢܐ . ܡܫܘܕܥ ܐܝܬܝܗܘܢ ܓܝܪ ܡܫܚܢ̈ܢܐ ܘܡܘܩܕ̈ܢܐ ܘܡܚܪ̈ܒܢܐ ܕܟܠ ܗܘܠܐ ܒܝܫܬܐ ܘܣܓܝ ܢܗܝܪ̈ܐ ܘܙܠܝ̈ܩܐ ܝܬܝܪ ܡܢ ܫܪܟܐ ܀ *Quæ ſignificatio eſt nominis Seraphim ? Ajunt Hebræi calefacientes eſſe; ideſt incendentes . Notum eſt enim , quod calefaciunt , comburunt , & conſumunt omnem materiam malam , multoque magis quam cæteri lucent , & ſplendent .* Ita quoque Anaſtius Sinaita proæmio in Anagogicas ſuper Hexamerum contemplationes . Sed in etymo Cherubim Dionyſii errorem amplificare videtur Darenſis ܡܢܘ ܫܘܕܥܗ ܐܘܦ ܕܟܪ̈ܘܒܐ ܣܘܓܐܐ ܕܝܕܥܬܐ ܘܫܦܥܐ ܕܚܟܡܬܐ ܐܘܟܝܬ ܥܘܬܪܐ ܘܡܥܬܪܢܘܬܐ ܕܚܟܡܬܐ *Quid etiam nomen Cherubin ? Multitudo cognitionis , & effuſio ſapientiæ , ſive abundantiæ , & opulentia ſapientiæ .*

Opponet forſan Lector S. Hieronymi Hebraicæ linguæ peritiſſimi autoritatem , qui Cherubim ſimiliter interpretatus eſt ſcientiæ multitudinem in Epiſtola ad Paulinum , & commentario in c. 28. Ezechielis . Alios prætermitto , qui ipſius autoritati obſecuti ſunt . Velim primò Lector conſideret nos hic non agere de re aliqua obſcura , aut quæ ſola autoritate conſtet , ſed de re vulgata , quam quiſque linguæ hebraicæ non ignarus per ſeipſum non admodum difficile invenire poteſt, aut de inventa judicare . Ita eſt: Sic eſt interpretatus Hieronymus . Sed vir doctiſſimus vulgarem interpretationem quia propoſito ſuo tum aliquid conferebat , indiſcuſſam amplexus eſt . Ipſius ſane mens non fuit eam ut genuinam , & linguæ genio con-

convenientem venditare, multo minus poſteros ab ampliori inquiſitione prohibere. Ipſe in interpretatione nominum Hebraicorum diverſiſſimam ſecutus eſt, probabilem, & linguæ principiis convenientem. Cherub enim interpretatur, *tamquam Magiſter*. Et aliam, de qua nobis ſermo, prætermiſit, aut potius contempſit. Vir doctus qui Sancti Hieronymi opera adnotationibus illuſtravit, probabilitatem huic interpretationi conciliat ex duplici ſignificatione, & pronuntiatione iſtius dictionis רב hoc modo כר׳ב ſignificat, *tamquam multitudo.* כרב *tanquam Magiſter*. Ex utraque ſignificatione in uno verbo conjuncta nata eſt, inquit, illa interpretatio; Magiſter enim cum ſcientiam dicit, & alias nomen illud proprie multitudinem ſignificet, non inepte Cherub ſcientiæ multitudo interpretatur. Abſurdæ ſententiæ ratio commodior dari non potuit. Quanquam iſtud etymon longe, & abſurde petitum ſit, nihil tamen prorſus ad ſcientiam.

Ut hoc intelligatur notandum eſt *Rab* hebraicum, unde *Rabi*, & *Rabini*, hominem doctum, & alios docentem ea dialecto, qua ſcripti ſunt ſacri libri, nunquam ſignificare. Hanc ſignificationem induiſſe longe poſt captivitatem Babylonicam, ſed ante Chriſtum Dominum noſtrum centum forte, & aliquot annis; poſtquam ſcilicet Judæi ſtudio ſcripturæ, & linguæ ſuæ animum diligenter applicuerunt. Ab eo enim tempore; qui egregiam operam ſcripturæ, & traditionibus ediſcendis navaverant, Rabbini, & Doctores dicti ſunt, & ſalutati. Cujus rei antiquius argumentum afferri non poteſt, quam novum teſtamentum. Antiquiſſimi enim Judæorum libri quotquot ſunt, novo Chriſtianorum teſtamento longè poſteriores ſunt. Rab igitur lingua hebræa, quæ uſitata erat cum Moſes, & Prophetæ ſcriberent, & τοῦ Cherubim apud Judæos erat uſus, ſignificabat Præfectum alicui rei, Præpoſitum, Rectorem, Dominum, Principem, nunquam Ludi Magiſtrum, aut Doctorem. Significabat Magiſtrum eo ſenſu, quo latine dicimus Magiſtrum equitum, Magiſtrum peditum, Magiſtrum Navis. In his omnibus nihil eſt quod ad Scientiam, & Doctrinam referatur, poteſtas tantum, & auctoritas deſideratur. Ita Jerem. c. 39. verſ. 9. רב טבחים Hieronymus interpretatur, *Magiſtrum militum*, & Danielis 2. verſ. 14. eadem verba tranfert. *Principem militiæ* & c. 4. verſ. 6. Nabuchodonoſor vocat Danielem רב חרטמיא *Principem Ariolorum*. Eſther

her. 1. 8. רב ביתו Princeps, *Magiſter domus ſuæ*. Eſaiæ 19. verſ. 20. Mittet eis Salvatorem ורב, & Magnatem qui liberet eos, Hieronymus transfert *propugnatorem*. Jerem. 41. 1. ורבי המלך Hieronymus *Optimates regis*. Lamentationum c. 1. verſ. facta eſt quaſi vidua *Domina gentium* רבתי בגוים Geneſ. 25. verſ. 23. *Major ſerviet minori*. רב יעבד צעיר Multa ſunt alia, quæ optimi autores Hebræi, & Latini eodem ſenſu interpretantur, ut pſal. 48. 3. Proverb. 24. 6. Amoſ. 3. verſu ultimo. Oſeæ 8. 12. Eſter. 4. verſ. 3. Poſteriores Judæi poſtea hoc nomen ad Doctores ſuos, & traditionum enarratores tranſtulerunt, quod tempore Chriſti obtinuerat. Etymologia igitur iſta, licet longiſſimè petita ſit, & abſurde huic nomini Cherub conveniat, nihil tamen prorſus ad rem facit, cum ſenſum adventitium dictioni, רב tribuat, qui tempore quo ſcriptura edita fuit, nullus erat. Hoc tamen ſolo fundamento fretus autor Herarchiæ cæleſtis τοῦ Cherubim naturam, virtuteſque nobis deſcribit.

Abraham Ekellenſis Maronita, vir egregie doctus, & de literis Orientalibus bene meritus, edidit nuper latine, & Syrè libellum Hebed-Jeſu auctoris Syri, & adnotationibus illuſtravit, in quibus ait Joannem Daræ in Syria Epiſcopum commentarios in Sancti Dionyſii libros ſcripſiſſe, & eorum exemplar antiquum ſe habere, in quo ſcriptum erat Abbatem quemdam Syrum illum librum cum 250. aliis voluminibus an. Alexandri 1243. emiſſe, hoc eſt Chriſti 932. Joannem autem illum Darenſem Epiſcopum ſcribit Abraham quarto ſæculo vixiſſe. Verum hoc poſterius nullo argumento docet. Illuſtriſſimus, & doctiſſimus Præſul Franciſcus Boſquetus Lutubenſis Epiſcopus cum Romæ hoc audiſſet librum deſcribi curavit, ſecumque Pariſios exemplar aſportavit, & cum hæc Syriaca prelo cudi inciperent, Joannis Darenſis opuſcula ſe exſcribi curaſſe mihi ſignificavit, codicemque ipſum mihi tradidit utendum. Librum nactus multis locis evolvo, ſed nihil mihi occurrit, quod tantam antiquitatem argueret. Incipit equidem ab Angelica Hierarchia, quam explicat, Dionyſium velut κατὰ πόδα ſequens, & caput pro capite reponens. Idem facit in quatuor

tuor primis capitibus Hierarchiæ Eccleſiaſticæ. Cum antem ad ſacras ordinationes pervenit, longe fuſius iſta perſequitur, quam Dionyſius, & libellos, ſeu tractatus peculiares de iis edit. Sed codex in capite undecimo tractatus ſecundi deſinit, cætera temporis injuria conſumpta ſunt. Videtur præterea ex primis verbis tituli aliquis alius liber Joannis Darenſis præceſſiſſe, quem non exhibet codex, ܬܘܒ ܡܐܡܪܐ ܕܥܒܝܕ ܠܩܕܝܫܐ ܡܪܝ ܐܝܘܐܢܢܝܣ ܡܝܛܪܦܘܠܝܛܐ ܕܕܪ̈ܐ . *Prætera tractatus compoſitus à Sancto Joanne Metropolita Daræ*.

Libri longe majorem partem percucurri, ſed nihil deprehendi quod illi tantam antiquitatem aſſereret, verum nonnulla, quæ contrarium videntur evincere. Primum enim ubique aſſumit velut vulgatum apud omnes Dionyſii libros eſſe publicè cognitos, & approbatos; non dico eſſe Dionyſii Areopagitæ. Non enim memini huic Auctori, quem ſæpe Dionyſium vocat, Joannem Darenſem Areopagitæ cognomen dediſſe. Qua ratione fieri poteſt, ut res tanti momenti, tam utilis ad convincendos Adverſarios, fuerit quarto ſæculo ubique cognita, & publicata, in linguam Syriacam converſa, & commentariis non modo græcis, ſed etiam Syris illuſtrata, cujus tamen tot inſignes Patres eodem quarto ſæculo in media Græcia, & Syria viventes, Athanaſius, Apollinaris, Lucifer, Baſilius, Gregorius Nazianzenus, Nyſſenus, Ephrem Syrus, infiniti denique Patres numeroſiſſimis Conciliis, Nicæno, Tyrio, Sardicenſi, Antiocheno, Ariminenſi, Alexandrino, Mediolanenſi, aſſidentes, non meminerint, licet omni conatu Adverſarios Arìanos convincere ſategerint? Si Joannes Darenſis quarto ſæculo commentarios in Sancti Dionyſii opera in lucem edebat lingua Syriaca, unde factum eſt ut ineunte ſæculo ſexto Catholici Epiſcopi, & Presbyteri, quorum plures erant Syri, atque inter cæteros Innocentius Maroniæ in Syriæ Umbillico Epiſcopus, una voce clamant iſta opera eſſe Sancto Dionyſio ſuppoſita, & antiquis Patribus, qui quarto ſæculo vivebant planè incognita? Unde, inquam, factum eſt, quod Ortodoxis hæc in Hæreticos regerentibus, Hæretici, quorum plures erant in collatione Syri, & Syrè tantùm loquentes, cachinnos non ſuſtulerunt, tantam Orthodoxorum ignorantiam conſpicati, qui Joannis Darenſis Metropolitæ concivis ſui commentarios in Dionyſium non legerant, nec de iis fando audiverant? Unde factum quod Hæretici ad hanc Orthodoxorum exceptionem cui tam facilè præſcribere poterant, obmutuerunt? Sanè Joannes Darenſis Orthodoxis, & Hæreticis anno 532. ex æquo erat incognitus.

Ferunt hodierni Syri Joannem Darenſem Sancti Ephrem diſcipulum fuiſſe. Quamobrem verò S. Ephrem tot autores coætanei, & ſuppares meminerunt, Darenſis nuſquam? Sancti Ephrem non meminerunt modo antiqui Patres, ſed etiam eum maximi fecerunt. Baſilius homil. 2. in Examerum: Gregorius Nyſſenus Baſilii frater, ejus vitam, laudeſque fusè deſcripſit, ut videre eſt ad calcem Tom. 2. quod præſtiterunt & alii Græci complures, quorum nonnulli editi ſunt. S. Hieronymus in catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum: Palladius hiſtor. Lauſiacæ c. 101. Theodoretus hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 2. c. 30. & lib. 4. c. 29. Hiſtoria tripartita lib. 5. c. 45. & lib. 8. c. 6. Amphilochius in vita S. Baſilii. Græcorum Menologium v. Kal. Febr. Anaſtaſius Sinaïta libri, qui inſcribitur Dux vitæ c. 7. & 10 Sæpius & Photius in Bibliotheca c. 196. Joannes Damaſcenus orat. de Fidelibus defunctis non ſemel. Sed præ omnibus Sozomenus hiſtor. lib. 3. c. 15. & poſt eum Nicephorus hiſtor. lib. 9. c. 14. in ejus laudes divertunt, & excurrunt, nec ipſius tantum, ſed & Diſcipulorum: *quorum*, inquiunt, *illuſtriſſimi fuerunt, Abbas Zenobius, Abraham, Merus, & Simon, de quibus tum Syri, tum quotquot Doctrinæ Syriacæ diligenter operam navant, magnoperè gloriantur. Pari ratione etiam Paulonam, & Aranad propter eloquentiam laudant.* At de Joanne Darenſi Archiepiſcopo, cujus cum propter dignitatem, tum propter doctrinam, & ingenii acumen præ cæteris meminiſſe debuerant, profundiſſimum ſilentium. Ipſius tamen in S. Dionſiyum elucubrationes S. Maximi Scholiis, & Pachymeris paraphraſi ingenii acumine, & Philoſophicis in rè Theologica ratiociniis longiſſime antecellunt. Si tum cognita fuiſſent ejuſmodi opuſcula, non ſecus ac quæ ſunt Dionyſii laudata fuiſſent, & Sancti Ephrem opuſculis multo pluris facta. Solent enim quæ ſunt abſtruſioris Theologiæ & philoſophicis ſubtilitatibus explicata, hominum animos admiratione percellere, & longè potentius commovere, quam quæ ſunt moralia tantum, & ſimplici Stylo elaborata, ut ſunt Sancti Ephrem opera, quæ extant omnia.

Admodum etiam mihi videtur efficax argumentum ab Anaſtaſii ſilentio petitum. Erat enim Syrus, atque in monte Sinaï Monachus, qui anno Chriſti 561. Patriarcha dicitur creatus Antiochenus; quam Eccleſiam cum rexiſſet annis undecim, à Juſtino Imperatore in exilium pulſus eſt, à quo exactis 23. annis revocatus, throno Antiocheno reſtituitur, tandemque multa ab Hæreticis paſſus anno 599. diem obiit. In toto illo opere τοῦ ὁδηγοῦ cum Neſtorianis, & præſertim Eutychianis, Severianis, & Jacobitis diſputat. Plurimos autores Græcos Syros, partim citat, partim ſibi oppoſitos conciliat. S. Ephrem ſæpius, S. Dionyſium ſæpius; Da-

renſis

renſis tamen Metropolitæ nuſquam meminit. Severiani, & Jacobitæ ſæpius illi Dionyſium obtendunt, quem virum Apoſtolicum plenis buccis crepant, Areopagitam, & Pauli diſcipulum. Ille vero non amplius ut Orthodoxi fecerant, ſuppoſititium eſſe cauſatur, ſed conceſſo virum eſſe Apoſtolicum, illius verba non interpretatur tantum, ſed etiam ex ejuſdem opuſculis argumenta in Eutychis ſectas aſſumit: Quædam vero quæ non facile ſolvi poſſunt, ab Hæreticis corrupta docet. Hæc c. 13. 22. 24. præſertim habentur. Dionyſium Alexandrinum refert Scholia in antiquum Dionyſium compoſuiſſe: Sed vel ex illo ſolo teſtimonio demonſtrari poteſt Scholia illa eſſe Dionyſio Alexandrino ſuppoſita. Anaſtaſii verba in commentarium ſuum tranſcripſit Sanctus Maximus ad cap. 5. cæleſtis Hierarchiæ; aut certe Anaſtaſius à Maximo: niſi apud multos conſtaret Maximum eſſe Anaſtaſio aliquot annis poſteriorem. Diligentius his incumbere nec eſt hujus loci, nec otii præſentis. Eodem prope modo de Joanne Damaſceno argumentari licet, qui tot Patres in opuſculis citat; Dionyſium Areopag. S. Ephrem; Darenſem vero Syrum Syrus ipſe nunquam.

Joannis Darenſis opera nunc in hypotheſi tantiſper examinemus. Capite ſexto primi ſui tractatus inquirit in ordines, & acies ſubſtantiarum cæleſtium, aitque diſputari ſolere de earum quantitate, qualitate, & ordine, an poſtremæ perficiantur per medias, necne; Quænam purificent, quæ illuminent, & quæ perficiant; quæ priores, quæ poſteriores, quive inter eas habitus, & relatio. Ex ſcripturis ſacris edoctos reſpondere, novem eſſe ſubſtantiarum cæleſtium ordines, ſeu choros, & tres cætus, ſeu Hierarchias, & in unaquaque Hierarchia tres Choros. ܘܐܡܪܝܢ

ܕܡܢ ܡܬܬܠܡܕܝܢ ܐܢܚܢܢ . ܕܟܠܗ ܡܛܟܣܢܘܬܐ ܡܢ ܐܠܗܐ ܘܠܐ ܡܬܚܡܢܘܬܐ . ܕܗܝ .

ܡܢ ܡܛܟܣܬܐ . ܕܬܫܥ ܠܗܘܢ ܡܢ ܗܢܝܢ ܕܬܠܬ ܘܐܦܠܐ ܕܝܢ ܡܬܦܠܓܢ ܗܢܘܢ

ܠܬܠܬܐ ܒܬܠܬ ܟܕ ܚܕܐ ܠܐ ܡܫܬܘܬܦܐ ܦܪܝܫܬܐ ܘܡܬܚܠܦܐ . ܐܝܟ ܗܘ ܕܒܟܬܒܐ ܩܕܝܫܐ

ܘܒܟܠܝ . ܐܡܪܗ ܕܐܫܬܥܝ ܗܘܐ ܕܡܠܐܟܐ . ܘܕܪ̈ܝܫܝ ܡ̈ܠܐܟܐ ܘܕܪ̈ܝܫܢܘܬܐ . ܠܐܪܟܝܓܠܐ

ܘܡܪ̈ܟܒܬܐ . ܗܘܝ ܕܩ̈ܠܕܢܐ ܘܕܡ̈ܪܟܒܬܐ ܘܕܡܪ̈ܘܬܐ . ܡܛܟܣܬܐ ܐܦ ܡܛܟܣܬܐ .

ܗܘܝ ܕܫ̈ܠܝܛܐ ܘܕܚ̈ܝܠܘܬܐ ܘܕܥܫ̈ܝܢܐ . ܠܗܘܢ ܬܠܬ ܡܛܟܣܢ ܒܬܫܥܬܗܘܢ : ܐܝܟ ܕܝܢ

ܐܝܬ ܡܢ ܡܟ̈ܣܢܐ ܕܝܢ ܗܕܐ ܠܗܘܢ ܠܡܛܟܣܘ ܠܬܫܥܬܗܘܢ . ܟܠܗ ܐܚܪ̈ܢܝܬܐ

ܕܝܢ ܐܠܗܐ ܕܡܬܐܠܨܝܢ. ܡܫܡܫܢܐ ܕܬܪܘܢܐ ܠܥܠܡ ܕܡܢ ܩܕܡ ܘܒܬܪ ܗܘܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ.

ܘܬܠܬܐ ܗܘ̇ ܕܫܪ̈ܒܐ. ܐܝܟܢܐ ܐܡܪܘ ܕܡܢ ܩܕܡ ܗܘ ܕܡܫܡܫܢܘ̈ܬܐ ܗܘ̈ܝ ܕܬܪܘܢܐ ܘܐܢܫܝܢ

ܕܣܕ̈ܪܐ . ܕܝܘܢܘܣܝܘܣ ܕܝܢ ܐܡܪܝܢ ܐܢܫܝܢ ܕܣܪ̈ܦܐ ܕܣܕ̈ܪܐ ܡܣܬܟܠܝܢ

ܡܫܡܫܐ ܐܝܟ ܕܟܠܗ ܘܒܬܪܗ ܟܪܘܒܐ ܘܬܠܬܐ ܗܘ ܕܡܫܡܫܢܘܬܐ . ܘܡܫܡܫܢܐ ܗܢܐ

* ܕܝܠܗ ܡܫܡܫܢܐ ܕܡܐܡܪܐ ܩܕܡܝܐ ܡܢ *Dicunt autem qua ratione perſi-ciantur ; Chorum ſcilicet primum à Deo immediate: Secundum à primo, tertium à ſecundo. Quomodo autem diſpoſiti ſint iſti cætus, ſeu ordines non eſt æqualis, & eadem ſententia Sanctorum in univerſa Eccleſia : Quidam enim aſſerunt ordinem poſtremum, & qui eſt apud nos, eſſe Angelorum, deinde Archangelorum, poſtea Principatuum : Secundum, & medium ; Principatuum, deinde Thronorum, poſtea Dominationum. Primus autem, & ſummus virtutum, Cherubim, & Seraphim. Sic hæc tradit Jacob in oblatione, ſeu Liturgia ſua. Quidam alii ex Doctoribus ; ut illis placet, eorum ordines diſponunt juxta honorem quo apud Deum gaudent, qui creavit eos. Ordinem Cherubim primum collocant : deinde Thronos, tertio Seraphim ; alii dicunt quod præcedit Thronorum ordo, ſequitur ille τῶν Cherubim, denique Seraphim. Dionyſius, dicunt alii, ordinem Seraphim collocavit primum velut qui eſt nobis proximus, & poſt eum Cherubim, & tertium Thronorum. Hoc cognoſcitur ex cap. 6. ſui tractatus primi.*

Liturgiam citat Jacobi. Ea edita eſt in Miſſali Chaldaico inter Miſſas Syrorum Maronitarum. Recenſentur autem in ea non longe ab initio Angelorum chori eodem prorſus ordine, quem refert Darenſis iſte Archiepiſcopus, quem jam ex eadem liturgia expoſuimus. Verum quis hæc legens in animum inducat tantam fuiſſe quarto ſæculo inter Eccleſias de Angelicorum chororum ordine controverſiam, de qua tamen ſilent tot viri inſignes, Græci, Syrique jam jam enumerati ?

Proſequitur eodem loco Joannes Darenſis enumerationis ordinum Angelicorum variationes. ܡܢ ܡܫܡܫܢܘܬܐ. ܩܕܝܫܐ ܠܡܫܡܫܢܐ ܕܣܕܪܘܬܐ ܕܡܫܡܫܢܐ

ܐܡܪ ܕܐܢܫܝܢ ܗܢܘܢ ܕܐܠܗܐ ܡܢ ܕܠܗܘܢ ܒܡܠܟܐ ܘܡܫܡܫܢܐ ܘܗܘ ܕܗܟܢܐ ܐܫܬܡܫܘ،

ܘܗܢܐ ܡܫܡܫܢܘܬܐ ܕܟܠܗ ܕܝܢ. ܘܡܫܡܫܢܐ ܗܘ . ܡܫܡܫܢܐ ܘܬܪܘܢܐ ܘܣܕ̈ܪܐ . ܘܗܢ . ܗܢܘ

ܘܡܢ

ܘܡܢ ܛܟ̈ܣܐ ܘܡܬܩܢܢܘܬܐ ܬܠܝܬܝܬܐ . ܕܝܢ ܬܠܬܐ ܬܠܝܬܝܐ ܘܡܬܦܪܫܢܘܬܐ . ܦܘܫܩܐ ܕܡܪܝ

ܐܬܢܣܝܘܣ : *Tertia diſpoſitio tripliciter diſtinguitur. Eſt qui dicat quod primus ordo ille eſt, qui omni tempore apud Deum adſtat, & proxime, & ante omnes alios, quique ſine ullo medio apparet nobis, quia ei unitus eſt.* Primus autem ille eſt. *Throni, Cherubim, & Seraphim. Secundus, Poteſtates, Dominationes, & virtutes. Tertius, Angeli, Archangeli, & Principatus. Interpretatio hæc eſt Domini Athanaſii.*

Iſta reperiuntur tantum in quæſtionibus Athanaſii ad Antiochum quæſtione videlicet 31. atque etiam 8. *Throni namque Cherubim, & Seraphim immediate a Deo diſcunt, tamquam omnibus ſuperiores,* καὶ Θεῷ πλησιάζοντες, *& Deo proximi. Hi vero docent ordines Inferiores &c. infimi autem omnium ordinum ſunt Angeli qui hominum ſunt doctores.* Quæſtione autem 8. una eſt, inquit, Angelorum eſſentia: *Ordines vero, ſicut multum valens in Theologia Dionyſius, inquit, ſunt novem. Angeli, Archangeli, Principatus, Poteſtates, Virtutes, Dominationes; ſex alis alata Seraphim, multis oculis ornata Cherubim, & Throni.* Supremam Hierarchiam refert ordine retrogrado. Id contigit aut Amanuenſis errore, aut σφάλματι μνημονευτικῷ. Nam profitetur ſe hæc juxta S. Dionyſii doctrinam enarrare. Apud omnes autem in confeſſo eſt quæſtiones iſtas non eſſe magni Athanaſii, ſed alterius cujuſdam, qui multis poſt eum ſæculis vixit. Quare eo longe poſterior eſt Darenſis noſter. Alias enumerandi rationes idem Darenſis eodem capite recenſet, & præſertim duas, a ſuperioribus deſcendendo ad Superiores. Atque ab Inferioribus aſcendendo ad Superiores, atque in eas commentatur; ſed ea perſequi non eſt inſtituti noſtri.

Similiter tractatu quarto, ſive ſexto totius operis qui eſt de Sacerdotibus c. 7. Gregorii Nazianzeni ſententiam refert, quam ſtatim reſtringit.

ܙܘܘܓܐ ܩܕܡܝܐ ܢܡܘܣܐ ܗܘ ܘܬܪܝܢܐ ܫܘܒܩܢܐ ܐܡܪ ܬܐܘܠܘܓܘܣ ܠܥܡܐ ܕܡܗܝܡܢܐ

ܠܐ ܠܟܗܢ̈ܐ : *Primum* matrimonium *legis eſt, ſecundum indulgentiæ inquit Theologus, vulgo fidelium non Sacerdotibus.* Nomine Theologi alius intelligi non poteſt quam Nazianzenus. Nam ut ait Gregorius Presbyter, nullus præter ipſum, & Joannem Apoſtolum eo cognomento appellatus eſt. Obiit autem Nazianzenus anno 300. finiente quarto ſæculo. Neç ſtatim a morte vulgo dictus eſt κατ' ἐξοχὴν Theologus. Temporis aliqua fuit inter-

diaconos, & Lectores velut vigiles miniſterii cauſa miſſos. Eructet lingua mea ſermonem tuum, & præcepta tua in juſtitia. Loquentur labia mea laudes tuas, cum docueris me præcepta tua. *Tunc traditur ei, ut legat de Iſaja.* Sic dicit Dominus qui fecit te, & firmavit te in utero, & opitulatus eſt tibi. Ne timeas ſervus meus Jacob, & Iſrael quem vocavi; quia poſui aquas in loco ſitiente, & rivulos in terra arida: Et mittam ſpiritum meum ſuper ſemen tuum, & benedictiones meas ſuper filios tuos, & germinabunt de medio Terræ, ſicut ſalices ſuper fluenta aquarum: Hoc eſt fædus meum vobiſcum dicit Dominus. Spiritus meus eſt ſuper te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo non migrabunt ab ore tuo, & ab ore ſeminis

---

intercapedo. Itaque Darenſis ille citius Gregorium eo nomine appellare non potuit, quam quinto ſæculo ad finem jam vergente: Nec etiam probabile eſt Gregorii libros ſtatim in Linguam Syriacam converſos.

Sed Joannem Darenſem hoc tempore longe poſteriorem fuiſſe demonſtrat quæſtio quam toto illo capite exagitat. Egregie quidem primo refutat eorum ſententiam qui aſſerebant Paulum Apoſtolum, cum dixit de Diaconis, & Presbyteris: *ſed unius uxoris vir*, eſſe intelligendum de pluribus uxoribus, quas ſimul ante baptiſmum duxerant; aut de iis, quas quidam poſt fidem ex legis Moſaicæ privilegio duxerant, atque etiam de iis, qui legitimæ uxori Concubinam ſuperinduxerant; Non autem de his, qui mortua prima, ſecundam deſponſaverant, aut mortua ſecunda, tertiam. Sed poſtea Græcorum morem, ut ſuo ſeculo communem amplectitur, qui Diaconis, & Presbyteris permittunt iis uxoribus uti, quas ante ordinationem virgines duxerunt. Contrarium tamen de Oriente præſertim teſtantur Sanctus Epiphanius in expoſitione Fidei, & S. Hieronymus in Epiſtola ad Vigilantium, quorum prior Salaminæ in Cypro, Syriæ, & Ægypto finitimæ erat Epiſcopus; poſterior magnam ætatis partem Hieroſolymis, & in vicinis regionibus tranſegerat. Certum eſt conſuetudinem illam in illis regionibus non invaluiſſe niſi uno, aut altero poſt quartum ſæculo, quam tandem decreto ſuo 13. confirmavit Græcorum Synodus anno Chriſti 692. in Trullo celebrata. Quapropter probabile eſt Joannem illum Darenſem poſt illam Synodum ſcripſiſſe. Imo in fine illius capitis autoritate Synodi Anciranæ male intellectæ preſſus admittere plura videtur quam Græci concedunt, Diaconos ſcilicet poſt ſuſceptum Diaconatum uxores ducere poſſe.

minis tui dicit Dominus ex nunc uſque in ſæculum. Ecce Spiritus Domini ſuper me, propter quod unxit me, Dominus Deus meus, & miſit me etiam ut prædicarem manſuetis, & mederer contritis corde, & annuntiem captivis libertatem, & dimiſſionem vinctis, & prædicem annum voluntatis Domini, & diem redemptionis Deo noſtro ad conſolandum omnes lugentes, & dandum lugentibus Sion gloriam; pro cinere oleum dulcedinis; & pro luctu veſtem laudis; & pro ſpiritu doloris vocabuntur filii juſtitiæ, plantatio Domini laudabilis: *Diaconus alta voce dicit*: Stemus omnes in oratione coram Deo miſericordiæ, & vocibus, quæ eum placare poſſunt, ad Dominum ſimul, & unanimiter clamemus. Petamus á Patre abſcondito, & à Filio laudando, & ſancto, atque á Spiritu Sancto Paraclito, arma quibus veſtiti ſunt veraces. Deus, qui elegit juſtos, & pios, & Monachos, & poſuit eos ut ſerviant ei in ſimilitudinem filiorum lucis, diſtinxit ordinum gradus, hoc eſt ſuperiores, & inferiores, & elegit eos ut ſacerdotio fungerentur in Eccleſia ſancta, & fideli. Excelſior enim ille eſt vigilibus, nec eorum ordines illius conſilia ſcrutari poſſunt. Abſconditus eſt ab Angelis, nec eum intellectu continent congregationes eorum. Lumen, & ſplendor quo circumdatur, obſcurat, & hebetat Angelorum igneorum oculos (1); Ideo ignis alis perſonas flammeas tegunt: Parce

1 *Angelorum igneorum oculos*: Addidimus facilioris intelligentiæ cauſa *Angelorum*. Textus enim ſolum habet igneorum. Intelligit autem eos Angelos, qui vulgo dicuntur Seraphim quos ܢܘܪܢܐ ignitos a ܢܘܪܐ igne lingua ſua vocant hic, & poſtea non ſemel. Sic eos vocare ſolet Liturgia S. Dionyſio in Miſſali Maronitarum tributa. Autumant hodierni Maronitæ Dionyſium cui hæc Liturgia nuncupatur, eſſe Areopagitam. Oſcitante uno ſtatim omnes oſcitare ſolent; atque ut ait Ovidius: *Dum ſpectant oculi læſos, læduntur & ipſi*. Poſtquam iſta de Dionyſii Areopagitæ opinio ſeſe in hominum animos inſinuavit, cum quis Dionyſius, autor alicujus operis antiqui nuncupatus eſt, ſtatim Areopagitæ cognomen illi eſt inditum.

ce Deus populo tuo, & miſerere gregis tui. Ideo pro eo exclamemus omnes, Laus Trinitati: *Dum vero precatur Epiſcopus, tunc egrediuntur in agios, & gyrant per Eccleſiam dicentes Peſitam.* Superbia, & humilitas ſimul incedebant, una elata, altera depreſſa: & unaquæque cum indolis ſuæ ingenio, & libertate. Humilitas erat quieta ſuavis, & humana, à bonis pacem petens, & malis. Sed ſuperbia vultu erat alto, & acri, in varia deſideria hiante. Uæ illi cum veniet Dominus ejus, & ſuperbi humiliabuntur. *Poſtea venit ordinatus, & oſculum dat ſacræ menſæ, & Epiſcopo; Sanctorumque myſteriorum fit particeps. Dicit Paſtor.* Pax vobiſcum. *Populus.* Cum ſpiritu tuo. *Tandem Paſtor convertitur ed occidentem, & facit ſignum crucis.* Explicit ordinatio Lectoris. Orate pro eo qui deſcripſit.

RITUS ORDINATIONIS SUBDIACONI.

PRimum ille, qui hunc gradum ſuſcepturus eſt, ſtat ad portam altaris, caput habens apertum, & inclinatum: idemque ritus, qui in prioribus, obſervatur. Tum dicit Archidiaconus, benedic Domine. Stemus omnes pulchrè in

precc,

---

tum. Nuſquam tamen Dionyſius Angelos abſolute Igneos vocat, quaſi hoc eſſet ipſorum proprium nomen, nec ullo modo illius Liturgiæ ſtylus cum Dionyſiano græco convenit. Paulo poſt Liturgiæ initium hæc habet.

ܩܕܝܫ ܐܒܐ ܝܠܘܕܐ ܘܠܐ ܝܠܝܕܐ . ܩܕܝܫ ܒܪܐ ܝܠܝܕܐ ܘܠܐ ܝܠܘܕܐ . ܩܕܝܫ ܪܘܚܐ

ܩܕܝܫܐ ܕܢܦܩ ܡܢ ܐܒܐ ، ܘܢܣܒ ܡܢ ܒܪܐ . ܚܕ ܐܠܗܐ ܫܪܝܪܐ . ܕܦܪܩ ܠܢ .

Sanctus Pater genitor, & non genitus, Sanctus Filius genitus, & non genitor, Sanctus Spiritus Sanctus, qui procedit a Patre, & accipit a Filio: Vnus Deus verus qui redemit nos. Quamobrem hæc, & ſimilia Arianis non oppoſuerunt Athanaſius, & Nicæni Patres? Numquid etiam Liturgiæ iſtius omnia exemplaria de medio Orthodoxorum ſubduxerant Ariani, & in alio mundo ſibi confœderato abſconderant, ad quem nullus eſſet Orthodoxis acceſſus? *Vide quæ alibi diximus de Orig. & Autor. Liturgiarum.*

prece , & oratione coram Deo , & reliqua, ut in præcedentibus gradibus dictum . Epiſcopus deinde precatur , & recitatur Symbolum . Poſtea exclamat Archidiaconus . Iterum , atque iterum , perpetuò , & omni tempore Domino ſupplicemus . Pro tranquillitate ſuperna , & auxilio , & redemptione animarum noſtrarum , & corporum noſtrorum , Domino ſupplicemus . *Hoc Domini Ephrem* . Pro ſervo tuo , quem elegiſti , ut ſit Subdiaconus in Eccleſia tua , & vas electum in miniſterium tuum perfice , & conſumma in eo gratiam tuam . Benignitatem tuam nunc ego rogo , & gratiam tuam ego deprecor. Parce mihi peccata mea ſecundum gratiam tuam , & ſecundum bonitatem tuam protege me . Cura ulcera mea ſecundum gratiam tuam , quia theſaurus tuus robore , & ſanitate opulentus eſt . Pone medicamentum infirmitati ejus ut ſanetur a morbo ſuo (1). Ubi Domine medicina tua applicatur, non poteſt ſtare dolor. Miſericordiæ tuæ Jeſu rogent te,& parce mihi quidquid peccavi tibi . Ne occludas portam tuam in faciem meam , eo quod operibus meis irritavi te . Facilem mihi redde reconciliationem tuam , & remiſſionem peccatorum mihi concede . *Muta* (2). Sanctam , & laudandam , & benedictam , & incontaminatam Dominam noſtram , beatam , & perpetuo Virginem , Dominam Mariam Dei genitricem commemoramus , & Joannem Nuntium veritatis , & Præcurſorem , Stephanumque caput Diaconorum (3) & primum

1 Subauditur: Infirmitas mea : & verbum ܬܬܐܣܐ eſt tertia perſona fæminina futuri temporis. *Vid. verſionem noſtram* .

2 Hoc verbum in textu alio atramento ſcriptum , mihi videtur admonitio toni in pronuntiatione , vel cantu mutandi cum ad hæc verba perventum eſt .

3 Hæc duo epitheta Sancto Stephano conjunctim dare ſolent , ut in hoc Rituali Sæpius videre eſt , & in libro Miniſtri p.72. *& commemoramus* ܠܩܕܝܫܐ ܡܫܒܚܐ ܡܪܝ ܐܣܛܦܢܘܣ ܪܫܐ ܕܡܫܡܫܢܐ ܘܩܕܡܝܐ ܕܣܗܕܐ *Sanctum & lau-*

mum Martyrem, & Prophetas veraces, & Apoſtolos divinos, & Martyres victoria veſtitos, & inclytos, ut Dominus Deus potens, precibus eorum illuſtribus, & orationibus Sanctis nos omnes gratiis afficiat, & conſervet: Domino ſupplicemus. *Epiſcopus precatur. Interea Diaconus ducit eum manu dextra, & dicit. Offerimus Sanctitati veſtræ ò Domine Pater noſter Sancte, & electe Dei, Domine N. Epiſcope Christi noſtri hunc Dei amantem N. qui hic ſtat, ut impoſitionem manus divinæ accipiat ex ordine Lectorum ad ordinem Subdiaconorum ſuper altare hoc Sanctum Domini N. urbis benedictæ amantis Chriſti, eſt que ſubditus beatitudini tuæ, Pater noſter electe Dei.* Oramus omnes, & precamur Deum pro eo. Clamemus igitur, & dicamus tribus vicibus, *K*yrie eleiſon. *Epiſcopus tenet eum per tempora, & dicit*: Gratia divina: (1) *Diaconus, in pace Domino ſupplicemus. Epiſcopus precatur. Diaconus exclamat in Domino Ephrem.* Stemus omnes in oratione coram eo, qui novit abſcondita, & petamus ab eo indulgentiam cum ſuſpiriis cordium noſtrorum. Petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudando, & ſancto, atque a Spiritu Sanctitatis Paraclito, ut audiat vocem orationis noſtræ. Pro ſervo tuo, quem elegiſti, & ſecundum bonitatem tuam promoves ex ordine Lectoratus ad ordinem Subdiaconatus. Pro eo, quem elegit gratia tua, ut ſit vas ad gloriam tuam, quem-

---

& laudatum Dominum Stephanum caput Diaconorum, & primum Martyrum. Ita quoque Prophetas appellare ſolent veraces, ut in hoc Rituali ſæpiſſime, & in eodem Miniſtri libro.

1 Prima ſunt verba celeberrimi apud Græcos, & omnes Orientales Chriſtianos illius decreti electionis, quod ante manuum impoſitionem publice pronuntiatur. Decretum integrum hic habetur in conſecratione Metropolitæ, ſeu Patriarchæ, & inde repetendum. Græci eo non utuntur in ordinatione Lectoris, & Hypodiaconi. Primum illud uſurpant in ordinando Diacono, cujus rei ſupra cauſas reddidimus exercitationis 11. c. 4. Syri vero Maronitæ ubique, exceptis ordinationibus Pſaltæ, Lectoris, Archidiaconi, & Chorepiſcopi, ut formulas examinanti perſpicuum erit.

quemque promoves Domine ſecundum gratiam tuam ad ordinem Subdiaconatus. Juſtitia elegit te hodie, ut ſis Subdiaconus in Eccleſia: Propter opera juſtitiæ ad ordinem excelſum offerris. Domine pro ſuperioribus Eccleſiæ tuæ, & Paſtore benedicto gregis tui, Domino N. Patriarcha; ſecundum miſericordias tuas ſuſcipe orationem ejus. Parce Deus populo tuo, & miſerere gregis tui. Paſce eos Domine noſter ſecundum miſericordiam tuam, regeque eos, & deduc ſecundum gratiam tuam. *Epiſcopus induit eum Tunica ſua, & orario ſuo, eumque benedicit, & præficit vaſis Eccleſiæ. Poſtea Epiſcopus involvit orario collum ejus, cum circumducunt eum per Eccleſiam, dicuntque tono remiſſo.* Convivium magnum, & excelſum fecit ſponſus cæleſtis Eccleſiæ ſanctitatis fideli. Invitavit, & vocavit omnes populos, ut venirent, & gauderent convivio, quod fecit ſponſus ſponſæ ſuæ Eccleſiæ, quam per crucem ſuam deſponſavit. Duodecim ſcriptores, & LXXII. Lectores in ea collocavit, & in medio ejus ſtatuit illos, ut diebus, & noctibus divinitati ſuæ inſervirent. Alleluja. Parce congregationi noſtræ, quæ te deprecatur. *Cum autem pervenit ad Candelabrum, accendit illud, & extinguit tribus vicibus. Poſtea vadunt ad portam Eccleſiæ, eamque apprehendit, claudit, & aperit tribus vicibus. Archidiaconus dicit Pſalmum: exalta me.* Exalta me Domine, exalta me. Dixit Sacerdotium Domino ſuo, & convertit ſe Dominus noſter, dixitque ei, nullus eſt ordo excelſior tuo, neque in congregationibus domus Gabrielis, neque in cætu domus Michaelis, neque in ordinibus Seraphim eſt ordo excelſior tuo. Sacerdotes ordinibus Angelorum comparantur, Diaconi τοῖς Seraphim, Subdiaconi, & Lectores vigilibus in miniſterium mitti ſolitis. *Deinde datur illi actuum liber ut legat.* Dilecti mei, hoc eſt quod per Prophetam Joël dictum eſt: Et erit in diebus noviſſimis dicit Dominus, effundam ſpiritum meum ſuper omnem carnem, & prophetabunt filii veſtri, & filiæ veſtræ, & juvenes viſiones videbunt, & ſenes veſtri ſomnia ſomniabunt & ſuper ſervos meos, & ancillas meas

effundam ſpiritum meum in diebus illis, & prophetabunt. Et ponam ſigna in cœlo, & portenta in Terra, & omnis qui invocaverit nomen Domini vivificabitur. Convertimini, & baptizamini in nomine Domini in remiſſionem peccatorum, ut accipiatis Donum Spiritus Sancti. Vobis enim facta eſt promiſſio, & filiis veſtris, & omnibus illis, quos Dominus vocavit. *Poſtea. Benedic Domine. Tunc Archidiaconus alta voce dicit hoc Domini Ephrem*. Stemus omnes in oratione coram Deo miſericordiæ, & vocibus quæ eum placent ad Dominum unanimes clamemus. Petamus a Patre abſcondito, a Filio laudando, & Sancto, atque Spiritu Sanctitatis Paraclito, arma, quæ veritatis amantes induunt. Erubeſcimus Domine deprecari te, quia placata ira tua dum nos pænitet, uno, & eodem tempore mutata ſententia iram tuam provocamus, & in nos accerſimus. Væ nobis, quia multiplicata eſt iniquitas noſtra. Ecce enim vaporem emittit tanquam fumum, & non eſt homo, qui hoc in animum ſuum inducat, & veritatem ex corde judicet. Ecce ad portam tuam Medice miſericordiarum pulſant Infirmi, & afflicti. Gratia tua adſtet, atque faſciis, & medicamentis curet dolores, & ulcera noſtra. Colloces in loco noſtro gratiam tuam, omnemque hominem ornes dono tuo. Tu fons ille es, qui propinat medicamentum vitæ omnibus hominibus. Non ſit ira tua nunc cauſa mortis noſtræ humanæ naturæ. Aſpice eam oculis tuis, quia tremenda virga tua erit ei tranquillitas, eruntque voces orationis noſtræ claves theſauri tui divitis. Eritque tibi Domine os noſtrum thus placatione, & expiatione plenum. Parce Deus Populo tuo, & miſeratione commoveare in gregem tuum, treſque voces laudis offeramus Trinitati: *Epiſcopus precatur dicens*. Ordinatus eſt N. in Eccleſia Sancta (1). *Archidiaconus*

1 Sæpe repetitur hæc proclamatio in fine ordinationis, ut videre eſt in ordinatione Diaconi, & in ordinationibus Jacobiticis, & Neſtorianis. Non ita in ordinatione Presbyteri, & Epiſcopi Maronitici; de qua diffe-

rens

rentia mox diſſeremus. Ubique verbum Syriacum eſt idem ܐܬܬܩܢ quod eſt conjugationis Etpael, cujus ſignificatio ordinaria apud Syros eſt paſſiva non reciproca, ut apud Hebræos, niſi rariſſime. Sub iiſdem autem literis, & vocibus, ſeu pronuntiatione hoc verbum poteſt eſſe vel tertia perſona maſculina præteriti temporis indicativi modi; vel ſecunda perſona imperativi. Itaque hoc verbum ita ſcriptum, ut conſtanter ſcribitur, transferendum eſt, vel, *ordinatus eſt*, vel, *ordinare*, non autem, *ordinetur*. Nam Hebræi, Chaldæi, & Syri non habent tertias Perſonas imperativas ut Latini, & Græci: Non ſolent ita loqui; nec etiam habent primas, ut Latini; In ſecunda perſona loquuntur tantum imperative. Græci in ſecunda tantum, & tertia, Latini omnibus modis. Græci non habent futuri temporis Imperativum, ſed tantum præſentis, & ipſa futura licet apud eos per alios modos varientur, nullum tamen habent modum imperativum, ut nec ſubjunctivum. Hebræi, Chaldæi, Syri, uſurpant tantum modum imperativum futuri temporis, nullum præſentis agnoſcunt. Latini utroque tempore loquuntur imperative. Hinc Judæorum Grammatici duplex futurum tempus vulgo conſtituunt; Unum quod vocant futurum imperativum, alterum futurum literatum איתן additarum. Ita R. David Kimhi in libro Michlol verſus initium capitis de verbis, ubi utriuſque futuri conjugationem explicare incipit. Item paulo poſt eodem capite, ſæpe, inquit, Præteritum pro futuro literarum איתן & futurum ejuſmodi pro Præterito, & utrumque pro præſenti tempore ſumuntur. Sed numquam Benoni, ſeu participium præſentis temporis (præter hoc nullum aliud præſens tempus habent illæ nationes) pro præterito autem futuro uſurpatur.

והצווי לא ימצא במקום העבר ולא העבר במקום
אבל הצווי במקום העתיד שהוא איתן מצאנו כמו
הצווי כמו עלה ומות בהר שהוא כמו תמות וכן
אבל העתיד במקום הצווי רבים ואין צריכין להזכירן·

Verum futurum imperativum pro præterito tempore non reperietur uſurpatum, neque præteritum pro impeꝛetivo. Sed imperativum pro futuro literarum

rarum איתן *uſurpatum deprehendimus, ut Deuter.* 32. *Aſcende, & morere in monte, idem eſt ac ſi dixiſſet: morieris. Sed futuri iſtius Aithan pro imperativo multa ſunt exempla, quæ neceſſe non eſt commemorare.* Eadem prorſus eſt linguæ Chaldaicæ, & Syriacæ ratio.

Itaque illud verbum ܐܬܬܣܪܚ hoc loco tranferri tantum poteſt, *ordinatus eſt*, non *ordinatur*, nam tempus præſens non habent Syri, nec eſt participium præſentis temporis; dicendum eſſet ܡܬܬܣܪܚ *Metthaſrach*, non *Eththaſrach*; neque ſignificare poteſt *ordinetur*. Nam tertiam perſonam imperativam non habent nationes illæ. Neque etiam *ordinare*. Nam nec præſens tempus Indicativi modi; nec imperativi habent Syri, ut nec finitimi orientales; Nec ſumi poteſt imperativus pro præterito, aut pro præſenti. Ideo ſignificare tantum poteſt in futuro; *Ordinator tu*; vel ſimpliciter, *ordinaberis*. Sed in materia ſubjecta de qua diſſerimus abſurdum plane eſſet hæc in futuro interpretari. Quid enim magis abſurdum quam peractis ritus ordinationis cæremoniis dicere quaſi pro totius orationis complemento, *ordinaberis*. Ideo in nullius unquam mentem venit, nequidem Hæreticorum, verba Sacramentorum operatoria per futurum interpretari. Hoc enim eſſet non modo Sacramenta omni virtute ſpoliare, verum etiam gratiæ factæ, aut præſentis ſignificatione privare. Neceſſario igitur illud ܐܬܬܣܪܚ eſt tertia perſona præteriti indicativi modi paſſivi, & transferendum, *ordinatus eſt*. Nec ulla eſt particula, aut ſenſus conſequentia; quæ præteritum iſtud in præſentis temporis ſignificationem convertere poſſit. Itaque tota illa periodus, quæ incipit *ordinatus eſt &c.* nil aliud eſt, quam ordinationis per antecedentes ritus peractæ in Eccleſia publicatio, & annuntiatio, ut de eornm ordinatione nullus deinceps dubitare poſſit. Hoc luce meridiana clarius demonſtrant verba, quæ in ordinatione Diaconi immediate præcedunt, *reddamus ei gratias pro conſummatione hujus Chirotoniæ Servi Dei N. Diaconi*. Conſummata igitur eſt ordinatio cum hæc verba proferuntur.

His argumentum efficax jungi poteſt ex Neſtorianorum ordinationibus, qui ubique iſtis verbis, *ordinatus eſt* conjungunt ܐܬܩܕܫ *conſecratus eſt*, quod neceſſario præteritum eſt, non imperativum. Dicendum enim eſſet

eſſet ܐܬܩܕܫܬܐ. Itaque antecedentia neceſſario per præteritum ſunt interpretanda. Hoc autem non faciunt ſemel, ſed in omnibus ordinationibus Diaconi, Archidiaconi, Presbyteri, Epiſcopi, Catholici, verbum ܐܬܩܕܫ præteriti temporis aliis conjungitur, nec poſtremum ponitur. Deinde iſta proclamatio ſemper in fine pronuntiatur, cum omnia, quæ ad ordinationem pertinent, peracta ſunt. In ritu ordinationis Epiſcopi a Catholico factæ poſtquam iſta pronuntiata ſunt, *ſanctificatus eſt*, *conſecratus eſt*, Patriarcha Catholicus eum Cruce ſignat, Trinitatem invocans, eumque super caput oſculatur, & in ſede collocat, & ad eum ita collocatum accedunt Preſbyteri, & Diaconi. ܘܡܫܠܡܝܢ ܠܡܕܒܚܐ ܘܠܦܛܪܝܪܟܐ ܘܠܗܘ ܕܐܬܩܕܫ *& ſalutant altare, & Patriarcham, & eum qui conſecratus eſt*. Hic ܐܬܩܕܫ non modo terminatione, ſed etiam ſenſu neceſſario præteritum eſt.

Non abs re opponetur conſecrandi Presbyteri formula, in qua cum primum fit impoſitionis manuum mentio, ſimul cum ipſo manus iſtius impoſitionis actu pronuntiat, ܐܬܬܣܝܡ ܒܐܝܕܐ :Transferri non poteſt *ordinatus eſt*, nondum enim facta fuit manus impoſitio, aut aliqua alia actio, quæ materiæ rationem induere poſſit. Itaque illa declaratio, ſeu pronuntiatio, non eſt rei factæ, ſed quæ fit dum pronuntiatur, & conſequenter forma eſt quæ materiæ præſenti applicatur. Sed idem argumentum præſto ſemper eſt. Si verbum illud non eſt præteriti temporis, eſt imperativi. Ergo futuri ſignificationem habet non præſentis, niſi adverbium præſentis temporis illi adnecteretur, quod nuſquam fit. Alio argumento idem demonſtratur. Verbum illud eſt neceſſario tertia Perſona, ut ex enuntiationis modo fit evidens: *Ordinatus eſt talis Presbyter*. At tertias Perſonas imperativas nullas habent iſti Populi. Nomen illud vagum, & indefinitum perſonæ innominatæ פלן Hæbraicæ מלוני ὁ δεῖνα, de tertiis Perſonis innominatis tantum dicitur, niſi per vocativum, aut exclamationem, enuntiationem formemus ut 4. c. Ruth. ver. 1. cum vidiſſet Boos eum tranſeuntem, de quo Sermo habitus fuerat, eum vocavit, & dixit, פלוני אלמני

diver-

nus exclamat, in Eccleſia Sancta Urbis N. Epiſcopus. Subdiaconus N. Poſtea precatur Ordinatus, & dat oſculum Altari, & Epiſcopo, tandemque myſteriorum ſanctorum communione donatur. Explicit ordo Subdiaconatus. Precamini pro immundo.

RITUS ORDINATIONIS DIACONI.

PRimum ſtat ſubtus gradum, qui eſt ante Altare, habens caput apertum, & inclinatum, donec conficiatur oblatio. Tum apprehendit eum Epiſcopus per manum dexteram, & aſcendere eum, genuque dexterum flectere coram Altari jubet (1)*. Ipſe autem dicit. Benedic Domine. Epiſcopus vero*

---

diverte huc, & ſede. In enuntiatione autem de qua quæſtio, nihil ejuſmodi fingi poteſt.

Quod ad objecti ſolutionem facilis eſt: Rituales Syrorum, qui præ manibus noſtris ſunt, non exprimunt orationes conſecratorias, ſed tantum dicere ſolent, poſt manus impoſitionem, *Epiſcopus precatur*, ut videre eſt in cæteris ordinationibus, Lectoris, Subdiaconi, Diaconi, & potiſſimum Epiſcopi, in qua dum varia manus impoſitio fit ordinando a Patriarcha, & Epiſcopis, *Patriarcha precatur precationem Spiritus, & cum perfecit, precatur iterum*. Poſtea ſalutat Populum, deinde ſeſe inclinat, & redit ad eum, qui ordinatur, eum Cruce ſignat, & pronuntiat illud ܐܬܬܣܝܡ *ordinatus eſt*. In ordinatione Diaconi Jacobitica hoc iterum evidenter conſpicitur, ut & in ordinatione Epiſcopi. Conjungitur igitur ſemper oratio manuum impoſitioni apud Syros, Maronitas, & Jacobitas, ut & apud Latinos; & Græcos, quos præſertim in ritibus, & ceremoniis ſuis imitantur. Itaque in ritu ordinationis Presbyteri, ad hæc verba, *Epiſcopus imponit dexteram ſuam ſuper caput ejus, & dicit.* Supplendum eſt ex univerſa praxi, *& precatur*, antequam ſcilicet dicat, *ordinatus eſt*, tum omnis evaneſcet difficultas. Id evidenter conſpicitur in ordinatione Sacerdotali apud Neſtorianos, in qua hæc verba ordinatione peracta pronuntiantur.

1 In Syrorum ordinationibus eadem fulgent, quæ in Græcorum: omnia ſcilicet, quæ narrat Sanctus Dionyſius in iis fiere ſolere, quorum e præ-

vero benedicit ei, & dicitur: Laus Deo, & conſuetus pſalmus, Miſerere. Archidiaconus offert thuris ſuffumigationem, & dicit: Benedic Domine. Stemus pulchre, & convenienter in precibus, & oratione coram Deo Deorum, & coram Domino Dominationum, & coram Altari propitiante, & coram myſteriis ſanctis, quæ ſuper illud ponuntur, & pro chirotonia hac Servi Dei N., qui cum tremore ſtat coram Patre noſtro Epiſcopo Domino N. Metropolita noſtro, cujus manibus conſecratur. *Aromatum ſuffitus. Epiſcopus precatur, & dicitur*, Sanctus qui habitare feciſti Majeſtatem tuam. *Poſtea dicitur oratio thurificationis. Archidiaconus exclamat, Benedic Domine.* Iterum, atque iterum perpetuo, & omni tempore Domino ſupplicemus: Pro tranquillitate ſeculi, & redemptione Animarum noſtrarum, & corporum, Domino ſupplicemus. Pro Patre noſtro ſancto, & electo, & Rectore noſtro in Chriſto Domino N. Epiſcopo, & pro omni Clero ejus, Domino ſupplicemus. *Domini Ephrem.* Bona accepit miniſterium noſtrum, ideo in nos effunde miſericordias tuas. Parce, & miſerere humilitatis noſtræ, Eccleſiæ, & omnium Filiorum ejus. Dextera tua plena miſericordiis illabatur in

 eos

---

e præcipuis unum eſt, Diaconi unius genu flexio; Presbyteri, utriuſque. Sed Syri omnes conſtanter notant, genu dexterum flectendum eſſe; Sanctus vero Dionyſius alterutrum flectendum eſſe docet, quodnam autem duorum non definit. Rituale Neſtorianorum rationem iſtiuſmodi flexionis aliam reddit, quam Sanctus Dionyſius, aliamque narrat huic conjunctam ceremoniam. *Et accedit Epiſcopus ad eos, qui ordinantur, & jubet eos duo ſua genuaflectere, extendentes manus ſuas ſuper oculos ſuos. In eo autem quod ambo genua ſua flectunt, ſignificatur eos duo talenta accepiſſe. Per hanc autem ambarum manuum ſuper oculos ſuos extenſionem ſignificatur iis eſſe datam facultatem, & poteſtatem Spiritum invocandi, & benedictiones impertiendi, gignendique filios Spirituales, eoſque cibum ſpiritualem diſpergendi.* Hæc in ordinatione Presbyteri. In ordinatione vero Diaconi, hæc ita ſe habent apud eos. *Archidiaconus autem jubet ordinandorum unumquemque genu dexterum flectere, & ſiniſtrum erectum tenere, eo quod unum tantum talentum acceperunt. Imponunt quoque ambas manus ſuper aures, & erigunt digitos pollici propinquos in altum verſus faciem.* Hujus ritus rationem non reddit.

eos Deus, qui parati ſunt hodie, ut accipiant a Te Sacerdotium. Dona amorem tuum, & veritatem tuam de penetralibus portæ domus ſanctæ, & inhabitet in eis gratia tua, ut in diſcipulis tuis in cœnaculo. Promiſſum, quod expectarunt Juſti, & deſiderant Sancti: illud idem, & deſiderant ſervi tui, qui Sacerdotium hodie ſuſcepturi ſunt. Fons vitæ, de quo biberunt Juſti, & ſanctificati ſunt. Animæ ſervorum tuorum hodie hæreditabunt vitam æternam. Spes vitæ erit eis; arma, & Clypeus redemptionis: Non timebunt Domine animæ eorum in illo die quo fiet judicium. O tibi amator lucrorum, ne tædio afficiare in oratione, quia oratio eſt, quæ adhærebit tibi in hoc ſeculo, & in futuro. Non reputabis otioſum tempus in quo precabis: quia tempus, in quo fit oratio, theſaurus eſt in ſupernis repoſitus tibi. Furare, & eripe tibi horam de die, & ingredere; precare in ea coram Domino tuo: & ſi poſſibile eſt, o prudens, coram multis eam exhibe. Uſquequo lugebis tu ſuper divitiis, quæ hic remanent. Uſque quo dolor erit tibi ſuper divitiis quæ non permanent. Parce Domine Populo tuo, & miſerere gregis tui; Tres autem laudis voces offeramus Trinitati. *Epiſcopus precatur, & dicitur; Sanctificaſti Deus, & ſymbolum; Archidiaconus ducit eum manu dextera, dicitque, offerimus ſanctitati tuæ, o Pater noſter ſancte, & electe Dei, Domine N. Metropolita, hanc amantem Dei, qui hic adſtat, ut impoſitionem manus divinæ accipiat ex ordine Subdiaconatus ad ordinem Diaconatus, ſuper Altare ſanctum Domini N. Civitatis benedictæ N., eſtque ſubditus beatitudini veſtræ Pater ſancte Dei. Tum orant, & ſupplicant omnes Deo pro eo. Clamemus igitur, & dicamus tribus vicibus, Kyrie eleiſon. Epiſcopus.* Gratia Divina. *Archidiaconus exclamat hoc Domini Jacob.* Stemus omnes in orationibus coram Deo, & petamus ab eo gratiam & miſericordiam ut eum invocemus. Petamus ab eo, qui eſt Pater abſconditus, & Filio laudando, atque a Spiritu ſanctitatis, Deo uno, ut miſereatur noſtri. Oro ergo Domine, ut alienus non fiam a commercio tuo. Si iniquitas ejecit me a familiaritate tua, in eam intrare

me

me faciat amor ſuavitatis tuæ. Peccatum inſidiatum eſt mihi inhumane, & ſine modo contritionem meam multiplicavit. Tu ſapiens faſciis alliga vulnus quod me angit; Ego peccavi Domine: & ego nunc ecce te deprecor. Suſcipe deprecationem meam, & dele chirographum peccatorum, quæ feci. Ea vorago magna iniquitatis me abſorbet, & deglutit, Domine noſter: Da mihi manum tuam, & eripiar ex ea, & in ea non peribo. Impius abſcondit mihi laqueos, & me fraudulenter venatur. Domine bone contere eos, & evadam ego. Paſtor bone egredere ad inquiſitionem ovis errantis, & non relinquas me in manibus inimici, qui quærit vitam ejus. Parce Domine gregi tuo, qui te deprecatur, & ternis laudis vocibus gloriam effert nomini tuo. *Epiſcopus precatur, & veſtit eum tunica, & orario ſuo* (1). *Archidiaconus Pſalmum: exalta me*. Miniſtri Eccleſiæ contremiſcite, quia igni vivo ſervitis, & autoritas, quam ſuſtinetis, excelſior eſt Seraphim. De verticibus montium clamabunt Miniſtri Eccle-

 ſiæ,

1 Qua ratione tum orario Diaconus veſtiatur, ſpecialius explicat Rituale Neſtorianorum. Nonnulla etiam eodem loco continet, quæ præcedentia confirmant, & infra in eorum ordinationibus legi poſſunt. Mos ille ſtolæ ſuper unum humerum a Diacono geſtandæ, antiquiſſimus eſt, & apud omnes Chriſtianos celebris. Notandum autem eſt Neſtorianos poſt peractam ordinationem, his verbis illam Populo annuntiare. *Separatus eſt*. Ita fit & iisdem verbis in fine ordinationis Presbyteri, & Epiſcopi. Crucis quoque ſignum eodem modo ſuper ordinatum ante publicationem exprimitur. Paulo poſt lecta Epiſtola Pauli, additur ܘܠܗ ܠܡܪܝܐ *Domino autem*, nihil præterea. Hæc duo verba ſunt initialia precatiunculæ pronuntiari ſolitæ cum finit Epiſtolæ lectio. Precatiuncula integra hæc eſt.

ܘܠܗ ܠܡܪܝܐ ܠܬܫܒܚܢ ܘܬܘܕܝܢ ܘܒܘܪܟܢ ܘܣܘܓܕܢ ܗܫܐ ܘܒܟܠ ܙܒܢ ܠܥܠܡܝܢ

Domino autem laudes, confeſſiones, benedictiones, & omnes adorationes, nunc, & omni tempore in ſecula. Hæc igitur precatiuncula ſubaudienda eſt poſt hæc verba: *Domino autem*. Ita quoque poſt lectionis uniuſcujuſque Epiſtolæ finem.

ſiæ, contremiſcite; & dabunt gloriam Domino: Ille excelſior eſt quam Seraphim. Hoc myſterium deſideravit Iſaias Propheta, cujus ori carbonem ignis in ſpiritu Seraphim applicuit. *Deinde traditur ei, ut legat Epiſtolam Apoſtoli primam ad Timotheum.* Fratres, ſimiliter quoque Diaconi ſint caſti, non bilingues, non multo vino dediti, nec ament lucra ſordida, ſed teneant myſterium fidei in conſcientia pura, illique ipſi examinentur. Diaconus ſit ille cui una fuit uxor, qui filiis ſuis, & domui ſuæ bene præfuerit. Illi enim qui bene miniſtraverunt, gradum bonum acquirent ſibi, & multum apertam faciem, ſeu fiduciam in fide Jeſu Chriſti. *Domino autem &c. Paſtor precatur, & Diaconus dicat alta voce hoc Domini Jacob.* Stemus omnes in oratione coram Domino, & petamus ab eo gratiam, & miſericordiam, & remiſſionem peccatorum, ut ipſe ex benignitate ſua dignetur a Nobis miniſterium noſtrum accipere, & aperiat portam ſuam orationibus noſtris ut apud ipſum admittantur. Commendavit oves ſuas Simoni Petro, quia ipſi obediens erat, & eo quod obedientem viderat, Paſtorem fecit eum. Rogavit eum ſi amaret eum, paſceret agnos ſuos. Et cum cognoſceret, quod ab eo multum amaretur, multum dedit illi. Agnos, oves, oviculas manibus ejus, & poteſtati depoſuit, perſuaſus veram eſſe in gregem ſuum illius Charitatem. Ille prioribus dedit Pontificatum, & principatum, & poſterioribus dedit Sacerdotium quod eſt virtutum operativum. Ipſe dedit Thuris ſuffitum Aaroni Sacerdoti, & Eleazaro, & impoſitionem manuum Simeoni Petro, & Joanni. Sacerdotio etiam Melchiſedek celeberrimus illi fungebatur. Illi offerebantur omnia filiorum Levi ſacrificia. Illum myſtice figurabat Moſes cum ſanguine ſacrificiorum ſuorum. Sacerdotes autem cum vino miſcent ſanguinem ejus pro Populo fideli. Apoſtoli omnes cum illo Petro diſcipulorum Capite acceperunt Eccleſiam ab eo qui eſt Dominus Paſtorum. Parce Deus gregi tuo, qui audit verba tua, & ſtat coram Te, ut pro Indulgentia te exoret. *Tum datur ei Thuribulum ut cum eo circumeat altare*

tare in circuitu, *dum dicunt Duplicem*. Præclare fecit Dominus Simeonem caput Apoſtolatus. Cum interrogatus eſt Diſcipulus ille primus, quis ego ſum? Reſpondit, & dixit ei, tu es Dominus meus, & Deus meus; filius Dei, filius Virginis. Beatus es Simon, quia caro, & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, qui in Cœlis eſt, & ſuper te ædifico ego Eccleſiam, & vectes, ſerræque inferorum non prævalebunt ei, nec vincent eam. Alleluja. Alleluja. *Ponit autem in Thuribulo aromata*, *& portat Apoſtolum & circumducunt eum per Eccleſiam*, *dicentes duplicem*. Super fundamentum veritatis, Petrum, Paulum, Apoſtolos electos, ædificium Eccleſiæ Sanctæ, ſponſæ filii, poſitum, & ſtabilitum eſt. Tonatque in medio ejus prædicatio duodecim Apoſtolorum electorum Diſcipulorum filii, & doctrina LXXII. Præconum. Et in eo fixa eſt Crux ejus ſplendida, velut columna veritatis, & altare ſanctitatis, quod ſuper illud circumfertur corpus ejus velut triumphans. Alleluja, Alleluja. *Poſtea deponit librum Apoſtoli*, *& motitat velum dicens*. Stemus pulchre, ſtemus in timore, ſtemus in puritate, aſpiciamuſque, & reddamus ei gratias pro conſummatione hujus Chirotoniæ Servi Dei N. Diaconi, & Patri noſtro Sancto Epiſcopo, cujus manibus conſecratus eſt. Precemur, ut producantur dies ejus in pietate, & juſtitia, clamemuſque, & dicamus tribus vicibus Kyrie eleiſon. *Inclinatur ille qui accepit impoſitionem manus coram Altari*: *& Epiſcopus ponit manum ſuam ſuper caput ejus*, *& precatur*, *& Diaconi portant flabella*. *Tunc Epiſcopus pronuntiat*, Ordinatus eſt in Eccleſia Sancta. *Archidiaconus exclamat*. N. Diaconus ad Altare Sanctum Eccleſiæ Sanctæ Civitatis N. *& Paſtor*. N. eſt Diaconus, *& reliqua*. *Poſtea dat oſculum Altari*, *& Epiſcopo*. *Demum Sanctorum myſteriorum fit particeps*, *ipſumque admonet*. *Finis*.

RITUS ORDINATIONIS ARCHIDIACONI.

P*Rimum ſtat coram Altari*, *veſtibus juxta ordinem*, *& conſuetudinem Diaconi*. *Incipit Paſtor*, *& proſequuntur*,

tur juxta Ordinem in gradu præcedente præſcriptam. Dicitur Laus Deo, & conſuetus Pſalmus *Miſerere. Diaconus dicit, Benedic Domine. Stemus pulchre in precibus, & oratione. Et reliqua. Paſtor precatur. Ordo* (1) *diciturque verſus ex ordine Stephani, & oratio ſuffitus. Diaconus, Pſalmum; deinde legunt Acta Apoſtolorum.* Dilecti mei. Tunc vocaverunt Apoſtoli, & dixerunt eis: Quærite igitur Fratres, & eligite ſeptem Viros ex vobis ſuper quos ſit teſtimonium, plenos ſpiritu Domini, & ſapientia, & conſtituemus eos ſuper hoc negotio: Nos autem aſſiduo intenti erimus miniſterio verbi: & placuit hic ſermo omni Populo. Et elegerunt Stephanum virum plenum Spiritu Sancto, & Philippum, & Procorum, & Nicanorem, & Timonem, & Parmenam, & Nicalum Proſelytum Antiochenum (2). Iſtos ſtatuerunt coram Apoſto-

1 Genus eſt precis, aut hymni, cujus eſt uſus frequentiſſimus in officio Maronitico, ut videre eſt p. 21. 43. 45. 63. &c. & unicuique titulos luſtranti perſpicuum eſt. Talis igitur oratio, ſeu hymnus tunc dici jubetur. Eadem ratio eſt eorum quæ ſequuntur. Hic non deſcribuntur, ſed aliunde hæc ordinaria peti debent. Quod ſæpiſſime propter brevitatem uſuvenit in hoc rituali.

2 Nomen, גיורה ܓܝܘܪܐ tranſtulimus Proſelytum, non Advenam. Nomen advenæ generalius æquo mihi videtur. Omnis equidem Proſelytus eſt Advena, ſed non omnis Advena eſt Proſelytus. In textu græco, qui originarius eſt, ſcribitur προσήλυτος. Proſelytus eſt Judæis Ethnicus qui Populo Dei certis quibusdam legibus aggregatur, quorum duo erant genera, unum eorum qui dicebantur Proſelyti Juſtitiæ, qui circumcidebantur, & ideo ad univerſam legem complendum tenebantur, cenſebanturque nativis Judæis pares. Iſti erant perfecti Proſelyti. Alterum erat imperfectorum, qui non circumcidebantur, nec ad legis obſervationem ideo tenebantur, ſed tantum ad idololatriam fugiendam, ſcortationem, ſanguinis effuſionem, rapinam, nonnullaque alia vitanda, quæ Judæi vocant præcepta Filiis Noæ data. Ejuſmodi Proſelytus erat Nicolaus ille Antiochenus. Proſelytum autem fuiſſe non ſimpliciter Advenam præter textum græcum demonſtrat nomen ܓܝܘܪܐ quo interpres Syrus utitur, frequentiſ-

ſime

Apoſtolis, & cum precarentur, impoſuerunt eis manum. Barnabas autem & Saul reverſi ſunt ex Jeruſalem Antiochiam poſt quam compleverunt miniſterium ſuum, & duxerunt ſecum Joannem; qui cognominabatur Marcus; Cum autem illi jejunarent, & orarent; & ſupplicarent Deo, dixit eis Spiritus Sanctitatis: ſeparate mihi Saulum, & Barnabam in opus ad quod ego vocavi illos. Et poſtquam jejunarunt, & orarunt, impoſuerunt ſuper eos manum, & miſerunt eos. *Paſtor ponit Evangelium ſuper pectus ejus* (1). *Et Epiſcopus inſufflat in faciem ejus in figuram Crucis; & egrediuntur cum pompa pulchra, & decenti dum dicunt hymnos. Sic ingrediuntur ad Altare, & tunc Diaconus proclamat hoc Domini Ephrem.* Stemus omnes in oratione, coram eo, qui cognoſcit occulta, ut ipſe per gratiam miſericordiarum ſuarum accipiat a nobis miniſterium noſtrum. Petamus a Patre abſcondito; qui miſit Filium ſuum in redemptionem noſtram, & induit corpus humanitatis noſtræ, ut perficiat omnia quæ ſcripta ſunt. Confiteamur Filio Sancto, qui deſcendit ut nos cruce ſua liberaret, & perficeret nobiſcum quæ ſcripta erant, quique elegit Apoſtolos in ſui prædicationem. Adoramus,

---

ſime enim illam dictionem גיור גיורא Chaldæi Interpretes, Talmudici, & Rabbini recentiores, & antiqui pro Proſelyto ſignificando uſurpant, ut & verbum in Pael, & Hitpael pro Proſelytum facere, Proſelytum fieri, מתגר· התגיר · מגיר וגיר Dubium non eſt Syrum interpretem eodem nomine apud Judæos, & Chaldæos frequentiſſimo utentem ad eandem ſignificationem reſpexiſſe.

1 Ceremonia illa eſt extraordinaria, ut apud Neſtorianos, in conſecratione Epiſcopi poſitio ejuſdem Evangelii ſuper dorſum Epiſcopi, de qua infra pluribus. In codice poſt hæc verba, *pectus ejus*, additum erat, ſed In margine ܘܐܦܣܩܘܦܐ ܢܦܚ ܒܐܦܘܗܝ ܨܠܝܒܐܝܬ *Et Epiſcopus inſufflat in faciem ejus crucis in modum*. Hæc verba textui non inſervimus; ſufficere credidimus Lectorem hujus res hic admonere.

ramus, & laudamus Spiritum ſanctum Paraclitum, qui locutus eſt per os Prophetarum & habitat in corde Apoſtolorum. Eo illuſtratus eſt Moſes: Eo Elias exaltatus eſt, & Aaron, & Phinees, & Eleazar: Eo ſervierunt tabernaculo temporis. Chriſtus qui Apoſtolatui dedit poteſtatem Sacerdotii, ipſe det tibi Sacerdotium, gradum excelſiorem Seraphim. Hodie elegit te gratia, & vocavit te etiam juſtitia, ut ſis caput, & Dux Diaconorum, & Lectorum. Dominus, qui elegit te ex ſervis ſuis, ut ipſis imperares, & eorum curam gereres, exaltet gradum Sacerdotii ſui ſupra gradum Diaconorum. Chriſtus elegit te in honorem ſuum, & conſtituit te Ducem, & Rectorem in Eccleſia ſua, ſtatuitque omnes gradus obedientes eſſe præceptis tuis. Patri qui elegit te confeſſio, & Filio ejus Jeſu laus, & Spiritui Sancto gloria, qui dedit Tibi regulam Sacerdotii. Parce Deus Populo tuo, & miſerere gregis tui, & tres voces laudis offeramus Trinitati. *Epiſcopus precatur & ab eo accipit Evangelium. Deinde oſculum dat Epiſcopo, & revertitur in locum ſuum. Tuncque permittit ei, ut legat Evangelium, & cum legit Diaconi proclamant. Denique Sanctorum myſteriorum fit particeps. Finis. Deo laus in ſeculum ſeculorum.*

RITUS ORDINATIONIS PRESBYTERI.

P*Rimum venit ille, quem elegit gratia, & utrumque genuflectit, manus habens ante ſe junctas; Benediciturque ab Epiſcopo, dicens, Benedic Domine. Tunc Epiſcopus ſignat eum cruce inter oculos, & incipit, diciturque verſus ille, ſeu hymnus, qui ſcriptus eſt in ordine primo. Interea Archidiaconus Thus offert, dicitque Benedic Domine.* Stemus omnes pulchre in oratione. *Et reliqua. Paſtor precatur, tumque dicunt*: Sanctus, qui habitare facit majeſtatem ſuam. *Epiſcopus orationem Thuris; Archidiaconus autem alta voce dicit: Benedic Domine.* Iterum, atque iterum, continuo, & omni tempore Domino ſupplicemus.

Domi-

Domine pro redemptione, auxilio, ope, & remiſſione hujus ſervi tui N. qui hic adſtat, & impoſitionem manus divinæ accipit, dona ei Domine. Precemur igitur, (1) & oremus, & flagitemus, & ſupplicemus omnes ſimul in fide vera, & amore ſine fraude, in ſpe bona, & lætificante animas noſtras, ut diligens homines Dominus Deus ſuſcipiat eum immaculatum, & nulla reprehenſione dignum; Atque ut concedat illi gradum in Eccleſia, & Sacerdotium perfectum, Domino ſupplicemus. Sanctam, & laudandam, & immaculatam Dominam noſtram, beatam, ac perpetuo Virginem Dominam Mariam Dei Genitricem cum ejus pulchritudine decora, & ſancta, & virginitate ejus commemorantes, Joannem quoque nuntium veritatis, & Præcurſorem, Stephanum caput, & Principem Diaconorum, & primum Martyrem, & Prophetas veraces, & Apoſtolos divinos, & Martyres victoria veſtitos, & inclytos, ut Dominus Deus precibus eorum illuſtribus, & orationibus ſanctis nos omnes beneficiis afficiat, & conſervet, Domino ſupplicemus. Omnes nos Domine, & pro omnibus, & propter omnes, & pro ſervo tuo hoc, qui ſtat coram majeſtate tua, qui attente aſpicit, & expectat redemptionem tuam, & donum tuum divinum, & inhabitationem Spiritus tui Sancti, ut perpetuo habitet ſuper eum. Oremus igitur, & precemur, & ſupplicemus, & clamemus, dicamuſque tribus vicibus, Kyrie eleiſon. *Epiſcopus precatur*,

1 Sæpe ſolent Syri pluribus uti verbis eandem rem ſignificantibus, illaque Synonymorum appoſitio, & coacervatio, quæ Græcis, & Latinis vitioſa eſſet, ipſis eſt eloquentiæ Floſculus. Hujus rei exempla in hoc ſolo Rituali ſæpe occurrunt. In libro Miniſtri p. 78. & alibi ſæpe, & eorum Miſſali p. 37. ubi res eadem diverſis verbis idem ſignificantibus ſexies repetitur. Græcis in præcibus, & Ritualibus idem uſu ſæpe venit, ut videre potes exempli cauſa in Miſſa Chryſoſtomi paulo poſt verba conſecrationis. Sed propter linguæ copiam, & dictionum componendarum facilitatem Græci elegantius hoc pleonaſmo utuntur quam Syri. Nec prorſus vanus eſt. Naturæ enim genium imitatur, quæ cum ardenter aliquid optat, ponte ſua illud indeſinenter a donante expoſtulat donec conſequatur.

tur, *& dicitur*, *ſanctificaſti Deus*, *& Symbolum*. *Interea Archidiaconus ducit eum manu dextera*, *& dicit*. Offerimus ſanctitati tuæ o Pater Sancte, & electe Dei, Domine N. Epiſcope, hunc Dei amantem, qui hic adſtat, ut impoſitionem manus divinæ accipiat ex ordine Diaconi ad ordinem Presbyteratus, ſuper Altare Sanctum Eccleſiæ Sanctæ Sancti Domini N. Civitatis benedictæ, & amantis Chriſti N. eſt autem ſubjectus beatitati veſtræ. Pro eo clamemus, & dicamus tribus vicibus, Kyrie eleiſon. *Epiſcopus precatur*. Divina gratia. *Diaconus*, *in pace Domino ſupplicemus*. *Epiſcopus precatur*. *Diaconus proclamat iſtud Domini Ephrem*. Stemus omnes in oratione coram eo, qui novit abſcondita. Rogemus miſericordiam, & gratiam Dei miſericordis, petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudando, & Sancto, & a Spiritu Sancto Paraclito, arma, quæ induunt veraces. Deus eſt qui fecit ordines ſuperiores cum inferioribus, & eos elegit, ut cum puritate, & ſanctitate miniſtrent, novem ordines Angelorum in Cælis, ut miniſtrent ei; Novem ordines Sacerdotii in medio Eccleſiæ, ut laudent eum. Diſtinxit ordinem ab ordine, ſuperiores, & inferiores: Ad ſimilitudinem ordinum Angelicorum diſtinxit gradus Sacerdotii. Superiores velut Angelos, & medios ad ſimilitudinem vigilum, & inferiores velut Seraphim in typum convenientem eorum, qui inſerviunt ei. Hunc ordinem Sacerdotii figurarunt Sacerdotes, & Levitæ, & Ithamar & Eleazar, & Phinees Sacerdos, & Zacharias. Habitavit excelſus ſuper montem Sinai, & deſcendit manus ejus in Moſen (1) Et Moſes poſuit eam ſuper Aaron,

1 Manuum impoſitionis originem altiſſime repetit, & continuatam vult eſſe à Moſe ad noſtri ſeculi Sacerdotes. Forſan melius diceretur diverſam eſſe manus impoſitionem a Moſe Aaroni, aliiſque datam, ab ea, quam Chriſtus dedit diſcipulis ſuis. Nam novi fœderis Chriſtus autor eſt; Veteris Moſes. Novum autem longe melioribus, & præſtantioribus promiſſionibus ſtabilitum eſt quam vetus, ut teſtatur Apoſtolus in Epiſtola ad Hebræ-

ron, & deducta eſt uſque ad Joannem. Joannes dedit eam Domino noſtro: Dominus noſter dedit eam Apoſtolis, & illi per creaturas omnibus ordinibus Sacerdotii. Hunc Sacerdotii gradum conſtituerunt nobis Sancti Apoſtoli, & hodie in medio Eccleſiæ per manus Patris noſtri perficitur. Sacerdotes, qui eam induerunt, glorientur, Epiſcopi ſanctificentur, Diaconi, & Hypodiaconi accipiant ſuorum remiſſionem peccatorum. Parce Domine Eccleſiæ tuæ, & miſerere gregis tui, treſque voces laudis in honorem Trinitatis emittamus. *Epiſcopus imponit dexteram ſuam ſuper caput ejus, & dicit. Ordinatus eſt in Eccleſia. Archidiaconus clamat: N. Presbyter, ad Altare Sanctum Eccleſiæ Sanctæ iſtius loci N.. Epiſcopus, N. Presbyter. Archidiaconus Pſalmum. Laus huic Paſtori.* Laus illi, qui conſtituit Altaria, & oblationes, & pro iis in honorem

Hebræos præſertim c. 8. Itaque Chriſtianorum manus impoſitio effectus nanciſcitur longè præſtantiores, quam Moſaica. Una tamen dici poteſt & eadem ut imperfectum, & perfectum, inchoatum, & conſummatum unum ſæpe dici poſſunt. Sed mentem eorum, qui Rituale compoſuerunt potiſſimum conſidero, & Lectorem conſiderare velim, continuationem ſcilicet impoſitionis manuum à Chriſto, vel ut illi volunt à Moſe per Apoſtolos eorumque ſucceſſores ad nos uſque eſſe plane neceſſariam. Hoc egregie docet S. Baſilius Epiſt. 1. ad Amphilochium c. 1. *Qui ſe ab Eccleſia abjunxerunt, non habent amplius in ſe gratiam ſpiritus. Defecit enim traditio, quod diſciſſa ſit conſequentia. Qui enim primi receſſerunt, ordinationem à Patribus habebant, & per manuum impoſitionem habebant ſpiritualem gratiam.* Itaque ii, in quibus non eſt continuata manus impoſitio, Spiritu Sancto deſtituti ſunt. Ritualis Goenſis idem dicit in Ordinatione Diaconi, ſed alio modo. *Inclinavit ſe excelſus ſuper montem Sinai, & deſcendit manus ejus ſuper Moſen, & Moſes poſuit eam Aaron, deducta eſt uſque ad Joannem. Laudate eum in voce tubæ, laudate eum in Citharis, & Lyris. Spiritus, qui locutus eſt per Prophetas venit, qui & illapſus eſt in Apoſtolos, ille veniat, habitet, & illabatur in ſervos tuos, eoſque ſanctificet. Laudate eum in tympanis, ac ſiſtris. Laudate eum in Chordis ſua vibus. Spiritus qui volavit in ſimilitudinem columbæ, & ſuper caput Filii incubuit, ipſe veniat inhabitet, & permaneat ſuper ſervos tuos, eoſque ſanctificet.* Eadem, & iisdem verbis iterum leguntur in ordinatione Sacerdotis.

norem ſui inſtituit Sacerdotes. Laudate Dominum in ſanctitate ejus, qui pro illis inſtituit Sacerdotes in propitiationem. Laudate eum in firmamento virtutis ſuæ. Laus illi Paſtori, qui ornavit gregem ſuum Sacerdotibus, & Epiſcopis, & Altaribus, & oblationibus. *Poſtea legunt hunc Apoſtolum*. Fratres, poſuit enim Deus in Eccleſia ſua primum Apoſtolos, poſtea Prophetas, poſtea Doctores, poſt eos operatores virtutum, poſt eos dona curationis, & auxiliatores, & Rectores. Fidelis eſt ſermo. Si quis deſiderat Presbyteratum, opus bonum deſiderat: Hæc doce, & præcipe. Propter hæc enim reliqui te in creta, ut ea, quæ deficiunt, ordines, & conſtituas Presbyteros per ſingulas civitates, ſi quis eſt irreprehenſibilis. Debet enim ille qui futurus eſt Præsbyter eſſe ſine culpa velut Magiſter domus Dei. Non ſit iræ deditus, nec modum in vino excedat, nec manu promptus ſit ad percutiendum, nec lucri ſordidi avidus; ſed amet hoſpites, ſitque modeſtus, & Sanctus, & pius, & contineat ſe a concupiſcentiis hujus mundi, & curam habeat doctrinæ verbi fidei, ut poſſit conſolari in doctrina ſana, & redarguere pertinaces. In his meditare, & hæc conſidera, ut manifeſtum ſit omni homini quod proficis. Nec ſpernas donum quod eſt in Te, quod tibi datum eſt per Prophetiam, & impoſitionem manuum Presbyterii. Attende tibi ipſi, & doctrinæ, & in his permane; Cum enim hæc feceris te ipſum vivificabis, & eos qui te audiunt. *Datque ei Evangelium ut legat*; *tum proclamat Archidiaconus*, *Chriſte Deus omnium*. Ipſe eſt qui elegit in medio Eccleſiæ Sanctæ Sacerdotes reſplendentes, & veraces qui Sacerdotio fungerentur in puritate, & ſanctificarent in unitate (1) corpus, & Sanguinem ſuum. Ad propitiationem debi-

1 Syri Maronitæ ſæpius profitentur præſentiam corporis, & ſanguinis Chriſti in Euchariſtia, paniſque, & vini in eodem Sacramento verbis Sacerdotum in corpus, & ſanguinem Chriſti converſionem. Ut in libro Miniſtri p. 18.

ܗܒ ܡܪܝܐ ܢܝܚܐ ܘܚܝܐ ܘܚܘܣܝܐ ܠܥܢ̈ܝܕܐ ܡܗܝܡ̈ܢܐ . ܕܐܟܠܘ ܗܘܘ ܦܓܪܟ
ܘܐܫܬܝܘ ܕܡܟ ܚܝܐ ܘܥܠ ܣܒܪܟ ܫܟܒܘ . *Concede Domine requiem , & vitam , & refrigerium Defunctis fidelibus , qui comederunt corpus tuum , & biberunt Sanguinem tuum vivum , & in ſpe tua dormierunt .* Similia in eodem libro leges p. 23. , & 31.

In Miſſali eorumdem in Miſſa Sancti Xyſti p. 72. ܘܬܐܬܐ ܡܪܝܐ ܪܘܚܟ ܚܝܐ
ܘܩܕܝܫܐ ܘܬܫܪܐ ܥܠܝ ܘܥܠ ܩܘܪܒܢܐ ܗܢܐ . ܥܡܐ . ܩܘܪܝܐܠܝܣܘܢ . ܩܘܪܝܐܠܝܣܘܢ .
ܩܘܪܝܐܠܝܣܘܢ . ܟܗܢܐ . ܘܐܪܙܐ * ܗܢܐ * ܦܓܪܐ * ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ ܢܗܘܐ
ܠܟܠܢ ܕܢܗܘܐ ܠܦܘܪܩܢܐ ܕܝܠܢ ܘܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ . ܘܟܣܐ * ܗܢܐ *
ܕܕܡܐ * ܕܡܫܝܚܐ ܐܠܗܢ ܢܗܘܐ ܠܟܠܢ ܕܢܗܘܐ ܠܦܘܪܩܢܐ .
ܕܝܠܢ . ܘܠܚܝܐ ܕܠܥܠܡ ܥܠܡܝܢ *Veniat Domine Spiritus tuus vivus , & Sanctus , & inhabitet ſuper me , & ſuper oblata iſta . Populus . Kyrie eleiſon , Kyrie eleiſon , Kyrie eleiſon . Sacerdos . & myſterium † iſtud † Corpus † Chriſti Dei noſtri fiat , ut ſit nobis in redemptionem noſtram, & vitam æternam . Et poculum † hoc † Sanguinis † Chriſti Dei noſtri fiat , ut ſit nobis in redemptionem noſtram , & vitam æternam .* Paulo poſt p. 75. non diſſimilia leguntur : Multa alia ſimilia diligenter legenti occurrent . Hinc etiam ſacra dona per Eccleſiam in omnes partes cum ſolenni pompa circumducunt . In eadem Xyſti Miſſa p. 63. 64. ܟܗܢܐ ܡܟܪܟ ܠܟܣܐ ܟܕ ܦܝܢܐ
ܥܠܘܗܝ ܡܟܠܠ ܟܕ ܚܕܪ ܒܗܘܢ . ܟܕ ܥܒܕ ܒܗ ܨܠܝܒܐ ܠܟܠ ܦܢܝܬܐ ܕܥܠܡܐ ܠܡܕܢܚܐ
ܘܠܓܪܒܝܐ . ܘܠܡܥܪܒܐ ܘܠܬܝܡܢܐ ܟܕ ܐܡܪ . ܬܘܒ . ܘܬܘܒ . ܠܟ ܡܪܝܐ ܡܫܒܚܝܢ .
ܘܠܫܡܟ ܡܩܕܫܝܢ . ܡܛܠ ܕܦܓܪܟ ܐܬܟܠܝ ܘܕܡܟ ܚܝܐ ܐܫܬܝ ܬܘ

Sacerdos circumfert Calicem habentem ſuper ſe patenam ; dumque illum in circuitu cum pompa geſtat : facit cum ipſo Crucis ſignum in omnes Mundi plagas ad Orientem , Septentrionem , Occidentem , & Meridiem , dicens : Iterum

debitorum, & remiſſionem peccatorum. *Precemur Chriſte Deus omnium* (1) Ipſe cognoſcit occulta, & ſcrutatur corda, & renes. Ille eſt qui elegit, & obtulit hodie hunc ſervum ſuum N., & vocavit eum, & promovit eum ad ordinem Preſbyteratus. *Precemur Chriſte Deus omnium*. Ille eſt qui a Cherubim benedicitur, a Seraphim ſanctificatur, ab Angelis laudatur, a vigilibus celebratur, a ſpiritualibus exaltatur. *Oremus, Chriſte Deus omnium*. Ille in cujus conſpectu adſtant millia millium, & cujus majeſtati ſervientes myriades myriadum curvantur, & tremunt, conſtituit ſibi in Eccleſia Sancta Sacerdotes caſtos, & verecundos de genere terrenorum, qui annuntiarent Evangelium populis redemptis per Crucem ſuam. *Supplicemus, Chriſte Deus omnium*. Verbo tuo vivifico, & gratia tua divina juſſi ſunt ſervi tui, ut diligenter invigilarent, & parati eſſent ad hoc miniſterium ad quod oblati ſunt, & electi: *Precemur, Chriſte Deus omnium*. Deus noſter parce, & miſerere omnium noſtrum ſecundum miſericordiam tuam, & gratiam tuam. Paſce, deduc, & guberna nos ſecundum miſerationem tuam. Perfice, & fac ſtabile opus noſtrum, quod coram te in gratiam ſervi tui N. Presbyteri confecimus; & acquieſce ordinationi quam hodie accepit, unaque voce, & trina, qua ſibi complacet divinitas tua, mereamur dicere tribus vicibus, Kyrie eleiſon. *Epiſcopus precatur, & thus datur ei, circumducuntque ordina-*

---

rum atque iterum Te Domine confitemur, & laudem offerimus; quia corpus tuum dediſti nobis manducandum, & Sanguinem tuum vivum bibendum. Hæc eſt fides non modo Maronitarum, & Catholicorum Orientalium omnium, ſed & Hæreticorum Neſtorianorum, & Jacobitarum Eutychianorum, ut multis iſtorum Hæreticorum teſtimoniis demonſtravit Abraham Ekellenſis Syrus Maronita in Romano Collegio linguæ Syriacæ Profeſſor in notis ad Catalogum librorum Caldaicorum Hebed-Jeſu.

1 Illa litera *Mem*, ſolitaria in textu Syro, ſignum eſt repetitionis hymni, aut totius, aut partis, qui incipit *Meſſia*, ſive, *Chriſte Deus omnium*. Quod quinquies fit, ut vides, alternatim, & ἀντιςρόφως.

dinatum per Eccleſiam , & adferunt ei Evangelium . Dum autem circumducunt eum , dicunt. Peſitam . Aſcendit Moſes in Montem Sinai , & vidit ibi majeſtatem Domus Dei , & ſplendorem ex ea contractum indutus , deduxit ſecum Typos , & ſimilitudines eorum quæ viderat in hac Primogenitorum Eccleſia . Tabernaculum temporis attulit , & erexit , ut ſcriptum eſt , & ſanctificatum eſt a Domino , & in medium ejus ingreſſus habitavit , Alleluja (1) . Per me juravi dicit Dominus dominorum , quod nolo ego perditionem peccatorum qui convertuntur . Venite benefaciamus , & petamus remiſſionem donec ſunt miſericordiæ , & apertæ portæ ; quia nemo poteſt juſtificari poſt mortem ſuam . Omnis homo ſollicitus ſit de ſeipſo , quia finis ad nos appropinquat . *Poſtea inſtruit ipſum de officio ſuo . Explicit ordo Presbyteri . Qui legit , oret pro me .*

RITUS ORDINATIONIS ARCHIPRESBYTERI (2)

P*Rimum accedit ille , quem elegit Spiritus Sanctus , & ingredietur in Secretarium . Inclinabit autem caput coram Paſtore , manus habens junctas , caputque deteget , indutus ordinis ſui veſtimenta . Tumque egredientur pulchro , & de-*

1 Litera *He* ſimiliter ſolitaria , Notaricum eſt, ſive ſignum eo loco cantandum eſſe , Alleluja .

2 Dictio ܦܪܝܘܕܘܛܐ aut , ܦܪܝܕܘܛܐ Syris Archipresbyterum ſignificat : ſignificatio petita videtur à ܦܪܝܕܐ quod vigilantem ſignificat , quia ipſius munus eſt Presbyteris invigilare . Archipresbyterum ſignificare ex verbis ritus lector facile colliget =

Hæc Morinus . Verum non advertit vir doctus vocem eſſe Græcam , non Syriacam ; quod enim Græcis eſt περιοδεύτης hoc eſt *Circuitor* , id Syris ܣܥܘܪܐ *Saura* , *ſeu viſitator* ,

& decenti Ordine, dicentes hanc Peſitam. Super volam manuum filii ædificata eſt Eccleſia, & ſuper lapidibus ordinum duodecim Apoſtolorum poſita eſt. Dominus noſter dedit illi poteſtatem, & dominationem, ut conterat omnia Dæmonum idola. Adnexuit illi arma veritatis, & crucem vivam, & impreſſionem Chriſmatis (1), ut conſignatione ejus Sacerdotes conſignentur Alleluja. *Cum autem acceſſerint, & ingreſſi fuerint omnes, remanet hic extra ſolus, & benedicitur ab Epiſcopo, & ab eo ſignatur ſigno crucis; diciturque, Laus Deo, & reſponſum, miſerere. Archidiaconus, benedic Domine*. Stemus pulchre in oratione, *& reliqua. Epiſcopus ponit aromata, & precatur, diciturque verſus juxta ordinem primum. Precatur interea Epiſcopus. Archidiaconus dicit alta voce hoc Domini Ephrem*. Stemus omnes in oratione coram Deo miſericordiæ, & voce qua eum exoremus, ad Dominum unanimiter clamemus. Petamus a Patre abſcondito, a Filio laudando, & a Spiritu Sancto Paraclito, arma, quæ induerunt veraces. Deus, qui fecit ordines ſuperiores, & inferiores, qui elegit eos ut in puritate, & ſanctitate Sacerdotio fungerentur. Novem Ordines Cæleſtes Angelorum qui miniſtrant Ei, & novem Ordines Sacerdotii in medio Eccleſiæ, ut laudent eum. Diſtinxit Ordinem ab Ordine, ſuperiores ab inferioribus, Angelos, & ſacerdotium, ut laudent divinitatem ſuam: Superiores ut Angelos, & medios in ſimilitudinem vigilum, & infimos ut Seraphim, qui ei cum tremore miniſtrant. Hunc ordinem Sacerdotii figurabant Moſes, & Aaron, & Ithamar, et Eleazar, et Phinees Sacerdos, & Zacharias. Dominus noſter dedit illum Apo-

1 Uſurpant Syri vocem Græcam μύρον, ܡܘܪܘܢ. In novo teſtamento tamen non uſurpatur, ſed μύρον transfertur ſemper ܒܣܡܐ aut etian ܡܫܚܐ unguentum. Adduntur verba, quæ demonſtrant Chriſmate materiali apud eos unctionem non fieri, ſed Chriſma illud ſpirituale eſſe, gratiam ſcilicet ſpiritus, quæ ordinatione confertur.

Apoſtolis, & ipſi poſuerunt illum in mundo, & ecce in medio Eccleſiæ propagatur in omnes ordines Sacerdotii. Hoc myſterium ſanctum figurarunt nobis Pontifices (1) Et *Levitæ*, & hodie in medio Eccleſiæ per manus Patris noſtri perficitur. Parce Deus Populo tuo, & miſerere gregis tui, vocibuſque laudum plenis exclamemus ad Trinitatem. *Epiſcopus precatur. Tum aperiunt portas Cancellorum* (2) *dicuntque, ſanctificaſti Deus, & Symbolum; unuſque ex Archipresbyteris ducit eum dextera ſua, dicitque ſic.* Offerimus ſanctitati tuæ o Pater ſancte, & Electe Dei, Domine N. Epiſcope noſter, hunc amatorem Dei N. qui hic adſtat, & impoſitionem manus divinæ accipit, ex ordine iſto Presbyteratus ad ordinem Archipresbyteratus, ſuper Altare Sanctum Domini N. civitatis benedictæ, & amantis Chriſtum, & eſt ſubditus Beatitudinis veſtræ, Pater Deo Sancte, pro eo orantes, & precantes Deum. Clamemus igitur, & dicamus tribus vicibus, *Kyrie*

---

1 ܟܘܡܪܐ & ܟܘܡܪܘܬܐ, Pontificatus, *Syris* frequentiſſime uſurpantur. Ita Pontifices, & Pontificatum Chriſtianorum paſſim vocare ſolent. At Hæbrei his dictionibus in malam partem tantum utuntur, pro Idolorum ſcilicet ſacrificulis, ut videre eſt 4. Reg. c. 25. v. 5. Sophon. 1. 4. Hoſeæ 10. 5. Unde eſt quod Chaldæi interpretes ubicumque mentio fit in Scriptura Sacerdotis Idolorum, transferunt כומרא ut videre eſt Judic. 17. & locis jam citatis. Sic etiam hodierni Judæi Monachos vocant, & Monachas כומרים

2 Dictionem ܩܢܩܠܘܣܐ Cancellos ſignificare, non autem gradus Altaris ex hoc loco conſtat. Gradus enim portas non habent, ſed cancelli illi videlicet, qui Eccleſiæ Sanctuarium a Navi, ſeu loco fidelium ſeparant. In cancellis ejuſmodi duæ ſaltem ſunt apud Orientales portæ, magna, quæ eſt in medio Cancellorum, vocaturque ſancta, atque etiam Regia; minor ex parte menſæ propoſitionis, quæ Septemtrionalis dici ſolet. Sine his portis pleræque eorum ceremoniæ celebrari non poſſent, ut illæ, quas vocant Græci magnum, parvumque introitum.

eleiſon. *Epiſcopus dicit*, *Gratia Divina*. *Diaconus pro pace Dominum rogemus*. *Epiſcopus precatur*. *Archidiaconus exclamat hoc Domini Ephrem*. Stemus omnes in oratione, & oremus eum: cum ſingultu, cum dilectione, & fide inclamamus nomen tuum Sanctum. Rogemus verum iſtum Paſtorem, qui per crucem ſuam redemit Eccleſiam ſuam, & in ea conſtituit novem Ordines Sacerdotii [1], qui inſerviant ei. Pro redemptione Animarum noſtrarum, & pro ſalute, & auxilio bono ſervi tui qui hic ſtat expectans auxilium gratiæ tuæ. Pro eo, quem Eccleſia elegit, & grex tuus obtulit, ut ſit in Eccleſia tua Magiſter Domus, ut Moſes, & Aaron Sacerdos. Parce nobis amator hominum, & perfice nobiſcum gratiam tuam, & in corde iſtius ſervi tui, quem vocaſti, gratia tua inhabitet, oremus, & precemur. *Epiſcopus precatur*, *Diaconus annuntiat hoc Domini Ephrem*. Stemus omnes in oratione, & offeramus ei preces pro ſervo ſuo hoc, quem elegit. Clamemus ad eum in fide. Per te Domine accedat ad conſecrationis conſummationem, ſpirituſque tuus deſcendat, & illabatur in vitam ejus, & impoſitione manuum perficiatur Sacerdotium, quod ei datum eſt. In medio Eccleſiæ tuæ Sacerdos erit, & habitabit in eo ſanctitas tua: Ex Altari Sancto eliciet propitiationem in Filios Adam. Quæſumus Domine accipias eum, ut ſit è numero Electorum tuorum, & ex ordine Presbyteratus in gradum excelſiorem extollatur. Parce nobis, Amator hominum, & miſerere defectibus omnium noſtrum. Tres laudis voces offeramus Trinitati. *Epiſcopus precatur*, *& inſufflat in faciem ejus de Spiritu ſancto*. *Poſtea circumducunt eum per Eccleſiam dum hymnos dicunt convenientes*, *& canticum*, *laus huic Paſtori*. Laus huic Paſtori, qui

1 Maronitæ novem ordines, ſive gradus Sacerdotii diſtinctis ordinationibus, ſeu benedictionibus celebrant, ut hic videre eſt, Lectoris, Pſalmiſtæ, Subdiaconi, Diaconi, Archidiaconi, Presbyteri, Archipreſbyteri, Chorepiſcopi, & Epiſcopi, quos ſæpe novem choris Angelorum comparant.

qui decoravit gregem ſuum Sacerdotibus, & Epiſcopis, & Altaribus, & oblationibus. Laudate Dominum in ſanctitate ejus, qui ornavit gregem ſuum. Laudate eum in firmamento virtutis ſuæ cum Sacerdotibus, & Epiſcopis. Propitiare Domine ſecundum miſericordiam tuam peccatis gregis tui, & parce defectibus ejus, qui adorat crucem tuam. *Apoſtolus Epiſtola ad Hebræos*. Fratres quoniam igitur eſt nobis ſummus Pontifex Jeſu Chriſtus Filius Dei qui aſcendit Cælos (1) perſeveremus in Confeſſione. Non enim eſt nobis ſummus Pontifex, qui non poſſit compati infirmitati noſtræ, ſed qui tentatus eſt in omni re, ſicut nos, excepto peccato. Accedamus igitur revelato oculo, ſeu confidenter, ad Thronum gratiæ ejus, ut obtineamus miſericordiam, & inveniamus gratiam in auxilium tempore oppreſſionis. Omnis enim ſummus Pontifex, qui eſt ab hominibus, pro hominibus conſtituitur in his, quæ Dei ſunt, ut offerat oblationes, & ſacrificia pro peccatis. Et ipſi Domino &c. *Evangelio lecto exclamat Diaconus: Chriſte Deus omnium*. Tu ille es. (2) Qui elegit ſib in medio Eccleſiæ Sanctæ Sacerdotes Caſtos, illuſtres, & veraces, ut in puritate, & munditia Sacerdotio fungantur, & unanimiter cum cætibus laudatis Seraphim excelſorum amore commoveantur. *Oremus Chriſte Deus omnium*. Tu es ille, qui eſt cognitor abſconditorum, & ſcrutator cordium, & renum, qui elegit, & obtulit hodie hunc ſervum ſuum N. (3) Me-

1 In textu Syro omiſſa eſt dictio ܫܡܝܐ quam in tranſlatione repoſuimus.

2 Hæc Perſonarum enallage frequenter hic uſurpatur, eſtque apud Syros frequens. Nos ſecundam perſonam poſuimus, ut ſenſus eſſet clarior. In textu enim ſcribitur. *Ille qui elegit ſibi in medio Eccleſiæ Sanctæ Sacerdotes*. Id eſt: Tu elegiſti in medio Eccleſiæ &c. Enallage hæc ſæpius infra repetitur. De illa litera *Mim* eadem dicendum, quod jam dictum eſt adnotatione 37. *Vide ſupra pag.* 170. *not.* 1.

3 Verba Syra ſunt ambigua. Poſſunt enim hæc verba *ſervum ſuum N.* referri ad Mrtropolitam, aut ad eum qui ordinatur in Archipresbyterum. Sen-

Metropolitæ. Et vocavit, & obtulit eum huic gradui excelſo Sacerdotii, ut Aaronem, & Ithamar, & Eleazar, & Phinees. *Supplicemus Chriſte Deus omnium*. Tu es ille, qui a Cherubim benedicitur, a Seraphim ſanctificatur, ab Angelis laudatur, & a ſpiritualibus celebratur, & ab ignitis exaltatur, & glorificatur. *Oremus Chriſte Deus omnium*. Tu es ille in cujus conſpectu adſtant millia millium, & ſub cujus cuiru myriades Myriadum Seraphim curvantur, & tremunt minſterio ſuo erga majeſtatem ejus fungentes. Qui conſtituit ſibi in Eccleſia ſancta Sacerdotes, & Rectores de genere terrenorum, ut omni tempore Mundo prædicent Evangelium ſuum. *Supplicemus Chriſte Deus omnium*. Verbo tuo vivifico, & gratia tua divina juſſi ſunt Sacerdotes veri, ut ſerio, & diligenter invigilarent, & aſſidui eſſent, atque parati ad hoc miniſterium, ad quod electi ſunt, & oblati. *Oremus Chriſte Deus omnium*. Pro ſecuritate, & unanimi conſenſu totius Mundi fidelis, & pro conſervatione Eccleſiarum, & Monaſteriorum, bonaque, & convenienti Paſtorum ſubſiſtentia, & incolumitate, atque ut avertat Dominus Deus a Terra, & habitatoribus ejus omnes plagas, & virgas furoris. Et pro mortuis, qui ex aqua, & ſpiritu nati ſunt, & in fide orthodoxa ad eum diſceſſerunt: Et pro Populo hoc qui in nomine tuo ſancto nobiſcum convenit. *Oremus*, *Chriſte Deus omnium*. Fac nos dignos, ut in conſcientia Munda a ſordibus, & inflammatione charitatis erga te, aſſidui ſimus in cultu vineæ tuæ ſanctæ; & cum purioribus Sanctorum tuorum egrediamur in occurſum tuum in adventu tuo ſecundo. Clamemus autem, & dicamus deprecantes, *Chriſte Deus omnium*. Parce, & miſerere omnium noſtrum ſecundum miſericor-

---

Senſus neceſſario petit, ut ad Archipresbyterum referantur, quod & fecimus. Dictioni [illegible] videtur Lomad addendum, ut in caſu dandi accipiatur.

ricordias tuas, & in clementia tua paſce, & guberna nos ſecundum miſerationem tuam. Perfice, & confirma ſtatum noſtrum, & conſiſtentiam in conſpectu tuo, & ſuſcipe orationes, & deprecationes noſtras, pro hoc Archipresbytero N., grataque ſit tibi & accepta hæc Chirotonia, quam hodie accepit. unaque voce trina clamemus, & dicamus, Kyrie eleiſon. *Epiſcopus precatur. Dicuntque Pater noſter qui es in Cœlis. Archidiaconus, coram Domino capita inclinemus Populus. Coram te Domine Deus. Finis. Laus Deo.*

RITUS ORDINATIONIS CHOREPISCOPI (1)

E*piſcopus primum incipit, & proſequuntur.* Laus Deo. *Sequitur verſus in primo ordine notatus. Archidiaconus thus offert, & dicit, benedic Domine.* Stemus pulchre in oratione. *Et reliqua. Epiſcopus poſtea precatur, diciturque verſus, & oratio ſuffitus. Archidiaconus autem inclamat Benedic Domine.* Iterum, atque iterum (2) continuo, & omni

1 In textu Syro dictio ܟܘܪܝ ܐܦܝܣܩܘܦܐ in duas erat ſeparata, putant enim Maronitarum plerique duas eſſe voces. Ideo ſcriba noſter in fine iſtius ordinationis eundem errorem, ſed alio modo erravit; dicit enim, Explicit ordo ܕܟܘܪܝ non addit ܐܦܝܣܩܘܦܐ Ita quoque infra initio ordinationis Epiſcopi. Unde quidam ex Maronitarum dictatis Dictionarium Syrum utile colligens ܟܘܪܐ interpretatus eſt Archipresbyterum, & Epiſcopum. Una dictio eſt Latinis, & Græcis vulgo nota. Ideo diſtinctionem eliſimus.

2 Tota oratio quæ ſequitur a Græcis deſumpta eſt, ut paſſim ſupra videre eſt in ordinatione Diaconi, & aliorum ordinum. Dictiones illæ ܒܟܠܗ ܫܘܪܪܗ *omni ejus firmitate*, quas paraphraſtice vertimus, *ſtabilitate proſperi ſui ſtatus cujuslibet*, poſitæ ſunt pro Græcis iſtis. ἱερωσύνης, ἀντιλήψεως, ἁρμονῆς, εἰρήνης, ὑγείας, σωτηρίας αὐτῦ.

omni tempore Domino ſupplicemus: Domine pro ſecuritate ſuperna, vitaque, & redemptione animarum noſtrarum, & corporum, Domino ſupplicemus: Pro Patre noſtro ſancto, & a Deo electo; & in Chriſto Rectore noſtro, Domino N. Epiſcopo noſtro, & pro ſtabilitate proſperi ſui ſtatus cujuslibet, atque opere manuum ſuarum Domino ſupplicemus: Domine pro redemptione, & auxilio, & adjumento, & corroboratione ſervi tui iſtius N. qui huc accedit, & impoſitionem manus divinæ accipit. Da ei Domine. Oremus, precemur, & ſupplicemus nos omnes cum diligentia amatorem hominum Dominum Deum, ut ſuſcipiat eum ſine macula, & reprehenſione, detque illi gradum decorum Sacerdotii per inhabitationem Spiritus Sancti. Omnes pro eo oremus: Sanctam, & laudatam, & immaculatam Dominam noſtram beatam omni tempore Mariam Genitricem Dei commemorantes, & Joannem Nuntium primum veritatis (1) Et Stephanum caput Martyrum, & primum Diaconorum, & Prophetas veraces, & Apoſtolos divinos, & Martyres victoria veſtitos, & triumphantes, ut Dominus Deus illuſtribus eorum precibus, & orationibus ſanctis, omnes nos gratia afficiat, & conſervet, & venia donet. Domino ſupplicemus. Omnes nos Domine, & pro nobis omnibus, & propter nos omnes, & pro ſervo tuo N, qui accedit expectans donum tuum, Te Domine Deus rogamus, oramus, & clamamus, dicimuſque tribus vicibus, Kyrie eleiſon. *Poſtea dicit Pſalmum qui ſcriptus eſt in ordine Archipresbyterorum, & legit Apoſtolum in Epiſtola ad Galatas.* Fratres, fructus autem Spiritus ſunt, dilectio, gaudium, pax, longanimitas, humanitas, bonitas, fides, humilitas, patientia; Super hæc lex non eſt poſita. Qui autem ſunt Chriſti carnem ſuam crucifixerunt cum omnibus doloribus ejus, & concupiſcentiis. Vivamus igitur in Spiritu, & ſe-

1 Textus habet ܘܩܕܡܝܐ ܫܪܝܪܐ Conjunctio O, videtur jungenda adjectivo ſequenti, ita ut ſit ſenſus, Nuntium primum, & veracem.

& ſecundum ſpiritum conſummabimus. Et non ſimus inanes gloria, alter alterum parvi pendentes, & alter alteri invidentes. Frater ſi quis præoccupatur errore, & delicto, vos qui eſtis in Spiritu, dirigite eum in Spiritu modeſto, & humili. *Epiſcopus legit Evangelium. Diaconus inclamat hoc Ephremiticum*. Stemus omnes in oratione coram Deo miſericordiæ, & vocibus quæ eum placent, & concilient, unanimiter ad Dominum clamemus. Petamus a Patre abſcondito, & a Filio laudando, & Sancto, & a Spiritu Sancto Paraclito, ut miſericordia ſua ſuſcipiat orationem noſtram. Gygas potens qui bonitate ſua mundum miſericorditer ſuſcepit, ille det tibi mores, qui divinitatem ſuam placant: Dominus qui dedit tibi Sacerdotium, & ad cujus præſentiam ſtas in timore, det per manus tuas univerſo mundo propitiationem, & remiſſionem, recipiat de manu tua thymiama purum, & Sanctum, oblationeſque, & fidem offeras Deo. Virtutem quam induerunt Levitæ, & in qua vicerunt Angelum mortis, ipſe det tibi miniſterium, videlicet (1) quod ſuperat omnia mala. Bonus qui plenus eſt benedictionibus, & eas ab hominibus non cohibet, nec iis interdicit, ipſe det tibi benedictiones plenas miſericordia, & gratia. Splendidus qui dedit Melchiſedek, ut ſtet coram eo ſplendide, ipſe det tibi poteſtatem, & authoritatem in ordine, quem hodie accepiſti. Tibi obediant Levitæ, & ad nutum tuum contremiſcant, timeatque Populus coram Te, nec diſpicentur verbum oris tui. A te magnates (2) accipient leges, & præcepta, & in omnes generationes Terræ diffundetur fama ſacerdotii tui. Parce illi amator hominum,

---

1 Addidimus *videlicet* explicationis cauſa, quia virtús de qua ſermo eſt in miniſterio traditur. Itaque videtur Zeugma eſſe, aut addenda copulativa, O, quæ abeſt.

2 Syre ܡܪ̈ܘܬܐ Dominationes, Majeſtates. Sic vocatur unus ex Choris Angelorum, per quandam metonymiam, Dominationes poſuit pro Dominatoribus; vel per Syntheſim abſtractum pro concreto.

num, & miſerere defectuum omnium noſtrum; triniſque vocibus laudes offeramus Trinitati: *Epiſcopus precatur. Diaconus, procedite in pace, & egrediuntur cum pompa decente tenentes thuribulum, & Diaconi ſabella, ſtatque in ejus faciem cum dicunt peſitam*. Super volam manuum Filii Eccleſia ædificata eſt, & ſuper ordines laudandos XII. Apoſtolorum poſita. Dominus dedit illi virtutem, & poteſtatem conterendi omnia idola erroris, adjunxit illi arma veritatis, crucem vivam, & Sigillum Chriſmatis, cujus virtute Sacerdotes ſanctificantur. Alleluja. Aſcendit Moſes in Montem Sinaì, ibique vidit majeſtatem Domus Dei, & ſplendorem ex ea contraxit, & induit. Attulit ſecum Typos, & ſimilitudines eorum, quæ vidit in ea Primogenitorum Eccleſia. Tabernaculum temporis inde detulit, & conſtruxit, ut ſcriptum eſt, & ſanctificatum eſt a Domino, & illud ingreſſus habitavit. Alleluja (1) *Duplicata*. Cuſtodi Domine noſter per crucem tuam gregem rationabilem, redemptum Sanguine tuo, ut non dominetur ei Satanas, oſor omnis rectitudinis, & pulchritudinis, Suſcita Domine in eo benedictos Rectores, & Paſtores, qui voluntatem tuam exequantur, eumque ducant, & regant in ſemitam fidei, & paſcant in pratis fortitudinis vitæ veræ; ut in iis perpetuo vivificetur, & oblectetur. Alleluja, Alleluja. Explicit ordo Chorepiſcopi. Precamini pro me.

---

1 ܗ ܥܦܝܦܐ vult hæc nota, Alleluja duplicandum eſſe. Initio harum adnotationum de hac nota aliquid diximus.